Jonny caste

N. Inv 1207

Incipiunt capl'a libroz Augustini de ciuitate dei Libroz sūt xxij ca^la primi
De aduersarijs nomis xpi quibus in uastacõe urbis ppt' libri
xpm barbari pepercerunt Quod nunq̃ p̄ma
bella ita gesta sint ut victores ppt' illos deos eoz quos vicerant par-
cerent victis ij Quam prudenter romani deos penates troyanos quos cu-
stodire no poterant sibi crediderunt profuturos iij De asylo iunonis in tro-
ya q' neminem liberauit a grecis et basilicis aplor que omēs ad eas confugi-
entes a barbaris defenderunt iiij De generali consuetudine hostium vin-
centes ciuitates euertencium quid cato senserit v Quod nec romani qui-
dem ita ullas ceperunt ciuitates ut in templis earum parcerent victis vi
Quod in euersione urbis que aspera gesta sūt de consuetis acciderint belli
que vero clementer de potencia venit nois xpi vij De comodis atq3 in-
comodis q̃ bonis ac malis coīa sūt plerumq3 viij De causis correctonū
ppli, ppt' quas et boni et mali pariter flagellantur ix Quod sanctis in ami-
ssione rez temporalium nichil pereat x De fine temporalis vite siue longi-
oris siue breuioris xi De sepultura humanoz corporum que xpianis eciā
si fuit negata nichil ademit xij Que sit rō sctoz corpa sepeliendi xiij
De captiuitate sctoz quibus nunq̄ diuina solacia defuerunt xiiij De regu-
lo in quo captiuitatis ob religionem eciā sponte tollerandū extat ex-
emplum qd' tm̄ illi deos colenti pdesse no potuit xv An stuprum que
eciam sacraz forte virginum est passa captiuitas contaminari sit vir-
tus animi sine voluntatis assensu xvi De morte voluntaria ob me-
tum pene siue dedecoris xvij De aliena violencia et libidine quā in
oppresso corpore mens et vita perpetitur xviij De lucrecia que se ob
illatum sibi stuprum peremit xix Nullam esse auctem que xpianis in qua-
libet causa mortis voluntariū attribuat xx De interfectoribus hominū qui
ab homicidij crimine excipiuntur xxi Quod nunq̄ possit mors volunta-
ria ad magnitudinem animi ptinere xxij Quale exemplum sit cathonis q̄
se victoriam cesaris no ferens interemit xxiij Quod in ea virtute quā
regulus cathone prestancior fuit multo magis emineat xpiani xxiiij Qd'
peccatum no per peccatū debeat declinari xxv De hijs que fieri no licet
a scīs facta nosq3 qua racione facta credenda sint xxvi Dum pp' declina-
cionē pcti mors spontanea appetenda sit xxvij Quo iudicio dei i
corpa continencium libido hostilis pmissa peccare sit xxviij Quod familia
xpi videre debeat infidelibus cum exprobrant q' eam a furore hostiū
xpūs non liberauit xxix Quam pudendis psperitatibus velint qui de xpiana
religione conqueruntur xxx Quibus uicioz gradibus aucta sit
in romanis cupido regnandi xxxi De scenicoz inuencione ludorum xx-
xij De vicijs romanoz quos patrie non correxit euersio xxxiij De
clemencia dei que urbis excidium temperauit xxxiiij De latebris inter impios
ecclesie filijs et de falsis intra ecclesiam xpianis xxxv De quibus consi-
sequenti disputacione sit differendum xxxvi Expliciunt capl'a
primi libri Augustini de ciuitate dei Incipit prologus sancti Augustini
epi in librum de ciuitate dei ex ma ul' retractacionum sci Augustini sup'
libz decimū te dei

Interea cum roma Gothoz irrupcione agencium
sub rege alarico atq3 impetu magne cladis euersa ē eius
euersionem deoz falsoz multoz q3 cultores quos usitato noīe paga-
nos uocamus in xpianā religionē referre conantes solito acerbius
et amarius deum verum blasphemare ceperunt Unde ego exardescens
zelo domus dei aduersus eoz blasphemias ul' errores libros de ciuitate
dei scribere institui Quod opus per aliquot annos me tenuit eo q' alia
multa incurrebant que differri no oportet et me prius ad soluendum oc-
cupant Hoc autē de ciuitate grande opus tandem xxij libris terminatum
est quoz quinq3 primi eos refellūt qui res humanas ita prosperari volunt ut
ad hoc multoz deoz quos pagani colere consueuerunt necessarium eē arbitrat' Et

quia prohibentur mala ista exoriri atque habundare contendunt. Sequentes autem
quinque adversus eos loquuntur qui fatentur hec mala nec defuisse umquam nisi
defutura mortalibus et ea nunc magna nunc parva locis temporibus personisque
variari sed deorum multorum cultum quo eis sacrificatur propter vitam post mortem
futuram esse utilem disputant. His ergo decem libris due iste vane opi-
niones christiane religioni adversarie refelluntur. Sed ne quisquam nos alie-
na tantum redarguisse non autem nostra asseruisse reprehenderet id agit pars altera
operis huius que .xij. libris continetur quamquam ubi opus est et in prioribus .x. que nostra
sunt asseramus et in .xij. posterioribus redarguamus adversa. .xij. ergo librorum se-
quentium primi quatuor continent exortum duarum civitatum quarum est una dei
altera huius mundi. Secundi quatuor excursum earum seu procursum. Tercii vero qui
et postremi debitos fines. Ita omnes .xxij. libri cum sint de utraque civitate
conscripti titulum tamen a meliore acceperunt ut de civitate dei pocius voca-
rentur. In quorum .x. libro non debuit pro miraculo poni in abrahe sacri-
ficio flammam celitus factam inter divisas victimas cucurrisse quoniam hoc
illi in visione monstratum est. In .xvij. libro quod dictum est de samuele non erat
de filiis aaron dicendum pocius fuit non erat filius sacerdotis. Filios quip-
pe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legittimi moris
fuit. Nam in filiis aaron reperitur pater samuel sed sacerdos non fuit nec
ita in filiis aaron reperitur pater samuel et cum ipse genuerit aaron sed sicut
omnes illius populi dicuntur filii israel. Explicit prologus sancti augustini episcopi decim[i] dei
Aurelii augustini doctoris ypponensis episcopi de civitate dei de marcell[ino]
contra paganos. In inmortalitate(?) celestis et mundane civitatis. Incipit liber
primus Aurelii augustini ypponensis episcopi de civitate dei. De ad[ve]r-
sariis nominis christi quibus in vastatione urbis propter christum barbari pepercerunt.

Gloriosissimam civitatem Capitulum primum
dei sive in hoc temporum cursu cum
inter impios peregrinatur ex fide vivens sive in illa stabi-
litate sedis eterne quam nunc expectat per pacientiam quoad
usque iusticia convertatur in iudicium deinceps adeptura
per excellentem victoriam ultimam et pace perfectam hoc
opere ad te instituto et mea promissione debito defendere adver-
sus eos qui conditori eius deos suos preferunt fili carissime
Marcelline suscepi magnum opus et arduum sed deus adiutor noster est.
Nam scio quibus viribus opus sit ut persuadeatur superbis quanta sit virtus
humilitatis qua fit ut omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutan-
cia non humano usurpata fastu sed divina gratia donata celsitudo cladem
transcendat. Rex enim et conditor civitatis huius de qua loqui in-
stituimus in scriptura populi sui sententiam divine legis aperuit qua dictum est deus
superbis resistit humilibus autem dat graciam. Hoc non quod dei est superbe quoque
anime spiritus affectat amatque sibi in laudibus dici. Parcere subiectis
et debellare superbos. Unde eciam de terrena civitate que cum dominari appetit
si populi serviant ipsa ei dominandi libido dominatur. Non est pretereundum silen-
tio quidquid dicere suscepti huius operis ratio postulat et facultas
datur. Ex hac namque existunt inimici adversus quos defendenda dei civi-
tas est. Quorum tamen multi correcto impietatis errore cives in ea fiunt satis
idonei. Multi vero in eam tantis exardescunt ignibus odiorum tamque ma-
nifestis beneficiis redemptoris eius ingrati sunt ut hodie contra eam lin-
guas non moverent nisi ferrum hostile fugientes in sacratis eius locis
vitam de qua superbiunt invenirent. An non et illi romani christi nomini
infesti sunt quibus propter christum barbari pepercerunt. Testantur hec martirum
loca et basilice apostolorum que in illa vastatione urbis ad se confugientes
suos alienosque receperunt. Huc usque cruentus seviebat inimicus ibi
accipiebat limitem trucidatoris furor. Illo ducebantur a miserantibus
hostibus quibus eciam extra ipsa loca pepercerant ne in eos incurrerent qui

[margin: t inflatus]

similem iniuriam non habebant. Nonne etiam ipsi alibi truces atque hostili
more sevientes postea quam ad loca illa veniebant ubi fuerat inter-
dictum quod alibi belli iure licuisset toto feriendi refrenabatur immanitas
et captivandi cupiditas frangebatur. Sic evaserunt multi qui nunc christianis
temporibus detrahunt et mala que illa civitas pertulit christo imputant. Bona
vero que in eos ut viverent propter christi honorem facta sunt non imputant christo nostro
sed fato suo cum potius debent si quid recte saperent illa que ab hosti-
bus aspera et dura perpessi sunt illi divine providencie ~~proinde~~ tribuere
que solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere. Itemque

Correptor hominum more belli

vitam mortalium iustam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere probatamque
vel in meliorem transferre vel in hiis adhuc terris propter usus alios
detinere. Illud vero quod eis vel ubicumque propter christi nomen vel in locis christi
nomini dicatissimis et amplissimis ac pro largiore misericordia ad capacitatem
multitudinis electis preter bellorum morem truculenti barbari pepercerunt
hoc tribuere temporibus christianis hinc deo agere gratias hinc ad eius nomen ve-
raciter currere ~~ut~~ ut effugiant penas ignis eterni. quod nomen multi eorum
mendaciter usurparunt ut effugerent penas presentis exitii. Nam quos vides
petulanter [et procaciter] insultare servis christi in eis sunt plurimi qui illum interitum cla-
demque non evaserunt [evasissent] nisi servos christi se esse finxissent. Et nunc ingrata su-
perbia atque impiissima insania eius nomini resistunt corde perverso ut sempiter-
nis tenebris puniantur ad quod nomen ore vel subdolo confugerunt ut temporali
Quod vnquam nulla bella ita gesta sint ut victores luce fruantur
populi ita deos eorum quos vincerent parcerent victis. Capitulum ii

Tot bella gesta conscripta sunt vel ante conditam romam vel
ab eius ortu et imperio legant et proferant sic ab alie-
nigenis aliquam captam esse civitatem ut hostes qui ceperant
parcerent eis quos ad deorum suorum templa confugisse comperirent aut
aliquem ducem barbarorum precepisse ut inrupto opido nullus feriretur
qui in illo vel illo templo fuisset inventus. Nonne vidit eneas priamum
per aras fedantem sanguine quos ipse sacraverat ignes. Nonne
Dyomedes et Vlixes cesis summe custodibus arcis corri-
puere sacram effigiem manibusque cruentis virgineas au-
si dive contingere vittas. Nec tamen quod sequitur verum est ex illo
fluere ac retro sublapsa referri spes danaum. postea quippe
vicerunt postea troyam ferro ignibusque deleverunt postea
confugientem ad aras priamum obtruncaverunt. Nec ideo troya
periit quia minervam perdidit. Quid enim prius ipsa minerva
perdiderat ut periret. An forte custodes suos. Hoc sane verum
est illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines
a simulacro a custodibus servabatur. Quomodo ergo colebatur ut patriam
et cives custodiret que suos non valuit custodire custodes.

[a simulacro ab hominibus servabatur]

Confutacio [illegible] dee troyanorum in qua Vlixes Dyamedes fecerunt et alii greci priamum regem et alios interfecerunt quod vidit eneas

Quam prudenter romani deos penates troyanos qui troyam custodire non poterat sibi crediderunt profuturos. Capitulum iii

Ecce quales deos quibus urbem romani servandam se commendasse gaudebant.
O nimium miserabilem errorem nobis suscensent cum de diis eorum talia di-
cimus cum nec suscensent auctoribus suis quos ut edisserent mercedem
dederunt doctoresque ipsos insuper et salario publico et honoris dignissimos
habuerunt. Nempe apud virgilium quem propterea parvuli legunt ut videlicet
poeta magnus omniumque preclarissimus atque optimus teneris ebibitus animis
non facile oblivione possit aboleri secundum illud oracii Quo semel
est imbuta recens servabit odorem testa diu. Apud ergo virgilium nempe
Iuno inducitur infesta troyanis Eolo ventorum regi adversus
eos irritando dicere. Gens inimica mihi tyrrenum navigat
equor ylium in ytaliam portans victosque penates. Ita ne istis penatibus
victis ~~ne~~ roma ne vinceretur prudentes commendare debuerunt

Virgilius de Iunone dea et Eolo rege infestis troyanis Item idem de falsis diis fictis quibus fatentur homines esse commiseras

buerunt. Sed hec inmo dicebat velut irata mulier quod loqueretur ignorans. Immo eneas ipse pius (loquens) tociens appellatus. Nonne ita narrat

Panthus otriades arcis phebique sacerdos. Sacra manu victosque deos parvumque nepotem. Ipse trahit cursuque (amens) amens ad limina tendit. Nonne deos ipsos quos victos non dubitat dicere sibi pocius quam se illis perhibet commendatos cum ei dicitur. Sacra suosque tibi commendat troya penates. Si igitur virgilius tales deos et victos dicit et ut vel victi quoquomodo evaderent homini commendatos quae demencia est existimare hiis tutoribus romam sapienter fuisse commissam et nisi eos amisisset non potuisse vastari. Immo vero victos deos tamquam presides ac defensores colere quid est aliud quam tenere non numina bona sed omina mala. Quanto enim sapiencius creditur romam ad istam cladem non fuisse venturam nisi prius illi periissent. Sed illos pocius olim fuisse perituros nisi eos quantum potuisset roma servasset. Nam quis non advertat videat quanta sit vanitate presumptum non posse vinci sub defensoribus victis. et ideo periisse quia custodes perdidit deos. cum vel sola esse potuit causa pereundi custodes habere voluisse perituros. Non itaque cum de diis victis illa conscriberent atque canerent poetis libebat mentiri. sed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Verum ista oportunius alio loco diligenter copioseque tractanda sunt. Nunc quod institueram de ingratis hominibus dicere paruper explicare ut possim quia ea mala que pro suorum morum perversitate merito paciuntur blasphemantes christo imputant. Quod autem illis miraculis propter ipsum parcitur si dignentur attendere et eas linguas adversus eius nomen demencia sacrilege protervitatis exerent quibus linguis usurpaverunt mendacicter ipsum nomen ut viverent

De asylo Iunonis in Troya quod neminem liberavit a grecis et basilicis apostolorum que omnes ad eas fugientes a barbaris defenderunt

Vel quas linguas in locis ei sacratis metuendo presserunt ut illic tuti atque muniti. ubi propter eum illesi ab hostibus fuerunt inde in eum maledictis hostibus prosilierunt. Ipsa ut dixi troya mater populi romani sacratis locis deorum suorum munire non potuit cives suos ab ignibus ferroque grecorum eosdem ipsos deos colentium. Quin eciam Iunonis asylo custodes lecti phenix et dirus ulixes predam asservabant. Huc undique troya gaza incensis erepta aditis mensaeque deorum crateresque auro solidi captivaque vestis (gestis) congeritur. pueri et pavide longo ordine matres stant circum. Eleitus est videlicet locus tantem dee sacratus. non unde captivos non liceret educere. sed ubi captivos liberet includere. Compara nunc asylum illud non cuiuslibet dei non gregalis vel de turba plebis. sed iovis ipsius sororis et coniugis et regine omnium deorum cum memoriis nostrorum apostolorum illuc incensis templis et diis erepta spolia portabantur. non donanda victis sed dividenda victoribus. Istuc autem et quod alibi ad ea loca pertinere compertum est cum honore et obsequio religiosissimo reportatum est. Ibi amissa hinc servata libertas. Ibi clausa hinc interdicta captivitas. ibi possidendi a dominantibus hostibus premebantur. hinc liberandi a miserantibus hostibus ducebantur. Postremo illud Iunonis templum sibi elegerat avaricia et superbia levium grecorum. istas christi basilicas misericordia et humilitas eciam inmanium barbarorum.

De generali consuetudine hostium victas civitates evertencium quid catho senserit Capitulum V

Nisi forte greci quidem in illa sua victoria templis deorum communium pepercerunt. atque illo confugientes miseros victosque troyanos ferire vel captivare non ausi sunt. Sed virgilius poetarum more ficta mentitus est. Immo vero more hostium civitates evertencium ille quidem scripsit que. quem morem esse catho sicut scripsit salustius nobilitate veritatis hystoricus. sua sua quam de coniuratis in se nata habuit vitatis historicus. non pretermittit. rapi virgines. pueros divelli. liberos a complexu parentum. matres familiarum pati que victoribus collibuisset. fana

(famuliare)

De troya inter rome et de filiis diis eius et de asylo Iunonis et Iovis

De hominibus ingratis

Virgilius catho salustius

atque domus spoliari, cedem et incendia fieri. postremo armis cadaveribus cruore atque luctu omnia repleri. Hic si fana tacuisset deorum sedibus solere hostes parcere putaremus. et non hic ab alienigenis hostibus sed Cathilina et socios eius nobilissimos senatores et Romanos cives Romana templa metuebant. sed hii videlicet perditi et patrie patricide. Quod ne Romani quidem ita ullas ceperint civitates ut in templis earum parcerent victis.

Quid ergo per multas gentes que inter se bella gesserunt et nusquam victis in deorum suorum sedibus pepercerunt noster sermo discurrat? Romanos ipsos videamus, ipsos inquam recolamus, respiciamusque Romanos de quorum precipua laude dictum est parcere subiectos et debellare superbos. Et quod accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. quando tot tantasque urbes ut late dominarentur expugnatas captasque everterunt, legatur nobis que templa excipere solebant ut ad ea quisquis confugisset liberaretur. An illi faciebant et scriptores earundem rerum gestarum ista reticebant? Ita non qui ea que laudarent maxime requirebant ista preclarissima secundum ipsos pietatis indicia preterissent. Egregius Romani nominis Marcus Marcellus qui Syracusas urbem ornatissimam cepit, refertur eam prius flevisse ruituram et ante eius sanguinem suas illi lacrimas effudisse. Gessit et curam pudicitie etiam in hoste servande. Nam priusquam victor oppidum iussisset invadi, constituit edicto ne quis corpus liberum violaret. Eversa est tamen civitas more bellorum, nec uspiam legitur ab imperatore tam casto atque clementi fuisse preceptum, ut quisquis ad illud vel illud templum fugisset haberetur illesus. Quod utique nullo modo preteriretur, quando nec eius fletus nec quod edixerat pro pudicitia minime violanda potuit taceri. Fabius Tarentine urbis eversor a simulachrorum depredatione abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum que multa capta fuerant fieri iubet, continentiam suam etiam iocando condivit. quesivit enim cuiusmodi essent. Et cum ei non solum multa grandia verum etiam renunciarentur armata, Relinquamus inquit Tarentinis deos iratos. Quod in eversione urbis que aspera gesta sunt de consuetis acciderunt belli, que vero clementer de potentia venerunt nominis xpi.

Quum igitur nec illius fletum nec istius risum nec illius castam misericordiam nec huius facilem continentiam Romanorum rerum gestarum scriptores tacere potuerint, quando pretermitteretur si aliquibus hominibus in honorem cuiusdam deorum suorum sic pepercissent ut in quoquam templo cedem vel captivitatem fieri prohiberent? Quicquid ergo vastationis trucidationis depredationis concremationis afflictionis in ista recentissima Romana clade commissum est, fecit hoc consuetudo bellorum. Quod autem novo more factum est, quod inusitata rerum facie inmanitas barbara tam mitis apparuit ut amplissime basilice implende populo cui parceretur eligerentur et decernerentur, ubi nemo feriretur, unde nemo raperetur, quo liberandi multi a miserantibus hostibus ducerentur, unde captivandi ulli nec a crudelibus hostibus adducerentur, hoc Christi nomini, hoc christiano tempori tribuendum. Quis quis non videt cecus. Quisquis videt nec laudat ingratus. Quisquis laudanti reluctatur insanus est. Absit ut prudens quisquam hoc viribus feritati illi imputet barbarorum. Truculentissimas et sevissimas mentes ille terruit, ille frenavit, ille mirabiliter temperavit, qui per prophetam tanto ante dixit: Visitabo in virga iniquitates eorum et flagellis peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. De comodis atque incomodis que bonis ac malis communia sunt plerumque Capitulum octavum

Cathilina et Romani senatores

Marcus marcellus Romanus Syracusas urbem cepit

Fabius Romanus eversor Tarenti de basilicis dei

Dicet aliquis Cur ergo ista divina misericordia eciam ad impios ingratosque pervenit Cur putamus nisi quia eam ille prebuit qui cottidie facit oriri solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos Quamvis enim quidam eorum cogitantes ista penitendo ab impietate se corrigant quidam vero sicut apostolus dicit divicias bonitatis et longanimitatis dei contempnentes secundum duriciam cordis sui et cor impenitens thesaurizant sibi iram in diem ire et revelacionis iusti iudicii dei qui reddit unicuique secundum opera sua tamen paciencia dei ad penitenciam invitat malos sicut flagellum dei ad pacienciam erudit bonos itemque misericordia dei fovendos amplectitur bonos sicut severitas dei puniendos corripit malos Placuit quippe divine providencie preparare in posterum bona iustis quibus non fruentur iniusti et mala impiis quibus non excruciabuntur boni Ista vero temporalia bona et mala utrisque voluit esse communia ut nec bona cupidius appetantur que mali quoque habere cernuntur nec mala turpiter evitentur quibus et boni plerumque afficiuntur Interest autem plurimum qualis sit usus vel earum rerum que prospere vel earum que dicuntur adverse Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur nec malis frangitur Malus autem huiusmodi ideo infelicitate punitur quia felicitate corrumpitur Ostendit tamen deus sepe eciam in hiis distribuendis evidencius operacionem suam Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteret pena nil ultimo iudicio servari putaretur Rursus si nullum peccatum nunc puniret aperte divinitas nulla esse divina providencia crederetur Similiter in rebus secundis si non eas deus quibusdam petentibus evidentissima largitate concederet non ad eum ista pertinere diceremus Itemque si omnibus eas petentibus daret non nisi propter talia premia serviendum illi esse arbitraremur nec pios nos faceret talis servitus sed pocius cupidos et avaros Hec cum ita sint quicumque boni et mali pariter afflicti sunt non ideo ipsi distincti non sunt quia distinctum non est quod utrique perpessi sunt Manet enim dissimilitudo passorum eciam in similitudine passionum Et licet sub eodem tormento non est idem virtus et vicium Nam sicut sub uno igne aurum rutilat palea fumat et sub eadem tribula stipule comminuuntur frumenta purgantur nec ideo cum oleo amurca confunditur quia eodem preli pondere exprimitur Ita una eademque vis irruens bonos purgat eliquat purificat malos dampnat vastat exterminat Unde in eadem afflictione mali deum detestantur atque blasphemant boni autem precantur et laudant Tantum interest non qualia sed qualis quisque paciatur Nam pari motu exagitatum et exalat horribiliter cenum et suaviter fragrat unguentum

Questio Cur deus impios defendat

Bona bonis mala malis bona temporalia utrisque

De causis correctionum propter quas et boni et mali pariter flagellantur IX

Quid igitur in illa rerum vastitate christiani passi sunt quod non eis magis fideliter ista considerantibus ad profectum valeret Primo quod ipsa peccata quibus deus indignatus implevit tantis calamitatibus mundum humiliter cogitantes quamvis longe absint a facinorosis flagiciosis atque impiis tamen non usque adeo se a delictis reputant alienos ut nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent dignos Excepto enim quod unusquisque quamlibet laudabiliter vivens cedit in quibusdam carnali concupiscencie et si non ad facinora immanitatem et gurgitem flagiciorum atque impietatis abhominacionem ad aliqua tamen peccata vel rara vel tanto crebriora quanto minora Hoc ergo excepto quis tandem facile reperitur qui eosdem ipsos propter quorum horrendam superbiam luxuriamque et avariciam atque execrabiles iniquitates et impietates deus sicut minando predixit conterit terras sic habeat ut habendi sunt sic cum eis vivat ut cum talibus est vivendum Plerumque enim ab eis docendis ammonendis aliquando et obiurgandis et corripiendis male dissimulatur vel cum laboris piget vel cum os eorum verecundamur offendere vel cum inimicicias devitamus ne impediant

et noceant. In istis tpalibus rebus sive quas adipisci ad hnc appetit nra cupiditas, sive quas admitte formidat infirmitas, ita ut quamvis bonis malorum vita displiceat et ideo cu eis no incidant i illa dapnacom que post hanc vita talibus pparat. Tamen quia ppea petis eorum dapnabilibus parcut. du eis insius licet leuibus et venialibus metuut. merito cu eis tpalr flagellant. q̃mvis metnu mine pmant. merito istam vitam qui diuitius affligunt cu eis amara sentiunt. cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari ee noluerunt. Nam si ppea quisque ob increpandis et corripiendis male agentibus parcit. quia oportunius tpus inquirit. vel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiant. vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediant alios infirmos et pmant atque avertant a fide. no videtur ee cupiditatis occasio sed consiliu caritatis. Illud e culpabile q qui dissimiliter vivunt et q maloru facta abhorrent parcunt tamen petis alienis que dedocere aut obiurgare deberent. du eoru offensiones cavent ne sibi noceant in hys rebus quibus licite boni atque innocentes utuntur. s3 cupidius quam oportebat qui in hoc mundo pegrinantes et spem supne patrie pre se gerunt. Non solum quippe infirmiores vitam ducentes coniugalem. filios habentes. vel habere querentes. domos ac familias possidentes. quos aplus in ecclesiis alloquitur docens et monens quemadmodum vivere debeant. et uxores cu maritis et mariti cu uxoribus. et filii cu parentibus. et parentes cu filiis. et servi cu dnis. et dni cu servis. multa tpalia. multa terrena libenter adipiscuntur et moleste amittunt. ppter que no audent offendere homines quoru sibi vita contaminatissima et sceleratissima displicet. Verum etiam iam qui superiorem vite gradum tenent nec coniugalibus vinculis irretiti sunt et victu parvo ac tegumento utuntur. plerumque sue fame ac saluti dum insidias atque impetus maloru timent. ab eoru reprehensione sese abstinent. Et q̃mvis no intm eos metuant ut ad similia ppetranda quibuslibet eoru terroribus atque improbitatibus cedant. ea ipa tn que cu eis no ppetrant. nolunt plerumque corripere cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere. ne si eis no potuerint sua salus et fama in periculum exitiumque pveniat. nec ea consideratione qua sua fama ac salutem videntes necessariam utilitati erudiendoru hominu. sed ea potius infirmitate qua delectat lingua blandiens. et humanus dies. et reformidat vulgi iudicium et carnis excruciatio vel pemptio. h e ppter quedam cupiditatis vincula no ppter officia caritatis. Non michi itaque videtur hec parva ee causa. quare cum malis flagellantur et boni qui deo placet. ppditos mores eciam tpalium penaru afflictione punire flagellant eum. Flagellantur simul no quia similiter agunt malam vitam. s3 quia simul amant tpalem vitam. non quidem equaliter. sed tn simul. quam boni contempnere deberent. ut illi correpti atque correcti consequerentur eternam. Ad quam consequendam si nollent ee socii. ferrentur et diligerentur inimici. quia donec vivunt semp incertum est utrum voluntatem sint in melius mutaturi. Qua in re no utique parem sed longe graviorem habent causam. Quibus per prophetam dicitur. Ille quidem in suo peto morietur. sanguinem aut eius de manu speculatoris inquiram. Ad hoc enim speculatores. hoc est pploru ppositi constituti sunt in ecclesiis. ut no parcant obiurgando peta. Nec ideo tn ab huiusmodi culpa penitus alienus e. qui licet ppositus no sit. in eis tn quibus vite huius necessitate coniungitur multa monenda vel arguenda novit. et negligit devitans eoru offensiones ppter illa quibus in hac vita no indebitis utitur. sed plusquam debuit delectatur. Deinde habent aliam causam boni quare tpalibus affligunt malis. qualem habuit Iob ut sibi ipe humanus animus sit pbatus et cognitum quanta virtute pietatis deum diligat. Quod sanctis in amissione rerum tempealium nichil pereat. x.

Questio quare boni affligantur cum malis

Racio quare boni tpalibus malis affliguntur ut iob

Quibus recte consideratis atque perspectis attende utrum aliquid
mali acciderit fidelibus et piis quod eis non in bonum verteretur, nisi for-
te putandum est apostolicam illam vacare sententiam ubi ait: Scimus enim quia
diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Amiserunt omnia que habebant.
Numquid fidem? Numquid caritatem al. pietatem? Numquid interioris ho-
minis bona, qui est ante deum dives? Hee sunt opes christianorum quibus opulen-
tus dicebat apostolus: Est autem questus magnus pietas cum sufficiencia.
Nichil enim intulimus in hunc mundum sed nec auferre quid possumus. Habentes
autem victum et tegumentum hiis contenti sumus. Nam qui volunt divites
fieri incidunt in temptacionem et laqueum et desideria multa et noxia que
mergunt homines in interitum et perdicionem. Radix enim omnium est malorum avar-
icia quam quidam appetentes a fide perraverunt et inse-
ruerunt se doloribus multis. Quibus ergo terrene divicie illa
vastacione perierunt, si eas sic habebant quemadmodum ab isto
foris paupere intus divite audierant, id est mundo utebantur tamquam
non utentes, potuerunt dicere quod ille graviter temptatus
et minime superatus: Nudus egressus sum de utero matris mee, nudus
revertar in terram. Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit
ita factum est; sit nomen domini benedictum. Ut bonus servus magnas
facultates haberet ipsam sui domini voluntatem, cui pedisequus men-
te ditesceret nec contristaretur eis rebus vivens relictus quas cito fuerat
moriens relicturus. Illi autem infirmiores qui terrenis hiis bonis quamvis
ea non preponerent christo, aliquantula tamen cupiditate coherebant, quantum hec ama-
do peccaverunt perdendo senserunt. Tantum quippe doluerunt quantum se dolo-
ribus inseruerant, sicut apostolum supra dixisse commemoravi. Oportebat enim
ut eis adderetur etiam experimentorum disciplina a quibus tamdiu fuerat
neglecta verborum. Nam cum dicit apostolus: Qui volunt divites fieri inci-
dunt in temptacionem et cetera, profecto in diviciis cupiditatem reprehendit, non
facultatem, quibus precepit alibi dicens: Precipe divitibus huius mundi non
superbe sapere neque sperare in incerto diviciarum, sed in deo vivo qui prestat
nobis omnia habundanter ad fruendum; benefaciant, divites sint in operibus bonis,
facile tribuant, communicent, thezaurizent sibi bonum fundamentum in futurum,
ut apprehendant veram vitam. Hec qui de suis diviciis faciebant magnis
sunt lucris levia dampna solati, plusque letati ex hiis que timide retinen-
do facilius amiserunt. Hoc enim potuit in terra perire quod piguit inde
transferre. Nam qui receperunt consilium domini sui dicentis: Nolite ab-
scondere vobis thezauros in terram ubi tinea et rubigo exterminat et
ubi fures effodiunt et furantur, sed thezaurizate vobis thezauros in celo
quo fur non accedit neque tinea corrumpit. Ubi enim est thezaurus tuus
illic erit et cor tuum, tribulacionis tempore probaverunt quam recte sapuerunt,
non contempnendo veracissimum preceptorem et thezauri sui fidelissimum in-
victissimumque custodem. Nam si multi gavisi sunt ibi se habuisse divicias
suas quo contigit ut hostis non accederet, quanto certius et securius gau-
dere potuerunt qui monitu dei sui illuc migraverant quo accedere omnino non
posset. Unde paulinus noster nolensis episcopus ex opulentissimo divite volun-
tate pauperrimus et copiosissime sanctus, quando et ipsam nolam
barbari vastaverunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo ut
ab eo postea cognovimus precabatur: Domine, non excrucier propter
aurum et argentum. Ubi enim sunt omnia mea tu scis. Ibi enim
habebat omnia sua ubi eum condere et thezaurizare ille monuerat qui
hec mala mundo ventura predixerat. Ac per hoc qui domino suo mo-
nenti obedierant ubi et quo thezaurizare deberent, nec ipsas terrenas
divicias barbaris incursantibus amiserunt. Quos autem non obedisse
penituit, quid de talibus rebus faciendum etiam si non precedente sapiencia, certe
consequente experiencia didicerunt. At enim quidam boni etiam christiani tormentis ex-

De contemptu diviciarum paulini et apostoli ... [illegible]

facile tribuendo tutius servaverunt quam contristati ex hiis que

De sancto paulino nolensi episcopo

cruciati sunt ut bona sua hostibus proderent Illi nõ nec prodere nec pdere potuerunt
bonũ quo ipsi boni erant Qui autem torqueri quam mamona iniquitatis prodere
maluerunt boni nõ erant. Admonendi autem fuerant qui tanta patie
bantur pro auro quanta essent sustinenda pro xpo ut eum potius diligere
discerent qui pro se passos eterna felicitate ditaret. nõ aurum et argento
pro quo pati miserrimum fuit. seu mentiendo occultaretur. seu verum dicendo
proderetur. Namque inter tormenta nemo xpm confitendo amisit. nemo aurum
nisi negando servavit. quo circa utiliora erant fortasse tormenta quibus bonum
incorruptibile amandum docebantur. quam illa bona que sine ullo utili
fructu dominos suo amore torquebant. Sed quidam etiam non habentes quod
proderent dum nõ creduntur torti sunt. Et hi forte habere cupiebant. nec
sancta voluntate pauperes erant. quibus demonstrandum fuit nõ facultates
sed ipsas cupiditates talibus dignas esse cruciatibus. Si vero melio
ris proposito reconditum aurum argentumque nõ habebant nescio quidem utrum
cuiquam talium acciderit ut dum habere creditur torqueretur. Verumptamen si ac
cidit. profecto qui inter illa tormenta paupertatem sanctam confitebatur. xpm confi
tebatur. Quapropter et si nõ meruit ab hostibus credi nõ potuit tamen sancte
paupertatis confessor sine celesti mercede torqueri. De fine temporalis vite

Multos inquiunt etiam xpianos fames diu sive longioris sive breviter diuturna vastavit. hoc quoque in usus suos mortis. xi.
boni fideles pie tollerando verterunt. Quos enim fames necavit
nisi malis vite huius sicut corporis morbus eripuit. Quos autem nõ
necavit docuit parcius vivere. docuit productius ieiunare. Sed enim multi
etiam xpiani interfecti sunt. multi multarum mortium feda varietate consumpti. Hoc
si egre ferendum est omnibus qui in hanc vitam procreati sunt utique commune
est. hoc scio neminem fuisse mortuum qui nõ fuerat aliquando moriturus. De morte
Finis autem vite tam longam quam brevem vitam hoc idem facit.
Neque enim aliud melius et aliud deterius. et aliud maius et
aliud brevius est quod iam pariter nõ est. Quid autem interest quo mortis genere
vita ista finiatur quando ille cui finitur iterum mori nõ cogitur. Cum autem
unicuique mortalium sub cottidianis vite huius casibus innumerabiles
mortes quodammodo comminentur quamdiu incertum est quenam earum ventura
sit quero utrum satius sit unam perpeti moriendo an omnes timere vivendo.
Nec ignoro quam citius eligatur diu vivere sub timore tot mortium quam
semel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis
sensus infirmiter pavidus refugit. aliud quod mentis racio diligenter
enucleata convincit. Mors mala putanda nõ est quam bona vita pre
cesserit. neque enim facit malam mortem nisi quod sequitur mortem. nõ itaque
multum curandum est eis qui necessario morituri sunt quid accidat ut mori
antur. sed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur xpiani noverint longe
meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum lin
guas. quam impii divitis in purpura et bysso. horrenda illa genera mortium
quid mortuis obfuerunt qui bene vixerunt. De sepultura humanorum corporum

At enim in tanta strage ca que xpianis et si fuit negata
daverum nec sepeliri potuerunt. Ne nichil ademit. xii.
que istud pia fides nimium reformidat tenens predictum nec ab
sumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas quorum
capillus capitis nõ peribit. nullo enim modo diceret veritas Nolite timere eos
qui corpus occidunt animam autem nõ possunt occidere. si quidquam obesset future
vite quidquid inimici de corporibus occisorum facere voluissent. Nisi forte
quispiam sic absurdus est ut contendat eos qui corpus occidunt nõ de
bere timeri ante mortem ne corpus occidant. et timeri post mortem ne corpus
occisum sepeliri nõ sinant. Falsum est ergo quod ait xpus qui corpus occidunt et postea
ea nõ habent quid faciant. si habent tanta que de cadaveribus faciant. Absit ut
falsum sit quod veritas dixit. Dictum est enim aliquid eos facere cum occidunt quia

in corpore sensus est occidendo postea vero nichil habere quod faciant quia nullus sensus
est in corpore occiso. Multa itaque corpora christianorum terra non texit sed nullum eorum quisquam
a celo et terra separavit quam totam implet presencia sui qui novit unde resus-
citet quod creavit. Dicitur quidem in psalmo. Posuerunt mortalia servorum tuorum
escam volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre effuderunt sanguinem
eorum sicut aquam in circuitu iherusalem et non erat qui sepeliret. Sed magis ad
exaggerandam crudelitatem eorum qui ista fecerunt non ad eorum infelicita-
tem qui ista perpessi sunt. Quamvis enim hec in conspectu hominum dura et di-
ra videantur sed preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Proinde ista
omnia id est curacio funeris condicio sepulture pompa exequiarum magis
sunt vivorum solacia quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio se-
pultura preciosa oberit pio vilis aut nulla. Preclaras exequias in con-
spectu hominum purpurato illi diviti turba famulorum sed multo clariores in
conspectu domini ulceroso illi pauperi ministerium prebuit angelorum qui eum non
extulerunt in marmoreum tumulum sed in abrahe gremium sustulerunt. Ri-
dent hec illi contra quos defendendam suscepimus civitatem dei. Verumptamen
sepulture curam eciam eorum philosophi contempserunt et sepe universi exercitus
dum pro terrena patria morerentur ubi postea iacerent vel quibus bestiis
esca fierent non curarunt. Licuitque de hac re poetis plausibiliter
dicere. Celo tegitur qui non habet urnam. Quanto minus debent de
corporibus insepultis insultare christianis quibus et ipsius carnis
et membrorum omnium reformacio non solum ex terra verum eciam ex aliorum e-
lementorum secretissimo sinu quo dilapsa cadavera recesserunt
in temporis puncto reddenda et redintegranda promittitur.

Exempla philosophorum de sepultura corporum.

Que sit racio sanctorum corpora sepeliendi. xiij.

Nec ideo tamen contempnenda et abicienda sunt cor-
pora defunctorum maximeque iustorum atque fidelium quibus
tamquam organis et vasis ad omnia bona opera sanctus usus
est spiritus. Si enim paterna vestis et anulus ac si quid huius-
modi tanto carius posteris quanto erga parentes maior af-
fectus nullo modo ipsa spernenda sunt corpora que utique multo
familiarius atque coniunctius quam quelibet indumenta gestamus.
Hec enim non ad ornamentum vel adiutorium quod adhibetur ex-
trinsecus sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde et antiquorum
iustorum funera officiosa pietate curata sunt et exequie celebra-
te et sepultura provisa. Ipsique dum viverent de sepeliendis vel eciam transfe-
rendis suis corporibus filiis mandaverunt. Et thobias sepeliendo mor-
tuos deum promeruisse teste testimonio angelorum commendatur. Ipse quoque dominus die
tercio resurrecturus religiose mulieris bonum opus predicat predicandumque
commendat quod unguentum preciosum super membra eius effuderit atque hoc ad
sepeliendum eum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in evangelio qui corpus eius de
cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt.
Verum iste auctoritates non hoc admonent quod insit ullus cadaveribus sensus
sed ad dei providenciam cui placent eciam talia pietatis officia corpora
quoque mortuorum pertinere significant propter fidem resurreccionis astruendam.
Ubi et illud salubriter discitur quanta possit esse remuneracio pro ele-
mosinis quas viventibus et sencientibus exhibemus si neque hoc apud
deum perit quod exanimis hominum membris officii diligencieque persolvitur. Sunt
quidem et alia que sancti patriarche de corporibus suis vel condendis
vel transferendis prophetico spiritu dicta intelligi voluerunt. Non
autem hic locus est ut ea pertractemus cum sufficiant ista que diximus.
Sed si ea que sustentandis viventibus sunt necessaria sicut victus
et amictus quamvis cum gravi afflictione desint non frangunt
in bonis perferendi tolerandique virtutem nec eradicant ex
animo pietatem sed exercitatam faciunt fecundiorem quanto magis cum de-
sunt ea que curandis funeribus condendisque corporibus defunctorum ad-

De exequiis defunctorum corporum et de thobia.

De sepultura patriarcharum.

hibeꝛe solent nō efficiūt miseros in occultis pioꝝ sedibꝰ iaꝫ quietos.
Ac per hoc quū ista cadaueribus xpianoꝝ in illa magna vrbe / uel
eciā alioꝝ oppidoꝝ vastacione defuerunt / nec viuoꝝ culpa ē qui non
potuerunt ista pbere / nec pena mortuoꝝ qui nō pnt ad ista transsire.

Sed multi inquiunt xpiani eciā captiui ducti sūt. Hoc sane mi-
serrimum ē si aliquo duci potuerunt ubi deū suum nō inuene-
runt. Sunt aūt in scripturis sctīs huius eciā cladis magna sola-
cia. Fuerunt in captiuitate tres pueri / fuit daniel / fuerunt
alii prophete / nec defuit consolator deus. Sic ergo nō deseruit fi-
deles suos sub dominacione gentis licet barbare tn̄ humane. q
pphām nō deseruit nec in visceribus belue. Hec quoqz illi
tn̄ quibus agimꝰ maluit irridere quā credere. qui tn̄ in suis
litteris credunt arionem methymneum nobilissimum citharistam
cum deiectus esset de naui exceptum delphini dor-
so et ad terras eē puectum. Verum illud nrm̄ de
Iona ppha incredibilius. Plane incredibilius
quia mirabilius. et mirabilius quia potencius. Hēnt tn̄ isti de
captiuitate religionis. cā eciā sponte tolleranda. et in suis
pclaris viris nobilissimum exemplum. **De regulo in quo cap-
tiuitatis ob religionē eciā sponte tollerandū extat exemplū**

Marcus regulus imperator
ppli romani captiuus aput carthaginēses
fuit. Qui cū sibi mallent a romanis suos reddi quā
eoꝝ tenē captiuos. Ad hoc impetrandū eē istū pcipue regulū
cū legatis suis romā miserunt. prius iuracione constrictū si
qd volebant minime pegisset. redituꝝ eē carthaginē. perrexit
ille atqz in senatu contraria psuasit. quū nō arbitrabat utile eē romane rei
publice mutare captiuos. Nec post hanc psuasionē a suis ad hostes re-
dire compulsus ē. sz quia iurauerat id sponte compleuit. At illi eū ex-
cogitatis atqz horrendis cruciatibus necauerunt. Inclusum quippe angusto
ligno ubi stare cogeretur. clauisqz acutissimis vndiqz confixo ut se in nul-
lam ptem sine penis atrocissimis inclinaret / eciā vigilando pemerunt.
Merito ēte laudant virtutē tam magnā infelicitate maiorē. Et per deos ille
iurauerat quoꝝ prohibito cultu has generi humano clades isti opinant
infligi. Qui ergo ppea colebant ut istam vitā psperā redderent.
si uerum iuranti has irrogari penas seu puiserunt seu voluerunt.
quid piuro grauius irati facere potuerunt. Sz cur nō ratiocina-
tionē meā potius ad utrūqz concludam. Deos ēte ille sic co-
luit. ut ppter iurisiurandi fidem nec maneret in patria. nec inde q-
libet iret. sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret. Hoc
si huic vite utile existimabat. cuius tn̄ horrendū exitū meruit / pcul
dubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo nichil deos ad istam temporalē
felicitatem suis prodesse cultoribus. qn̄ quidem ille eoꝝ deditus cul-
tui. et victus et captiuus abductus. et quia noluit aliter quā per eos iu-
rauerat facere / nouo ac prius inaudito nimiumqz horribili supplicii genere
cruciatus extinctus ē. Si aūt deoꝝ cultus post hanc
vitam velut mercedem reddit felicitatē. Cur calumpniantur
temporibus xpianis. ideo dicentes vrbi accidisse illam calami-
tatē. quia deos suos colere destitit. cū potuerit et illos di-
ligentissime colens tam infelix fieri quam ille regulus
fuit. nisi forte contra clarissimā veritatē tanta quisqz cle-
mencia mire cecitatis obnititur. ut contendere audeat v-
niuersam ciuitatē deos colentē infelicē eē nō posse. vnū nō hoiez posse.
quia videlicet potencia deoꝝ suoꝝ in multos pocius sit ydonea conseruare quā

De captiuitate scoꝝ qbus nūq̄ diuina solacia defuerunt. xiiii

De daniele et de tribus pueris et de abacuk

De arione metymneo

De Iona ppheta

qd tn̄ illi deos colenti pdesse nō potuit. xv.

De Marco regulo

De falsis diis

Contra calumpniantes calamitatē q̄ vrbi accidit tpibus xpianis

singloꝝ. cū mltitudo ɔstet ex singulis Si aut̄ deū Marcū regulum
eē in illa captiuitate illis q̄z cruciatibus corpis animi virtute btm̄ esse
potuisse. virtus pocius vera q̄ratur qua beata possit eē et ciuitas Ne
q̄z enī aliūde bta ciuitas. aliūde homo. cū aliud ciuitas nō sit q̄ꝫ con
cors hoim̄ mltitudo Quaobrem nondū interi disputo qualis ī re
gulo virtus fuit. Sufficiat nūc q̄ isto nobilissimo exemplo
cogūtur fateri nō ꝑ̄ corpis bona. Vel eaꝝ reꝝ que extrinse
cus homi accidūt colendos deos. Siquidem ille carēbus
omibus maluit quā deos ꝑ quos iuraueāt offendē Sz quid
faciemꝰ hominibus qui gl'iantur se talē huisse ciuem. qualē
timent hr̄e ciuitatē Quod si nō timent. tale ergo aliquid q̄le
accidit regulo. eciā ciuitati tam diligent' q̄ ille deos colenti acci
dē potuisse fateantur. et xp̄ianis tēporibus nō calūpnient' Verū q̄z d'illis
xp̄ianis orta q̄ō ē. qui eciā captiuati sūt. hoc intueant' et taceant qui
saluberime religioni ex hinc inprudent' atq̄z impudent' illudūt. quia
si dijs eoꝝ probrū nō fuit. q̄ attentissimꝰ cultor illoꝝ dū eis iurisiu
randi fidem suaret patria caruit. cū aliam nō hr̄et. captiuusq̄z a
pud hostes longa morte supplicio noue crudelitatis occisus ē. multo
minꝰ nomē criminandū ē cristianū in captiuitate sacroꝝ suoꝝ. qui su
p̄na p̄riam veraci fide expectantes eē ī suis sedibus pegrinos se eē nouerūt

Ciuitas ē cōcors homi mlti tud o

An stupris que eciā sacraꝝ forte virginū ē passa captiuitas co-taminari potuit vtus animi sine voluntatis assensu. xvj.

Magnus sane [tamen] ē
men se putat obicē xp̄ianis. cū eoꝝ ex-
aggerantes captiuitatē addūt eciā stupra cōmissa. nō solū in
aliena matrimonia. virginesq̄z nupturas. s; [eciā] in quasdam stimoniales. hic vero
nō fides. nō pietas. nō ipā vtus q̄ castitas dr̄. sed nr̄a pocius dispu
tacio int' pudorē atq̄z racionē quibusdam coartat' angustijs. Nec
[tantū] tn̄ cū hic curamꝰ alienis rōnē reddē q̄ntū ipīs nr̄is ɔsolacōm Sit
igr̄ in p̄mis positū atq̄z firmatū v'tutē qua recte viuitur
[ab animi sede] ab animis de mēbris corporis imperare. sanctuq̄z corpus usu
fieri sc̄e voluntatis. qua inconcussa ac stabili p̄manete. quid
qd alius de corpe uel in corpe fecit qd' sine pc̄o ꝓprio nō vale
at euitari p't culpam eē pacientis Sz quia nō solū qd' ad
dolorem veꝝ eciā qd adlibidinē ptinet in corpe alieno ꝑ̄pe
trari pt Quidq' tale factū fuit et si retentam ɔstantissimo
aīo pudiciciā nō excutit tn̄ pudorē incutit ne credat' factū
mētis eciā uoluntate qd fieri fortasse sine carnis aliqua voluptate nō potuit

De stimonialibus quibus ex cidio st' ablo stes pise

+ alienum

De morte voluntaria ob metū pene siue dedecoris. xvij.

Ac per hoc et que se
occiderūt ne quidq' huiōi paterent' q's
quis humanus affectus eis nolit ignosci Et que se occidē nolu
erunt ne suo facinore alienū flagiciū deuitaret. quisq's eis hoc crim
in dederit ipe crime insipiencie nō carebit Nam utique si nō licz p'i
uata ptāte hoiem occidere uel nocētē cuius occidendi licēciā lex nulla
ɔcedit. ꝓfecto et qui se ipm̄ occidit homicida ē. et tanto fit nocēcior
cū se occiderit. quā innocencior in ea cā fuit qua se occidendū putauit
Nam si iude factū merito detestamur. eumq̄z vitas iudicat cū se laqueo
suspendit scelerate illius tradicōis auxisse pocius quā expiasse cō
missum. qui dei miaz desperando exicabili penitens nullū
sibi salubris pnie locū reliquit. Quāto magis a sua
nece se abstinē debet qui tali supplicio quid in se puni
at nō ht̄ Judas enī cū se occidit sceleratum hoiem occidit
et tn̄ nō solū xp̄i. verū eciā sui reus mortis finiuit hanc vi
tam. quia licet ꝑ̄ suū scelus alio suo scelē occisus ē

Cōn occisionē sui ipsius ut Judas fec

De aliena violenciaꝝ libidine q̄ in ipsa corpe mēs ī vita ppetit. xviij.

Cur aut̄ homo qui mali nil fecit
sibi male faciat et seipm̄ interficiendo.

hominem interficiat innocentem ne alius faciat nocentem atque in se perpetret pec
catum propinquum ne in eo perpetretur alienum Etenim ne vel aliena polluat libido
metuitur non polluet si aliena erit Si autem polluet aliena
non erit Sed cum pudicitia virtus sit animi comitemque habeat for
titudinem qua potius quelibet mala tollerare quam malo con
sentire decernit nullus autem magnanimus et pudicus in
potestate habeat quid de sua carne fiat sed tantum quid annuat mente
vel renuat quis eadem sana mente putavit se perdere pudiciciam si for
te in apprehensa vel oppressa carne sua exerceatur et expleatur libido non
sua Si enim hoc modo pudicicia [ut] [profecto pudicicia] virtus animi non erit nec pertinebit ad
ea bona quibus bene vivitur sed in bonis corporis numerabitur qualia sunt
vires pulchritudo sana valitudo ac si quid huiusmodi est que bona etsi
minuantur bonam iustamque vitam omnino non minuunt Quod si tale aliquid est
pudicicia ut quid pro illa ne amittatur etiam cum periculo corporis laboratur
Si autem animi bonum est etiam oppresso corpore non amittitur Quin etiam
sancte [continentie] obediencie bonum cum inmundicie carnalium concupiscenciarum non ce
dit et ipsum corpus sanctificatur [sanctificat] et ideo cum eis non cedere inconcussa intentione
persistit nec de ipso corpore perit sanctitas quia ea sancte utendo perseverat vo
luntas et quantum in ipso etiam est facultas Neque enim eo corpus sanctum est
quod eius membra sunt integra aut eo quod nullo contrectantur attactu cum
possint diversis casibus etiam vulnerata vim perpeti et medici aliquando saluti o
pitulantes hec ibi faciant quod horret aspectus Obstetrix virginis cuiusdam
integritatem manu velut explorans sive malivolencia sive inscicia
sive casu dum inspicit perdidit Non opinor quemquam tam stulte sapere ut
huic perisse [agro] existimet etiam de ipsius corporis sanctitate quamvis membri illius in
tegritate iam perdita Quocirca proposito animi permanente per quod etiam
corpus sanctificari meruit nec ipsi corpori aufert sanctitatem violencia libi-
dinis aliene quam servat perseverancia continentie sue An non
si aliqua femina mente corrupta violatoque proposito quod deo
voverat pergat viciando ad deceptorem suum adhuc eam pergentem
sanctam vel corpore dicimus ea sanctitate animi per quam corpus sancti
ficabatur amissa atque destructa Absit hic error et hinc
potius ammoneamur ita non amitti corporis sanctitatem in mente animi sancta [t manente]
te etiam corpore oppresso sicut amittit et corporis sanctitas violata animi sanctitate
et corpore intacto quamobrem non habet quod in se morte spontanea puniat
femina sine ulla sua consensione violenter oppressa et alieno compressa peccato quanto
minus antequam hoc fiat ne admittat homicidium certum cum ipsum flagicium
[t alienum] quamvis ~~adhuc~~ pendeat incertum De lucrecia que se ob violatum sibi stu
prum peremit· xix·

An forte huic perspicue racioni qua dicimus
corpore oppresso nequaquam proposito castitatis ulla in malum con
sensione mutato illius tantum esse flagicium qui opprimens concubuerit
non illius que oppressa concumbenti nulla voluntate consenserit contradicere audebunt
hi contra quos feminarum christianarum in captivitate oppressarum non tantum mentes verum
etiam corpora sancta defendimus Lucreciam certe matronam veterem romanam pu
dicicie magnis efferunt laudibus huius corpore cum violenter oppresso
Tarquinii regis filius libidinose potitus esset illa scelus improbis
simi iuvenis marito collatino et propinquo bruto viris cla
rissimis ac fortissimis indicavit eosque ad vindictam constrinxit
deinde fedi in se commissi egra atque impaciens se peremit Quid
dicemus Adultera hec an casta iudicanda est Quis in hac con
troversia laborandum putavit Egregie quidam ex hoc veraciter de
clamans ait mirabile dictu Duo fuerunt et adulterium unus admisit Sple
ndide ac verissime Intuens enim in duorum corporum commixtione unius in
quinatissimam cupiditatem alterius castissimam voluntatem et [non] in quid [quid] coniun
cione membrorum sed quid animorum diversitate ageretur attendens Duo inquit

Quam non consentit non pollu[itur]

De obstetrice quadam virgine

De lucrecia coniuge collatini violata a Tarquinio superbo

fuerunt et adulterium unus admisit sed quid est hoc quod in eam gravius vindicatur
que adulterium non admisit Ille patria cum patre pulsus est hec summo est mactata
supplicio Si non est illa inpudicicia qua invita opprimitur non est hec iusticia
qua casta punitur Vos appello leges iudicesque romani Nempe post per-
petrata facinora nec quemquam scelestum indempnatum impune voluistis occidi
Si ergo ad vestrum iudicium quisquam deferret hoc crimen vobisque probaretur
non solum indampnatam verum eciam castam et innocentem interfectam esse mulierem
nonne eum qui id fecisset severitate congrua plecteretis Hoc fecit illa lucrecia et
illa sic predicata lucrecia innocentem castam vim perpessam lucreciam insuper
interemit Proferte sentenciam Quod si propterea non potestis quia non astat quam punire possitis
cur interfectricem innocentis et caste tanta predicatione laudatis quam certe
apud inferos iudices etiam tales quales poetarum vestrorum carminibus cantitantur
nulla racione defenditis constitutam scilicet inter illos qui sibi letum insontes
peperere manu lucemque perosi proiecere animas Cui et ad superna
redire cupienti fas obstat tristisque palus inamabilis unde
alligat An forte ideo ibi non est quia non insontem sed male sibi
consciam se peremit Quid si enim quod ipsa tantummodo nosse poterat quamvis
iuveni violenter irruenti etiam sua libidine illecta consensit
idque in se puniens ita doluit ut morte putaret expiandum
Quamquam ne sic quidem se occidere debuit si fructuosam posset a-
pud deos falsos agere penitenciam Verumptamen si forte ita est falsumque est illud quod
duo fuerunt et adulterium unus admisit sed potius ambo adulterium com-
miserunt unus manifesta invasione altera latente consensione non se oc-
cidit insontem et ideo potest a litteratis eius defensoribus dici non esse apud inferos
inter illos qui sibi letum insontes peperere manum Sed ita hec causa ex utroque latere
coartatur ut si extenuatur homicidium adulterium confirmetur si purgatur
homicidium adulterium cumuletur Nec omnino invenitur exitus ubi dicitur
Si adulterata cur laudata si pudica cur occisa Nobis tamen in hoc tam nobili
femine huius exemplo ad istos refutandos qui christianis feminis in captivi-
tatem compressis alieni ab omni cogitatione sanctitatis insultant sufficit
quod in preclaris eius laudibus dictum est duo fuerunt et adulterium unus ad-
misit Talis enim ab eis lucrecia magis credita est que se nullo adulterino
potuit maculare consensu Quod ergo se ipsam quoniam adulterium pertulit eciam non
adultera occidit non est pudicicie caritas sed pudoris infirmitas Puduit
enim eam turpitudinis aliene in se commisse eciam si non secum et romana
mulier laudis avida nimium verita est ne putaretur quod violenter est passa
cum viveret libenter passa si viveret Unde ad oculos hominum testem mortis sue illam
penam adhibendam putavit quibus conscienciam demonstrare non potuit Sociam
quippe facti se credi erubuit si quod alius in ea fecerat turpiter ferret ipsa
patienter Non hoc fecerunt femine christiane que passe similia vivunt Tamen
nec in se ulte sunt crimen alienum ne aliorum sceleribus adderent sua si quoniam
hostes in eis concupiscendo stupra commiserant illi in se ipsis
homicidia erubescendo committerent Habent quippe intus
gloriam castitatis testimonium consciencie habent autem coram oculis
dei sui nec requirunt amplius ubi quid recte faciant non
habent amplius ne devient ab auctoritate legis divine cum ma-
le devitant offensionem suspicionis humane Nullam esse auctoritatem
que christianis in qualibet causa ius voluntarie mortis ~~mentis~~ attribuat. xx.

Neque enim frustra in sanctis canonicis libris nusquam nobis divinitus
preceptum promissumve reperiri potest ut vel ipsius adipiscende in-
mortalitatis vel ullius carendi cavendive mali causa nobismet ipsis necem
inferamus Nam et prohibitos nos esse intelligendum est ubi lex ait non
occides presertim quia non addidit proximum tuum sicut falsum testimonium cum vetaret
falsum inquit testimonium non dices adversus proximum tuum Nec ideo tamen si
adversus se ipsum quisque falsum testimonium dixerit ab hoc crimine se putavit alienum

Contra falsam sententiam poetarum de lucrecia

Ne ipsi nostri se aliquis occidat

qui regulam diligendi proximum a se ipso dilectore accepit quandoquidem scriptum est · Diliges proximum tuum tamquam te ipsum · Porro si falsi testimonii non minus reus est qui de se ipso falsum fatetur quam si adversus proximum hoc faceret cum in eo precepto quo falsum testimonium prohibetur adversus proximum prohibeatur · possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum ut adversus se ipsum quisque falsus testis assistat quanto magis intelligendum est non licere homini se ipsum occidere cum in eo quod scriptum est non occides nichilo · deinde addito nullus nec ipse utique cui precipitur intelligatur exceptus · Unde quidam hoc preceptum etiam in bestias ac pecora conantur extendere ut ex hoc nullum etiam illorum liceat occidere · Cur non ergo et herbas et quidquid humo radicitus alitur ac figitur · Nam et hoc genus rerum quamvis non sentiat dicitur vivere ac per hoc potest et mori proinde etiam cum vis adhibetur occidi · Unde et apostolus cum de huiusmodi seminibus loqueretur · Tu inquid quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur · Et in psalmo scriptum est · Occidit vites eorum in grandine · Num igitur ab hoc cum audimus non occides · virgultum vellere nephas dicimus et manicheorum errori insanissime acquiescimus · His igitur deliramentis remotis cum legimus non occides · si propterea non accipimus hoc dictum esse de frutectis · quia nullus eis sensus est nec de irrationabilibus animantibus volatilibus natatilibus ambulatilibus reptilibus quia nulla nobis ratione sociantur quam non eis datum est nobiscum habere communem · unde iustissima ordinatione creatoris et vita et mors eorum nostris usibus subditur · Restat ut de homine intelligamus quod dictum est non occides · nec alterum ergo nec te · neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit

De medis falsorum expositionibus non occide

radicitus quamvis non sentiat dicitur vivere ac per hoc potest et mori proinde etiam

De interfectoribus hominum qui ab homicidii crimine excipiuntur · xxi ·

Quasdam vero exceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritas ut non liceat hominem occidi · Sed his exceptis quos deus occidi iubet · sive data lege sive ad personam pro tempore expressa iussione · Non autem ipse occidit qui ministerium debet iubenti sicut adminiculum gladius utenti · Et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt quo dictum est non occides · qui deo auctore bella gesserunt aut personam gerentes publice potestatis secundum eius leges hoc est iustissime rationis imperium sceleratos morte punierunt · Et abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine verum etiam laudatus est nomine pietatis quod voluit filium nequaquam scelerate sed obedienter occidere · Et merito queritur utrum pro iussu dei sit habendum quod Jepte filiam que patri occurrit occidit cum id se vovisset immolaturum deo quod ei redeunti de prelio victori primitus occurrisset · Nec sampson aliter excusatur quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit nisi quia spiritus latenter hoc iusserat qui per illum miracula faciebat · His igitur exceptis quos vel lex iusta generaliter vel ipse fons iusticie deus specialiter occidi iubet · Quisquis hominem vel se ipsum vel quemlibet occiderit homicidii crimine innectitur

De expositione huius ubi non occides

Nec sampson · De sampsone

An umquam possit mors voluntaria ad magnitudinem animi pertinere · xxii ·

Et quicumque hoc in se ipsis perpetraverunt animi magnitudine fortasse mirandi non sapientie sanitate laudandi sunt · Quamquam si rationem diligentius consulas ne ipsa quidem animi magnitudo recte nominatur ubi quisque non valendo tollerare vel queque aspera vel aliena peccata se ipse interemerit · Magis enim mens infirma deprehenditur que ferre non potest vel duram sui corporis servitutem vel stultam vulgi opinionem maiorque animus merito dicendus est qui vitam erumpnosam magis potest ferre quam fugere et humanum iudicium maximeque vulgare quod plerumque caligine erroris involvitur pre conscientie luce ac puritate contempnere · Quam ob rem si magno animo fieri putandum est cum sibi homo ingerit mortem · ille potius theobrotus in hac animi magnitudine reperitur quem ferunt lecto platonis libro ubi de immo-

pulcherrime

De theobroto philosopho qui lecto platonis libro de immortalitate anime se precipitavit etiam

talitate anime disputantem se precipitem de muro dedisse atque ita ex hac vita
demigrasse ad eam quam credidit esse meliorem. nihil enim urgebat aut calamita
tis aut criminis seu verum seu falsum quod non valendo ferre se aufferret. sed ad ca
pessendam mortem atque huius vite suavia vincula rumpenda sola affuit animi
magnitudo. Quod tamen magne potius factum esse quam bene testis ei
esse potuit plato ipse quem legerat. qui profecto id precipue potissimumque fecisset | vel etiam precepisset
nisi ea mente qua immortalitatem anime vidit nequaquam faciendum
quin etiam prohibendum esse iudicasset. At enim multi se interemerunt ne in manus
hostium pervenirent. Non modo querimus utrum sit factum sed utrum fuit | Questio utrum
faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda | aliquis debeat se
est. cui quidem exempla concordant. sed illa que ad digniora | occidere
tanto sunt imitatione quanto excellenciora pietate. Non fe | et illis
cerunt patriarche. non prophete. non apostoli. quia et ipse dominus ihesus christus qui | solo
eos si persecucionem paterentur fugere admonuit de civitate in civi
tatem. potuit admonere ut sibi manus inferrent ne in manus persequen
cium pervenirent. porro si hoc ille non iussit aut monuit ut eo modo sui ex hac
vita emigrarent. Quibus hiis migrantibus se mansiones eternas pre
paraturum esse promisit. quelibet exempla opponant gentes que ignorant
deum. manifestum est hoc non licere colentibus unum verum deum. *Quale exempli*
sit cathonis qui se victoria cesaris non ferens interemit. xxiii

Sed tamen etiam illi preter lucreciam de qua supra satis quod vi
debatur diximus non facile repperiunt de cuius auctoritate
prescribant nisi illum cathonem qui se utice occidit. non quia solus
id fecit. sed quia vir doctus et probus habebatur ut merito putetur etiam
recte fieri potuisse vel posse quod fecit. De cuius facto quid potissimum dicam
nisi quod amici eius docti quidam viri qui hoc fieri prudencius dissuadebant
imbecillioris quam fortioris animi facinus esse censuerunt. quo demon
straretur non honestas turpia precavens. sed infirmitas adversa non sus
tinens. hoc et ipse catho in suo carissimo filio iudicavit. Nam si turpe erat
sub victoria cesaris vivere cur auctor huius turpitudinis filio fuit. quem
de cesaris benignitate omnia sperare precepit. Cur non et illum secum coegit
ad mortem. Nam si eum filium qui contra imperium in hostem pugnaverat et
victorem laudabiliter torquatus occidit. cur victus victo filio pe | De tor
percit catho qui non pepercit sibi. An turpius erat contra imperium | quato
esse victorem quam contra decus ferre victorem. Nullo modo igitur catho | ro
turpe esse iudicavit sub victore cesare vivere. alioquin ab hac turpitudine
paterno ferro filium liberaret. Quid ergo est nisi quod filium quantum amavit cui
parci a cesare et speravit et voluit. tantum glorie ipsius cesaris ne ab illo
etiam sibi parceretur. ut ipse cesar dixisse fertur invidit. et ut aliquid nos mitius
dicamus erubuit. *Quod in ea virtute qua regulus cathone prestancior*
fuit multo magis emineant christiani. xxiiii

Nolunt autem isti contra quos
agimus ut sanctum virum Iob qui tam horrenda mala
in sua carne perpeti maluit quam illata sibi morte omnibus | De Iob
carere cruciatibus vel alios sanctos ex litteris nostris summa auctoritate cel
sissimis fideque dignissimis qui captivitatem dominationemque hostium
ferre quam sibi necem inferre maluerunt cathoni preferamus. sed ex litteris eorum
eundem illum marco cathoni marcum regulum preferam. Catho enim numquam
cesarem vicerat cui victus dedignatus est subici et ne subiceretur a se ipso
elegit occidi. Regulus autem penos iam vicerat imperioque | De regulo vin
romano romanus imperator non ex civibus dolendam sed | cente penos
ex hostibus laudandam victoriam reportaverat. ab eis tamen postea | et carthagin
victus maluit eos ferre serviendo quam eis se aufferre mori | et postea
endo. proinde servavit et sub carthaginensium dominatione | victo ab
pacienciam et in romanorum dilectione constanciam nec victum | eisdem
aufferens corpus ab hostibus nec victum animum a civibus. Nec quod se

occidere voluit vite huius amore fecit. Hoc probavit cum promissis iuratus ad eosdem hostes quos gravius in senatu verbis quam bello armis offenderat sine ulla dubitatione remeavit. Tantus itaque vite huius contemptor cum sevientibus hostibus per quaslibet penas eam finire quam se ipse perimere maluit magnum scelus esse si se homo interimat procul dubio iudicavit. Inter omnes suos laudabiles et virtutis insignibus illustres viros non proferunt romani meliorem quem neque felicitas corrupit, nam in tanta victoria mansit pauperrimus, nec infelicitas fregit nam ad tanta exicia revertitur intrepidus. Porro si fortissimi et clarissimi viri terrene patrie defensores deorum quamlicet falsorum non tamen fallaces cultores sed veracissimi etiam iuratores qui hostes victos more ac iure belli ferire potuerunt, hii ab hostibus victi se ipsos ferire noluerunt et cum mortem minime formidarent victores tamen dominos ferre quam eam sibi inferre maluerunt, quanto magis christiani verum deum colentes et superne patrie suspirantes ab hoc facinore temperabunt si eos divina dispositio vel probandos vel emendandos ad tempus hostibus subiugavit, quos in illa humilitate non deserit qui propter eos tam humiliter venit altissimus, presertim quos nullius militaris potestatis vel talis milicie iura constringunt ipsum hostem ferire superatum.

Qui pagani per falsos deos sint decepti se occidere noluerunt pro quibus mori per hostes suos non timuerunt quanto magis xpiani verum deum colentes non se occidere iubentur.

Quod peccatum non per peccatum debeat declinari. xxv

Quis ergo tam malus error obrepit ut homo se occidat vel quia in eum peccavit vel ne in eum peccet inimicus, cum vel peccatorem vel peccaturum ipse occidere non audeat inimicum. At enim timendum est et cavendum ne libidini hostili subditum corpus illecebrosissima voluptate animum alliciat consentire peccato. Proinde inquiunt non iam propter alienum sed propter suum peccatum antequam hoc quisque committat se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciet animus ut consentiat libidini carnis sue aliena libidine concitate qui deo potius eiusque sapientie quam corpori concupiscencieque subiectus est. Verumptamen si detestabile facinus et dampnabile scelus est et se ipsum hominem occidere sicut veritas manifeste proclamat, quis ita desipiat ut dicat: Iam nunc peccemus ne postea forte peccemus, iam nunc perpetremus homicidium ne postea forte incidamus in adulterium. Nonne si tantum dominatur iniquitas ut non innocencia sed peccata potius eligantur satius est incertum de futuro adulterium quam certum de presenti homicidio. Nonne sanctius est flagicium committere quod penitendo sanetur quam tale facinus ubi locus salubris penitentie non relinquitur. Hec dixi propter eos vel eas qui non alieni sed proprii peccati devitandi causa ne sub alterius libidine etiam sua excitata forte consenciat vim sibi qua moriantur inferendam putant. Ceterum absit a mente christiana que deo suo fidit in eoque spe posita eius adiutorio nititur, absit inquam ut mens talis carnis voluptatibus ad consensum turpitudinis qualicumque cedat. Quod si illa concupiscentialis inobediencia que adhuc in membris moribundis habitat preter nostre voluntatis legem quasi lege sua movetur, quanto magis absque culpa est in corpore non consencientis si absque culpa est in corpore dormientis.

+ de futuro adulterium quam certo de presenti homicidium

Sanctius est flagicium committere quod penitendo sanetur quam tale facinus ubi locus penitentie non relinquitur.

De hys que fieri non debent licet a sanctis facta noscuntur qua racione facta credenda sint. xxvi

Sed inquiunt quidam sancte femine tempore persecucionis ut insectatores sue pudicicie devitarent in rapturum atque necaturum se fluvium proiecerunt eoque modo defuncte sunt earumque martiria in catholica ecclesia veneracione celeberrima frequentantur. De hys nichil temere audeo iudicare. Utrum enim ecclesie aliquibus fide dignis testificacionibus ut earum memoriam sic honoret divina persuaserit auctoritas nescio, et fieri potest ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus decepte sed divinitus iusse nec errantes sed obedientes, sicut de sampsone aliud nobis

De quibusdam qui se tempore persecucionis [illegible]

fas esse nobis non credere. Cum autem deus iubet seque iubere sine ullis ambagibus
intimat, quis obedientiam in crimen vocet, quis obsequium pietatis accuset.
Sed non ideo sine scelere facit quisquis deo filium ymolare decreverit quia hoc abra
ham laudabiliter etiam fecit. Nam et miles cum obediens potestati
sub qua legitime constitutus est hominem occidit, nulla civitatis sue
lege reus est homicidii, immo nisi fecerit reus est imperii deserti
atque contempti, quod si sua sponte atque auctoritate fecisset, in crimen effusi
sanguinis humani incidisset. Itaque unde punitur si fecit iniussus
inde punietur nisi fecerit iussus. Quod si ita est iubente im
peratore, quanto magis iubente creatore. Qui ergo audit se non licere occidere
faciat si iussit cuius non licet iussa contempnere, tantummodo videat utrum
divina iussio nullo nutet incerto. Nos per aurem conscientias convenimus, occultorum
nobis iudicium non usurpamus. Nemo scit quid agatur in homine nisi spiritus
hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus
approbamus: neminem spontaneam mortem sibi inferre debere velut
fugiendo molestias temporales ne incidat in perpetuas, neminem
propter aliena peccata ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium
quem non polluebat alienum. Neminem propter sua peccata preterita propter
que magis hac vita opus est ut possint penitendo sanari.
Neminem velut desiderio vite melioris que post mortem speratur
quia reos sue mortis meliorem post mortem vitam non suscipit.

Utrum propter declinationem peccati mors spontanea appetenda sit. Cap. xxvii.

Restat una causa de qua dicere ceperam qua utile putatur ut se
quisque interficiat, scilicet ne in peccatum irruat vel blandien
te voluptate vel dolore seviente. Quam causam si voluerimus admittere
eo usque progressa perveniet ut hortandi sint homines tunc se potius inter
imere cum lavacro sancte regenerationis abluti universorum remissionem acceperint
peccatorum. Tunc enim tempus est cavendi omnia futura peccata cum sunt omnia deleta
preterita. Quod si morte spontanea recte fit, cur non tunc potissimum fit? Cur
baptizatus sibi quisque parcit? Cur liberatum caput tot rursus vite huius
periculis inserit, cum sit facillime potestatis illata sibi nece omnia devitare, et scriptum
sit: Qui amat periculum incidit in illud. Cur ergo amantur tot et
tanta pericula, vel certe etiam si non amantur suscipiuntur, cum
abscedere licitum est? An tam insulsa perversitas cor evertit et a consideratione veritatis avertit
ut ut unusquisque interimere debeat ne unius captivantis dominatu corruat,
vivendum sibi existimet ut ipsum perferat mundum per omnes horas
temptationibus plenum, et talibus qualibus sub uno domino formidatur, et innumera
bilibus ceteris quibus sine hec vita non ducitur? Quid ergo cause est cur in
eis exhortationibus tempora consumamus quibus baptizatos alloquendo studemus
accendere sive ad virginalem integritatem sive ad continentiam vidualem sive ad
ipsam thori coniugalis fidem, cum habeamus meliora ab omnibus peccandi periculis
remota compendia, ut quibuscumque post remissionem recentissimam peccatorum
arripiendam mortem sibique ingerendam persuadere potuerimus, eos ad dominum
saniores purioresque mittamus? Porro si quis hoc aggrediendum et suaden
dum putat, non dico desipit sed insanit, qua tandem fronte homini dicit: Interfice
te ne parvis tuis peccatis adicias gravius dum vivis sub domino barbaris
moribus impudico, qui non potest nisi sceleratissime dicere: Interfice te peccatis tuis
omnibus absolutis ne rursus talia vel etiam peiora committas dum vivis
in mundo tot impuris voluptatibus illecebroso, tot nephandis crudeli
tatibus furioso, tot erroribus et terroribus inimico. Hoc quia nephas
est dicere, nephas est profecto se occidere. Nam si hoc sponte faciendi ulla causa
iusta esse posset, procul dubio iustior quam ista non esset. Quia ergo nec ista est,
ergo nulla est. Non itaque vobis o fideles Christi sit tedio vita vestra si ludibrio
hostibus fuit castitas vestra. Habetis magnam veramque consolationem
si fidam conscientiam retinetis non vos consensisse peccatis eorum qui in

De abraham et aliis obedientibus

Nemo sanus se occidat quacumque de causa hoc peccatum incipiat [illegible]

ut si se quisque interimere debeat

Fidelibus Christi non sit vita sua tedio [illegible]

uos peccare permissi sunt. Quo iudicio dei in corpora continentium libido
si forte eum permissi. || hostilis peccare permissa sit. xxviii.

Quod sunt quaestus alta quidem est providencia creatoris mundi et
atque rectoris et inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabi
les vie eius. Veruntamen interrogate fideliter animas vestras ne forte
de isto integritatis et continencie vel pudicicie bono uos inflatius extu
listis in humanis laudibus delectate in hoc etiam aliquibus invidistis. Non
accuso quod nescio nec audio quid uobis interrogata corda vestra respondent et
Tamen si ita esse responderint nolite mirari hoc vos amisisse unde hominibus
placere gestistis illud vobis remansisse quod ostendi hominibus non potest. Si pec
cantibus non consensistis divine gracie ne amitteretur divinum accessit auxi
lium humane glorie ne amaretur humanum successit obprobrium. In utroque con
solamini pusillanimes illinc probate hinc castigate illinc iustificate hinc
emendate. Quarum vero corda interrogata respondent numquam se de bono
virginitatis vel coniugalis pudicicie superbisse sed humilibus consenciendo
de dono dei cum tremore exultasse nec invidisse cuiquam paris excellen
ciam sanctitatis et castitatis sed humana laude postposita quanto maior
deferri solet quanto est bonum rarius quod exigit laudem optasse pocius
ut amplior earum numerus esset quam ut ipse in paucitate amplius eminerent
nec iste que tales sunt si earum quoque aliquas barbarica libido compres
sit permissum hoc esse causentur nec ideo credant deum ista negligere quia
permittit quod nemo inpune committit. Quedam enim veluti pondera
malarum cupiditatum et per occultum presens divinum iudicium relaxantur et
manifesto ultimo reservantur. Fortassis autem iste que bene sibi sunt conscie
non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse et tamen vim hostilem
in carne perpesse sunt habebant aliquid latentis infirmitatis que
posset superbie fastum si hanc humilitatem in vastacione illa evasissent extolli
Sicut ergo quidam morte rapti sunt ne malicia mutaret in
tellectum eorum ita quiddam ab istis quedam ui raptum est ne prosperitas mutaret
modestiam earum. Utrisque igitur que de carne sua quod turpem
nullius essent perpesse contactum vel iam superbiebant vel superbire si
nec hostium violencia contrectate essent forsan poterant non ablata
est castitas sed humilitas persuasa. Illarum tumori occursum est inminenti istarum
occursum est imminenti. Quamquam et illud non sit tacendum quibusdam que ista per
pesse sunt potuisse videri continentie bonum in bonis corporalibus deputandum
et tunc manere si nullius libidine corpus attrectaretur non autem esse positum solo
adiuto divinitus robore voluntatis ut sit sanctum et corpus et spiri
tale bonum esse quod invito animo non possit auferri qui error eis fortasse sublatus
est. Cum enim cogitant qua consciencia deo servierint et fide inconcussa non de
illo senciunt quod ita sibi servientes eumque ita invocantes deserere ullo modo potuit
quantique illi castitas placeat dubitare non possunt vident esse consequens ne
quaquam illum fuisse permissurum ut hec acciderent sanctis suis si eo modo perire posset
sanctitas quam contulit eis et diligit in eis. Quid familia Christi respondere debeat infidelibus cum exprobrant quod eam a furore hostium liberavit Christus. xxix.

Habet itaque omnis familia summi et veri dei consolacionem suam non fal
lacem nec in spe rerum nutancium vel labencium constitutam vi
tamque etiam ipsam temporalem minime penitendam in qua eruditur ad eternam bo
nisque terrenis tamquam peregrina utitur nec capitur malisque aut probatur aut emendatur.
Illi non qui probitati eius insultant eique dicunt cum forte in aliqua temporalia
mala devenerit ubi est deus tuus ipsi dicant ubi sunt dii eorum
cum talia paciuntur pro quibus evitandis eos vel colunt vel colenda
dos esse contendunt. Nam ista respondet. Deus meus presens
ubique totus nusquam inclusus qui possit esse secretus abesse non
motus. Ille cum me adversis rebus exagitat aut merita examinat aut peccata castigat mercedemque in eternam pro tolleratis pie malis

De occulta dei promissione

De dei potestate et consolacione fallorum dorum

tpalibus fruat Vos aut qui estis cu quibus loqui dignu sit salte de dijs viris Quanto minus de deo meo q terribilis e sup omnes deos qui omnes dij gen cium demonia dns aut celos fecit **Quarum pudendis psspitatibus affluere velint qui de xianis tepib; conquerunt. xxx**

Si nasica ille scipio vr quondam pontifex vester quem sub terrore belli punici in suscipiendis frigijs sacris cu vir optimus quereretur vniuersus senatus elegit cuius os fortasse non auderetis aspicere ipe vos ab hac inpudicicia cohiberet Cur enim afflicti rebus aduersis de temporibus xianis xamis nisi quia vestram luxuriam cupitis hre securam et pditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere Neque enim cupitis hre pacem et omni genere copiarum habundare ut his bonis honeste utamini hoc est modeste sobrie temperanter pie sed ut infinita varietas vitiorum voluptatum insanis effusionibus exquirat sedisque rebus ea mala oriantur in moribus que sevientibus peiora sunt hostibus At ille scipio pontifex maximus vir ille iudicio totius senatus vir optimus istam vobis metuens calamitatem nolebat emulam tunc imperij romani carthaginem dirui et decernenti ut dirueretur contradicebat cathoni timens infirmis animis hostem securitatem et tamquam pupillis ciuibus ydoneum tutorem necessarium videns esse terrorem

De scypione nasica de cathone et de charthagine destructa vir optimi suspitor gine quod plus nocent quam hostis

Quibus vitiorum gradibus acta sit in romanis cupido regnandi xxxi

Nec enim sententia fefellit re ipa pbatum est quam vera diceret. Deleta quippe carthagine magno scilicet terrore romane reipublice depulso et extincto tanto de rebus psspis orta mala continuo subsecuta sunt ut corrupta disruptaque concordia primus seuis cruentis seditionibus deinde mox malarum connexione causarum bellis etiam ciuilibus tante strages ederentur tantus sanguis effunderetur tanta cupiditate pscriptionum ac rapinarum ferveret immanitas ut romani illi qui vita integriore mala metuebant ab hostibus pdita integritate vite crudeliora paterentur a ciuibus et ea que ipa libido dominandi que inter alia vitia generis humani inmeratior inerat vniuerso pplo romano postea quam in paucis potentioribus vicit obtritos fatigatosque ceteros etiam iugo seruitutis oppressit. Nam quando illa quiesceret in supbissimis mentibus donec continuatis honoribus ad ptatem regiam pueniret honorum porro continuandorum facultas non esset nisi ambicio praualeret minime aut praualeret ambicio nisi in pplo auaricia luxuriaque corrupto. Auarus vero luxuriosusque pplus sedisque rebus effectus est quas et nasica ille pudentissime cauendas esse censebat qui ciuitatem hostium maximam fortissimam opulentissimam nolebat auferri ut timore libido primeretur libido pssa non lasciviret luxuriaque cohibita nec auaricia grassaretur Quibus viciis obseratis ciuitati vtilis virtus floreret et cresceret et que virtuti libertas congrua permaneret **De scenicorum vicione ludorum · xxxii**

Hinc etiam erat et ex hac pudentissima prie caritate veniebat quod idem ipe vir pontifex maximus a senatu illius temporis quod sepe dicendum est electus sine ulla linguarum discrepantia vir optimus caueam theatri senatum construere molientem ab hac dispositione et cupiditate compescuit psuasitque oratione grauissima ne grecam luxuriam virilibus prie moribus pateretur obrepere et ad virtutem labefactandam eneruandamque romanam peregrine consentire nequicie. Tantumque auctoritate valuit ut eius verbis commota senatoria prudencia etiam subsellia quibus ad horam congestis et ludorum spectaculo iam uti ciuitas ceperat deinceps phiberet apponi. Quanto studio iste ab urbe roma ludos ipsos scenicos abstulisset si auctoritati eorum quos deos putabat resistere auderet quos esse noxios demones non intelligebat vel placandos esse ipe potius quam contempnendos estimabat Nondum enim fuerat declarata gentibus superna doctrina que fide cor mundans ad celestia vel supercelestia capescenda humili pietate humanum mutaret affectum et a dominatu superborum demonum liberaret Verumptamen scitote qui ista nescitis et qui nos dicitis nescire aduertite qui

ad usque liberatorem talibus dominis nummatis ludi scenici spectacula turpi
tudinum et licencia vanitatum non hominum viciis sed deorum vestrorum iussis rome in
stituti sunt Tollerabilius divinos honores deferretis illi ~~Scipioni~~ quam deos
eiusmodi coleretis Neque enim erant illi dii suo pontifice meliores Ecce attendi
te si mens tam diu potatis erroribus ebria vos aliquid sanum considerare per
mittit dii propter sedandam corporum pestilenciam ludos sibi scenicos exhiberi
iubebant pontifex autem propter animorum cavendam pestilenciam ipsam scenam construi pro
hibebat Si aliqua luce mentis animum corpori preponitis eligite quem colatis

De viciis romanorum quos patrie non correxit eversio xxxiii

Neque enim illa corporum pesti
lencia ideo conquievit quia populo bellicoso
et solis antea ludis circensibus assueto ludorum scenicorum delica
ta subintravit insania sed astucia spirituum nephandorum providens illam
pestilenciam fine debito cessaturam aliam longe graviorem qua plurimum
gaudet ex hac occasione non corporibus sed moribus curavit immittere que animos
miserorum tantis obcecavit tenebris tanta deformitate fedavit ut et
iam modo quod incredibile forsitan erit si a nostris posteris audietur romana urbe
vastata quos pestilencia ista ~~pestilencia ista~~ possedit atque inde fugi
entes carthaginem pervenire potuerunt in theatris cottidie certatim pro histrio
nibus insanirent O mentes amentes Quis est hic tantus non error sed fu
ror exitium vestrum sicut audivimus plangentibus orientalibus populis et maximis ci
vitatibus in remotissimis terris publicum luctum meroremque ducentibus vos the
atra quereretis intraretis impleretis et multa insaniora quam fuerat antea
faceretis Hanc animorum labem ac pestem hanc probitatis et honestatis e
versionem vobis Scipio ille metuebat quando construi theatra prohibebat quando
rebus prosperis facile vos corrumpi atque everti posse cernebat quando vos
ab hostili terrore securos esse nolebat Neque enim censebat ille felicem
esse rem publicam stantibus menibus ruentibus moribus Sed in vobis plus
valuit quod demones impii seduxerunt quam quod homines providi precaverunt Et
hinc est quod mala que facitis vobis imputari non vultis mala vero que
patimini christianis temporibus imputatis Neque enim in vestra securitate patratam q
rem publicam sed luxuriam ~~fletis~~ nec contriti ab hoste luxuriam repressistis per
didistis utilitatem calamitatis et miserrimi facti estis et pessimi permansistis

(margin: qui depravati rebus prosperis nec corrigi potuistis adversis volebat eum Scipio terreri ab hoste ne in luxuria flueretis vos)

De clemencia dei que urbis excidium temperavit cap xxxiiii

Et tamen quod vivitis dei est qui nobis parcendo admonet ut
corrigamini penitendo qui vobis etiam ingratis pre
stitit ut vel sub nomine servorum eius vel in locis martirum eius hostiles
manus evaderetis Romulus et Remus asylum constituisse
perhibentur quo quisquis confugeret ab omni noxa liber esset augere
querentes creande multitudinem civitatis Mirandum in honorem christi
precessit exemplum Hoc constituerunt eversores urbis quod constituerant
antea conditores Quid autem magnum si hoc fecerunt illi ut civium
suorum numerus suppleretur quod fecerunt isti ut hostium suorum numerositas servaretur Hec
et alia si qua uberius et commodius potuit ut respondeat inimicis suis redempta
familia domini christi et peregrina civitatis regis christi

(margin: De Romulo et Remo)

De latentibus inter impios ecclesie filiis et de falsis intra ecclesiam christianis xxxv

Meminerit sane in ipsis inimicis latere cives futuros ne in
fructuosum vel apud ipsos putet quod donec
perveniat ad confessos portat infensos sicut ex illorum numero etiam
dei civitas habet secum quamdiu peregrinatur in mundo connexos communione sa
cramentorum qui partim in occulto partim in aperto sunt qui etiam cum ipsis ad
versus deum cuius sacramentum gerunt murmurare non dubitant modo cum illis
theatra modo ecclesias nobiscum replentes De correctione autem quorundam
etiam talium multo minus est desperandum si apud apertissimos adversarios pre
destinati amici latitant adhuc ignorati etiam sibi Perplexe quippe sunt iste
due civitates in hoc seculo invicemque permixte donec ultimo iudicio

dirimant de quarum exortu et procursu et debitis finibus q̄ dicendum arbitror quātū diuinitus adiuuabor expediam ꝓpter gloriam ciuitatis dei que alienis ex ꝯtrario comparatis clarius e[m]innebit. **De quibus causis sequenti disputacio[n]e sit differendum**

De pplexione dnarum ciuitatum

xxxvi **S**ed ad hunc quidam in dicenda sūt ad ‖ referendum usum eos qui romane rei publice clades in religio[n]em nram referūt, quia dijs suis sacrificare phibent. Comemoranda sūt enī que et quanta occurrere potuerint uł satis eē videbūt mala que illa ciuitas ptulit uł ad eius impium pruincie ptinētes anteq̄ eorum sacrificia phibita fuissent q̄ oīa pcul dubio nobis tribueret si iam uł illis clareret ~~clarerent~~ nra religio uł ita a sacris sacrilegijs phibēt. Deinde mōstrandū ē quos eorum mores et quā ob causam deus verus ad augendum ~~agendum~~ imperium adiuuare dignatus ~~dignatus~~ ē in cuius ptate sunt regna omnia, quamq̄ nichil eos adiuuerint hij quos deos putant sed pocius quātū decipiendo et fallendo nocuerint. Postremo aduersus eos dicetur qui manifestissimis documentis ꝯfutati atq̄ ꝯuicti conant asserere nō ppter vite p̄ntis utilitatē sed ꝓpter eam que post morte futura ē colendos deos. Que ne nisi fallor, q̊ multo erit operosior et subtiliori disputacōne dignior erit et cōtra phos in ea disseratur nō quoslibet sed qui apud illos excellentissima glā clari sūt et nobiscū multa sencīunt et de aīe īmortalitate et q̊ deus verus mundū ꝯdiderit et de prouidencia qua vniuersum q̊d ꝯdidit regit. Sed quo ipi ī illis que cōtra nos sencīunt refellendi sunt, deeē huic officio nō debemus, ut refutatis impijs ꝯdictoribus pro uiribus quas deus imparciet asseramus ciuitatem dei veramq̄ pietatem et dei cultū in quo vna veraciter sempiterna btitudo ꝓmittitur. Hic itaq̄ modus sit huius volumīs ut deinceps disposita ab alio sumamus exordio.

Q ne ul quitq̄ i xp̄ilibris dicat ē

quoslz

Tytuli secundi libri incipiunt

De modo qui necti disputacoīs adhibendus est. i. De hijs que pmo volumīe expedita sunt. ij. De assumenda historia qua ostendatur q̄ mala acciderint romanis cū deos colerēt anteq̄ religio xpiana obcresceret. iij. Q̄ cultores deorum nulla vnq̄ a dijs suis pceptiōnes acceperint et in sacris eorum turpia queq̄ celebrauerint. iiij. De obscenitatibus quibus mater deorum a cultoribus suis honorabatur. v. Deos paganorum nunq̄ bn̄ viuendi sanxisse doctrinam. vj. Inutilia eē inuēta phica auctē sine dīnā vbi q̊dq̄ ad vicia pronum magis monet q̊d dij fecerūt quā q̄ hoīes disputauerint. vij. De ludis scenicis in quibus dij nō offendūtur edicione suarum turpitudinum sed placātur. viij. Quod romani veteres de cohibenda poetica licencia senserint quā greci deorum secuti iudicium liberam esse voluerūt. ix. Qua nocendi arte demones velint uł falsa de se crimīa uł vera narrari. x. De scenicis apud grecos in rei publice amīstracōe receptis eo q̊d placacōm deorum ī iuste abhoīnes. xj. Q̄ romani auferendo libtatē poetis ī hoīes quā dederūt in deos melius de se q̄ de dijs suis senserint. xij. Debuisse intelligē romanos q̊d dij eorum qui se turpibus laudibus coli expetebāt indigni eēnt honore dīuīo. xiij. Meliorē fuisse platonē qui poetis locū in bn̄ morata ciuitate nō dedit quā hos deos qui se ludis scenicis voluerūt honorari. xiiij. Q̄ rōmi quosdam sibi deos nō rōne sed adulacōe instituerint. xv. Q̄ si dijs ulla cura eēt iusticie ab eis rōmi accipe debuerūt pcepta viuendi pocius quā leges ab alijs hoībus mutuari. xvj. De raptu sabinarum alijsq̄ iniquitatibus que in ciuitate romana eē laudantis viguere tpibus. xvij. Que de moribus romanorum a metu cōpessis a securitate resolutis salustius pdat hystoria. xviij. De corrupcione romane reipublice priusq̄ cultū deorum xp̄c auferret. xix. Qualē velint felicitate gaudē et quibus moribus viuē qui tpa xpiane religiōis in

curratur. xx Que sententia fuerit Ciceronis de romana republica. xxi Quod diis romanorum nulla umquam cura fuerit ne malis moribus respublica deperiret. xxii Varietates rerum temporalium non ex favore aut impugnatione demonum sed ex veri dei pendere iudicio. xxiii De Sillanis actibus quibus se demones ostentaverunt adiutores. xxiiii Quantum maligni spiritus ad flagitia invitent homines cum committendis sceleribus quasi divinam exempli sui interponunt auctoritatem. xxv De secretis demonum monitis que pertinebant ad bonos mores cum palam in sacris eorum omnis nequitia disceretur. xxvi Quanta eversione publice discipline romani diis suis placandis sacraverint obscena ludorum. xxvii De christiane religionis salubritate. xxviii De abiciendo cultu deorum exhortatio ad romanos.

Explicit liber primus Aurelii Augustini de civitate dei. Incipit liber secundus.

Si rationi perspicue veritatis infirmus humane consuetudinis sensus non auderet obsistere sed doctrine salubri languorem suum tamquam medicine praeberet subderet donec divino adiutorio fide pietatis impetrante sanaretur non multo sermone opus esset ad convincendum quemlibet vane opinationis errorem his qui recte sentiunt et sensa verbis sufficientibus explicant. Nunc vero quoniam ille est maior et tetrior insipientium morbus animorum quo irrationabiles motus suos etiam post rationem plene redditam quantum homini ab homine debetur sive nimia cecitate qua nec aperta cernuntur sive obstinatissima pervicacia qua et ea que cernuntur non feruntur eamque tamquam ipsam rationem veritatemque defendunt sic necessitas copiosius dicendi plerumque res claras velut eas non spectantibus intuendas sed quodammodo tangendas palpantibus et conivantibus offeramus. Et tamen quis disceptandi finis erit et loquendi modus si respondendum esse respondentibus semper existimemus. Nam qui vel non possunt intelligere quod dicitur vel tam duri sunt adversitate mentis ut etiam si intellexerint non obediant respondent ut scriptum est et loquuntur iniquitatem atque infatigabiliter vani sunt. Quorum dicta contraria si totiens velimus refellere quotiens obnixa fronte statuerunt non cogitare quid dicant dum quocumque modo nostris disputationibus contradicant quam sit infinitum et erumnosum et infructuosum vides. Quapropter nec teipsum mi fili Marcelline nec alios quibus hic labor noster in Christi caritate utiliter ac liberaliter servit tales meorum scriptorum velim iudices qui responsionem semper desiderent cum his que leguntur audierint aliquid contradici ne fiant similes earum mulierecularum quas commemorat apostolus semper discentes et ad veritatis scientiam numquam pervenientes.

Ad Marcellinum filium spiritualem scribit ut in primo libro

De his que primo volumine expedita sunt.

Superiori itaque libro cum de civitate dei dicere instituissem unde hoc universum opus illo adiuvante in manibus sumptum est occurrit mihi resistendum esse primitus eis qui hec bella quibus mundus iste conteritur maximeque romane urbis recentem a barbaris vastationem christiane religioni tribuunt qua prohibentur nephandis sacrificiis servire demonibus cum potius hec deberent tribuere Christo quod propter eius nomen contra institutum moremque bellorum eis quo confugerent religiosa et amplissima loca barbari libera prebuerunt atque in multis famulatum deditum Christo non solum verum sed etiam timore confictum sic honoraverunt ut quod in eos belli iure fieri licuisset illicitum sibi esse iudicarent. Inde incidit questio cur ista divina beneficia et ad impios ingratosque pervenerint et cur illa itidem dura que hostiliter facta sunt pios cum impiis pariter afflixerint. Quam questionem per multa diffusam in omnibus cotidianis vel dei muneribus vel hominum cladibus quorum utraque bene et male viventibus permixte atque indiscrete sepe accidunt volens multos movere ut perspecti operis necessitate dissolverem aliquantum in moratus sum maxime ad consolandas sanctas feminas et pie castas

Falli dicunt tribuerunt quod Christo debebant attribui

Disputacio primi libri

in quibus ab hoste aliquid perpetratum est quod intulit verecundie dolorem et si non abstu-
lit pudicicie firmitatem ne peniteat vite eas quas non est unde possit pe-
niteri nequicie. Deinde pauca dixi in eos qui christianos ad illius
rebus affectos et precipue pudorem humiliatarum feminarum quamvis castarum atque sanctarum
proterunitate impudentissima exagitant, cum sint nequissimi et irreverentis-
simi et longe ab eis ipsis romanis degeneres quorum preclara multa lau-
dantur et litterarum memoria celebrantur, ymo illorum glorie vehementer adversi. Ro-
mam quippe partam veterum auctamque laboribus fediorem stantem fecerant
quam ruentem, quandoquidem in ruina eius lapides et ligna, in istorum
autem vita omnia non murorum sed morum munimenta atque ornamenta ceciderunt, cum funestioribus eorum corda cupiditatibus quam ignibus
tecta illius urbis arderent. Quibus dictis primum terminavi
librum. Deinceps itaque dicere institui que mala civitas
illa perpessa sit ab origine sua sive apud se ipsam sive in
provinciis sibi etiam subditis, que omnia christiane religioni tri-
buerent si iam tunc ewangelica doctrina adversus falsos
et fallaces eorum deos testificatione liberrima personaret. De
assumenda hystoria qua ostenditur que mala acciderunt
romanis cum deos colerent antequam religio christiana obcresceret. .iij.

Disputacio libri secundi. Continua mala Roma perpessa sit ab origine sua sive in se sive in provincias iam sibi subditas.

Memento autem me ista commemorantem adhuc contra imperitos
agere, ex quorum imperitia illud quoque ortum est vulgare
proverbium: Pluvia defit, causa christiani sunt. Namque qui eorum studiis li-
beralibus instituti amant historiam facillime ista noverunt; sed ut nobis
ineruditorum turbas infestissimas reddant se nosse dissimulant atque hoc apud
vulgus confirmare nituntur, clades quibus per certa intervalla locorum et temporum
genus humanum oportet affligi causa accidere nominis christiani, quod contra deos suos in-
genti fama et preclarissima celebritate per cuncta diffunditur. Recolant
ergo nobiscum antequam Christus venisset in carne, antequam eius nomen ea cui fru-
stra invident gloria populis innotesceret, quibus calamitatibus res romana
multipliciter varieque contrite sunt, et in hiis defendant si possunt deos suos,
si propterea coluntur ne ista mala paciantur cultores eorum, quorum si quid nunc passi
fuerint nobis imputanda esse contendunt. Cur enim que dicturus sum permiserunt accidere cultoribus suis antequam eos declararet Christi nomen offenderetque eorum
sacrificia prohiberet? Primo ipsos mores ne pessimos haberent quare
dii eorum curare noluerunt? Deus enim verus eos a quibus non
colitur merito neglexit. Quod cultores deorum nulla umquam a diis
suis precepta probitatis acceperint et in sacris eorum turpia queque ce-
lebraverint. .iiij.

Cur falsi dii suos cultores affligi permiserunt.

colebatur

Dii autem illi a quorum cultu se prohiberi ingratissimi
homines conqueruntur cultores suos
ad bene vivendum quare nullis legibus adiuverunt? Utique dignum
erat ut quomodo isti illorum sacra ita illi istorum facta curarent. Sed respondetur
quod voluntate propria quisque malus est. Quis hoc negaverit? Veruntamen per-
tinebat ad consultores deos vite bone precepta non occultare populis cultoribus suis,
sed clara predicatione prebere, per vates etiam convenire atque arguere peccantes,
palam minari penas male agentibus, premia recte viventibus polliceri.
Quid umquam tale in deorum illorum templis prompta et eminenti voce concre-
puit? Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad spectacula ludibriaque
sacrilegorum; spectabamus arreptitios, audiebamus symphoniacos,
ludis turpissimis qui diis deabusque exhibebantur oblectabamur,
celesti virgini et Berecintie matri omnium, ante cuius lecticam die
solempni lavacionis eius talia per publicum cantitabantur a nequis-
simis scenicis, qualia non dico matrem deorum sed matrem qualiumcumque
senatorum vel quorumlibet honestorum virorum, ymo non qualia nec
matrem scenicorum deceret audire. Habet enim quiddam erga pa-
rentes humana verecundia quod nec ipsa nequicia possit auferre

deos

De fedis laudibus scenicorum que exhibebantur Berecinthie matri falsorum deorum.

Nam proinde turpitudinem obscenorum dictorum atque factorum scenicos ipsos
domi sue proludendi causa coram matribus suis agere puderet quam per publicam
agebant coram deorum matre spectante et audiente utriusque sexus frequen
tissima multitudine que si inlecta (illecta) curiositate ad esse poterat circumfusa
saltem offensa castitate debuit abire confusa. Que sunt sacrilegia si illa
erant sacra, aut que inquinatio si illa lauacio. Et hec fercula appellaban
tur quasi celebraretur conuiuium quo velut suis epulis immunda demonia pa
scerentur. Quis enim non sentiat cuiusmodi spiritus talibus obscenitatibus
delectentur nisi uel nesciens utrum sint omnino ulli immundi spiritus deorum nomine de
cipientes, uel talem agens vitam in qua istos potius quam deum verum et op
tet propicios et formidet iratos. De obscenitatibus quibus numquam deorum a

Nequaquam istos qui flagiciosissime cultoribus suis honorabat
consuetudinis vicio oblectari magis quam obluc
tari student, sed illum ipsum nasicam scipionem qui vir optimus a sena
tu electus est cuius manibus eiusdem demonis simulachrum susceptum est in vr
bemque peruectum, hec de hac re iudicem vellem, diceret nobis utrum matrem
suam tam optime de re publica vellet promereri ut ei
diuini honores decernerentur, sicut et grecos et romanos a
liasque gentes constat quibusdam decreuisse mortalibus, quorum
erga se beneficia magni penderant eos inmortales factos.
atque in deorum numero receptos esse crediderant. Profecto ille tanti
felicitatem sue matri si fieri posset optaret. Porro si ab illo
deinde quereremus utrum inter eius diuinos honores vellet illa
turpia celebrari, nonne se malle clamaret ut sua mater sine ullo
sensu mortua iaceret quam ad hoc dea viueret ut illa libenter audiret.
Absit ut senator populi romani ea mente preditus qua theatrum edificari in vrbe
fortium virorum prohibuit sic vellet coli matrem suam ut talibus dea sacris propici
aretur quibus matrona verbis offenderetur, nec ullomodo crederet verecundiam
laudabilis feminae ita in contrarium diuinitate mutari ut honoribus eam talibus ad
uocaret cultores sui qualibus conuiciis in quempiam iaculatis cum inter homines vi
ueret nisi aures clauderet seseque subtraheret erubescerent pro illa et pro
pinqui et maritus et liberi. Proinde talis mater deum qualem habere matrem puderet
quemlibet etiam pessimum virum romanas occupatura mentes quesiuit optimum vi
rum non quem monendo et adiuuando faceret sed quem fallendo deciperet ei similis
de qua scriptum est Mulier autem virorum preciosas animas captat ut ille magne
indolis animus hoc velut diuino testimonio sublimatus et vere se optimum ex
istimans veram pietatem religionemque non quereret sine qua omne quamuis lau
dabile ingenium superbia vanescit et decidit. Quo igitur nisi insidiose quereret
dea illa optimum virum cum talia querat in suis sacris qualia viri optimi ab
horrent suis adhibere conuiuiis. Deos paganorum numquam bene viuendi sa

nxisse doctrinam. Vi

Hinc est quod de vita et moribus ciuitatum
atque populorum a quibus celebrantur illa numina non cura
runt ut tam horrendis et detestabilibus malis magis non in agro et in vitibus
non in domo atque pecunia non denique in ipso corpore quod menti subditur
sed in ipsa mente in ipso rectore carnis animo eos impleri ac pessimos fi
eri sine ulla sua terribili prohibicione permitterent. Aut si prohibebant hoc ostendatur
potius hic probetur nec nobis nescio quos susurros paucissimorum aurib
us anhelatos et archana velut religione tradita iactent quibus vite pro
bitas castitasque dictatur sed demonstrentur uel commemorentur loca talibus
aliquando conuenticulis consecrata non ubi ludi agerentur obscenis vocibus
et motibus histrionum nec ubi fugalia celebrarentur effusa omni licencia
et vere fugalia sed pudoris et honestatis sed ubi populi audirent quid dii
preceperint de cohibenda auaricia ambicione frangenda luxuria refrenan
da, ubi discerent miseri quod discendum persius increpat dicens Discite
o miseri et causas cognoscite rerum. Quid sumus et quid nam victuri gignimur

Nasica scipio
nollet exhiberi
matris sue tur
pedas lau
des ut di
is sine pa
gani fi
eba
nt

qua mollis flexus

flexu · malos

ordo / quis datus aut mollis mete quis flexus mollis · et vnde / quis mo
dus argenti / quid fas optare / quid ad spem vtile nummus habet / patrie
carisque propinquis / quantum largiri deceat / quem te deus esse iussit / et humana
certe qua parte locatus · Dicitur in quibus locis hec docentium deorum solebat
precepta recitari et a cultoribus eorum publice frequenter audiri / sicut nos ostendimus
ad hoc ecclesias institutas · quaquam versum regio christiana diffunditur · Juuenta esse
inuenta philosophica auctoritate sine diuina nisi quodque ad vicia pronum magis monet

An forte nobis philosophorum scolas dis- || quod dii fecerunt quod quod homines disputauerunt
putaciones que memorabunt / primo hec non romana sed greca est · vn-
de autem si propterea iam romana quia grecia facta est romana prouincia · non
deorum precepta sunt sed hominum inuenta qui vtrumque conati sunt ingeniis acu
tissimis preditis raciocinando inuestigare / quid in rerum na
tura lateret / quid in moribus appetendum esset atque fugiendum / quid
in ipsis raciocinandi regulis certa conexione traheretur · Aut quid
non esset consequens vel esset repugnaret / et quidam eorum quedam ma-
gna quantum diuinitus adiuti sunt inuenerunt · Quantum autem
humanitus impediti sunt errauerunt maxime cum eorum superbie iuste prouiden
cia diuina resisteret · vt viam pietatis ab humilitate in superna surgente esse
istorum comparacione monstraret · Vnde nobis postea erit in dei veri et diuini
voluntate disquirendi ac disserendi locus · Verumtamen si philosophi aliquid
inuenerunt quod agende bone vite beateque adipiscende satis esse possit
quanto iustius talibus diuini honores decernentur · quanto
melius et honestius in platonis templo libri eius legerentur
quam in templis demonum galli absciderentur · molles consecrarentur · insani secarentur
quidquid aliud vel crudele vel turpe vel turpiter crudele
vel crudeliter turpe in sacris talium deorum celebrari solet / quanto satius
ad erudiendam iusticiam iuuentutem publice re
citari leges deorum · quam laudari inaniter leges atque instituta
maiorum · Omnis enim cultores talium deorum mox vt libido
perpulerit feruenti vt ait persius tincta veneno · magis
intuentur quid iupiter fecit · quam quid docuit plato vel censuit catho · Hinc apud terencium flagiciosus adolescens
spectat tabulam quandam pictam in pariete vbi inerat pic
tura hec · iouem quo pacto danem misisse aiunt in gremium
quondam aureum ymbrem · atque ab hac tanta auctore adhibet pro
cinium turpitudini sue cum in ea se iactat imitari deum / quem
deum inquid qui templa celi summo sonitu concutit / ego homun-
cio id non facerem Ego vero illud feci iam libens · De ludis
scenicis in quibus dii non offenduntur medicione suarum turpi-
tudinum sed placantur · viii
At enim non traduntur ista sacris deorum sed fabulis poetarum · Nolo dicere illa mi-
stica quam ista theatrica esse turpiora · hoc dico quod ne-
gantes conuincit hystoria eosdem illos ludos in quibus reg-
nant figmenta poetarum non per inperitum obsequium sacris deorum
suorum intulisse romanos / sed ipsos deos vt sibi solempniter ede-
rentur et honori suo consecrarentur acerbe imperando et quodammodo
extorquendo fecisse quod in primo libro breui commemoracione perstrin-
xi · Nam grauescente pestilencia · ludi scenici auctoritate pontificum rome
primitus instituti sunt · Quis igitur in agenda vita non ea sibi pocius
sectanda arbitretur que actitantur ludis auctoritate diuina institutis / quam ea
que scripta sunt legibus humano consilio promulgatis / adulterum Iouem
si poete fallaciter prodiderunt · dii vtique casti · quia tantum nephas per huma-
nos ludos confictum est · iniquid neglectum irati ac vindicare debuerunt
Et hii sunt scenicorum tollerabiliora ludorum · comedie scilicet et tragedie · id est fabu-
le poetarum agende in spectaculis multa rerum turpitudine / sed nulla saltem

philosophica et physica ethica logica dialectica

Melius esset libros platonis et aliorum philosophorum in phanis demonum legi quam illa turpia perpetrari que ibi agebantur

De fabula Iouis et ymbre aureo quem misit in gremium danes vt dicit terencius quod flagicium de ipso deo iupiter potius vindicare debuit quam laudare

sicut alia multa ubo*rum* obscenitate co*m*posite quas etia*m* int*er* studia que ho
nesta ac liberalia vocantur pueri lege*re* et disce*re* coguntur a senibus. cap*itulum* ix
QUID autem hinc senserint romani veteres Cyero testatur in libris quos
de re publica scripsit ubi scipio disputans ait Numquam comedie nisi co*n*
suetudo vite pateretur probare sua theatris flagicia potuissent. et greci qui
dem antiquiores uiciose sue opinionis quandam convenientiam
servaverunt apud quos fuit eciam lege concessum ut quod vellent
comedie nominatim de quo vellet diceret Itaque sicut in eisdem
libris loquitur affricanus quem illa non attigit uel pocius que*m*
non vexavit cui pepercit esto populares homines improbos in re
publica sediciosos cleonem cleophantem hyperbolum lesit. Paciamur inquit
et si huiusmodi cives acensore melius est quam apoeta notari. sed piclen cium
sue civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et bellis profuisse violari
usibus et eos agi in scena plus decuit quam si plautus noster inquid volu
isset aut nevius publio et gneo scipioni aut cecillius marco cathoni
maledicere. deinde paulo post inquit nostre inquid contra duodecim tabule cum perpaucas
res capite sanxissent in hiis hanc quoque sanctiendam putaverunt
si quis occentavisset sive carmen condidisset quod infamiam faceret flagi
cium ve alteri preteretur. Iudiciis enim magistratuum disceptacionibus legit
timis propositam vitam non poetarum ingeniis habere debemus.

Affricanus Cleus Cleofinus	Hyplolus Scypio Cecilius	Publius Gneus Marcus cato	Piclen Plautus Nevius	nec probrum audire n*isi* ea lege ut

re*spo*nde*re* liceat et iudicio defende*re*. hec ex cyceronis quarto de re publica libro
ad verbum excerpenda arbitratus sum non nullus propter faciliorem intellectum uel
pretermissis uel paululum commutatis. Multum enim ad rem pertinet quam
molior explicare si potero. dicit deinde alia et sic concludit huic loci
ut ondat veteribus displicuisse romanis uel laudari quemquam in scena
uivum hominem uel vituperari sed ut dixi. hi greci quamquam inverecundius. tamen
convenencius licere voluerunt. cum viderent diis suis accepta et grata esse
obprobria non tantum hominum verum et ipsorum deorum in scenicis fabulis sive apoe
tis essent illa conficta. sive flagicia eorum vera commemorentur et agerentur
in theatris. atque ab eorum cultoribus utinam solo risu ac non eciam imitacione
digna viderentur. Nimis enim superbum fuit fame parcere principum civita
tis et civium. ubi suee et fame pepercit numina voluerint Nam quod afferetur
pro defensione. non illa nam in deos dici sed falsa atque conficta id ipsum est
scelestius si pietatem consulas religionis. Si autem maliciam demonum
cogites. quid astucius ad decipiendum atque callidius. cum enim probrum ia
citur in principem patrie bonum atque utile. non ne tanto est indignius quanto
a veritate remocius et a vita illius alienius. Que igitur supplicia suffici
unt cum deo fit ista tam nepharia tam insignis iniuria Quia
nocendi arte demones velint uel falsa de se crimina uel vera narrari
SED maligni spiritus quos isti deos putant. et flagicia que .x.
non admiserunt de se dici volunt. dum tamen humanas hiis opinioni[ommentis]
bus velut retibus induant et ad predestinatum supplicium secum tra
hant. sive homines ista commiserunt quos deos haberi gaudent qui humanis
erroribus gaudent. pro quibus esse se colendos mille nocendi fallendi
que artibus interponunt. sive eciam nullorum hominum illa crimina vera sunt que t*amen*
tum de numinibus fingi libenter accipiunt. fallacissimi spiritus ut ad scelesta
ac turpia perpetranda velut ab ipso celo traduci[mtes] idoneas satis ydonea vi
deatur auctoritas. Cum igitur greci talium numinum servos se esse sentirent in
ter tot et tanta eorum theatrica obprobria parcendum sibi apoetis nullo*mo*
putaverunt. uel diis suis eciam sic assimilari appetentes. uel metuentes ne hones
tiorem famam ipsi requirendo et eis se hoc modo preferendo illos ad iracundiam provocarent

De scenicis apud grecos in rei publice amministracione recepcio eo quod placacionem deorum iniuste ab hominibus spernentur · xi

Ad hanc conuenienciam pertinet quod eciam scenicos actores earundem fabularum non paruo ciuitatis honore dignos existimauerunt siquidem quod in eo quoque de re publica libro commemoratur et eschines atheniensis vir eloquentissimus cum adolescens tragedias actitauisset rem publicam capessiuit et aristodemum tragicum item actorem maximis de rebus pacis ac belli legatum ad philippum athenienses sepe miserunt non enim consentaneum putabatur cum easdem artes eosdemque scenicos ludos esse dijs suis acceptos viderent illos per quos agerentur infamium loco ac numero deputare. Hec greci turpiter quidem sed sane dijs suis omnino congruenter qui vitam ciuium lacerandam linguis poetarum et hystrionum subtrahere ausi sunt a quibus cernebant deorum vitam turpiter quidem sed sane dijs suis omnino congruenter qui nec vitam eisdem dijs ipsis nolentibus carpi et ipsos homines per quos ista in theatris agebantur que numinibus quibus subditi erant grata esse cognouerant non solum minime spernendos in ciuitate verum eciam maxime honorandos putarunt. Quid namque cause reperire possent cur sacerdotes honorarent quia per eos victimas dijs acceptabiles offerebant et scenicos probrosos haberent per quos illam voluptatem siue honorem dijs exhiberi petentibus et nisi fieret irascentibus eorum admonicione didicerant cum presertim labeo quem huiusmodi rerum peritissimum predicant numina bona a malis ista eciam cultus diuersitate distinguat ut malos deos propiciari cedibus et tristibus supplicacionibus asserat bonos autem obsequijs letis atque iocundis qualia sunt ut ipse ait ludi conuiuia lectisternia quod totum quale sit postea si deus iuuerit diligencius disseremus. Nunc ad rem pertinet quod attinet siue de omnibus quasi cunctis bonis permixte tribuantur neque enim esse decet deos malos cum pocius ista quasi immundi spiritus omnes sint mali siue cum certa discrecione sicut labioni visum est illis illa istis ista distribuantur obsequia. Competentissime greci utrosque honore ducunt et sacerdotes per quos victime ministrantur et scenicos per quos ludi exhibentur ne vel omnibus dijs suis si et ludi omnibus grati sunt vel quod est indignius hijs quos bonos putant si ludi ab eis solis amantur iniuriam facere conuincantur.

Eschynes atheniensis vir eloquentissimus aristodemum tragicum ad philippum ut legatum

Labeonis distinctio de dijs malis et bonis

De labeone

Quod romani auferendo libertatem poetice in homines quam dederunt in deos melius de se quam de dijs suis senserunt · xij

At romani sicut in illa re publica disputacione scipio gloriatur probris et iniurijs poetarum subiectam vitam famamque habere noluerunt capite eciam sancientes tale carmen condere siquis auderet quod erga se quidem satis honeste constituerunt sed erga deos suos superbe et irreligiose quos cum scirent non solum pacienter sed eciam libenter poetarum probris maledictisque lacerari se pocius quam illos huiusmodi indignos iniurijs esse duxerunt seque ab eis eciam lege muniuerunt illorum autem ista eciam sacris solempnitatibus miscuerunt. Itane tandem scipio laudas hanc in poetis romanis licenciam negatam esse ut cuiquam opprobrium infligerent romanorum cum videas eos nulli deorum pepercisse uestrorum. Itane pluris tibi habenda visa est existimacio curie vestre quam capitolij immo rome unius quam celi tocius ut linguam maledicam in ciues tuos exercere poete eciam lege prohiberentur et in deos tuos securi tanta conuicia nullo senatore nullo censore nullo principe nullo pontifice prohibente iacularentur. Indignum videlicet fuit ut plautus aut nevius publio et gneo scipioni aut cecilius marco cathoni malediceret et dignum fuit ut terencius tuus flagicio iouis optimi maximi adolescencium nequiciam concitaret. Debuisse intelligere romanos quod si

Plautus ante nevius gneo scipioni a cecilius marco cathoni et terencius iouis

coz qui se turpibus laudibus coli expetebat indigni ee͞nt honore diuino
Sed rūderet in fortasse si vincetque nos ista in puntacē | xiijo
volem⁹ que ipi dij sacra ee noluerūt | cū ludos scenicos ubiqz
talia celebrant dictitant attitant et romanis motibus inuer-
erūt et sine honoribus dignā exhibeiqz iusserūt. Cur nō g° h ipi mag
intellecti sūt nō ee dij vei minus omīo digni quibus diuinos honores
deferret illa respublica | quos enī coli minime deceret hoīes neqz oporteret
si ludos expetet agendos cōuicijs romanorum | quō queso dij colendi pu
tati | quō nō detestande spūs intellecti qui cupiditate fallendi inter
suos honores suos celebrari cīmīa poposcerunt. Itemqz romani q͞uis ia
supsticiose nouia p̄mēnt ut illos deos colent quos in
debant sibi voluisse scenicas turpitudines cōsecrari | sue tn̄
dignitatis memores ac pudoris | auctores taliū fabularum nequa
q͞ honorauerūt more grecorum | sed sicut apud cicerone͞ ide͞
scipio loq̄tur cū artem ludicram scenaqz tota in probo duce
rent genus hoīū id nō mō honore ciuium reliquorū carerē | sz
eciā tribu mouei notatione censoria voluit | p̄clara sane
et romanis laudibus admiranda prudencia | sz vellē se ipam
seq̄retur se imitaret Ecce n. recte quisquis ciuium romanorum
ee scenicus elegisset | nō solū ei nullus ad honorē dabat locus
verū ee censoris nota tribū tenē nequaquā minime sinebat. aīmum ciuitatis
laudis auidū g͞manēqz romani | sz rūdeat in qua cōsentaneū roe
hoīes scenici ab omni honore pelluntur et ludi scenici deorum honoribus
admiscentur. illas theatricas artes diu virtus romana nō nouerat
que si ad oblectamentū voluptatis hūane quēret vicio mores irrepent
hūanorum dij eas sibi exhiberi petiuerunt. Quō g° abicitur scenicus p
quē colitur deus et theatrice illius turpitudinis qua fronte notat
auctor si adorat exactor. In hac cōtrouersia greci romaniqz concertant. greci
putant recte se honorare hoīes scenicos cū colant ludorum scenicorum fla
gitatores deos | romani vō hominibus scenicis nec plebeiā
tribū quā tomin⁹ senatoria curiam dehonestari sinunt. In hac
disceptacōne huiusmodi raciocinacio sūma q̄oēs absoluit. Proponūt
greci si dij tales colendi sunt profecto eciā tales hoīes hono
randi sunt | assumūt romani sed nullo mō tales hoīes hono
randi sunt | cōcludūt xpiani nullomō g° dij tales colendi sūt.
Meliore fuisse platone qui poetis locū nūū in morata ciuita
te nō dedit quā hos deos qui se ludis scenicis voluerūt hono
rari xiiij°
Deinde querim⁹ ipi poete taliū fabularum lege phibentur famā ledere
ciuium | tam probrosa in deos cōuicia iaculantes | cur nō ut scenici
ci habeantur inhoneste. qua rōne rectū ē. ut poeticorum figmentorum et ig
nominiosorum deorum infamantur actores. honorentur auctores. An for
te greco platoni pocius palma danda ē. qui cū roe formā
ret qualis ee ciuitas deberet. tamq̄ aduersarios veritatis ciuitatis poetas
censuit urbe pellendos. Iste vō et deorum iniurias indigne tu
lit et fucari corrūpiqz figmentis aīos ciuium noluit. Confer
nunc platonis hūanitatem. a ciuibus decipiendis poetas ur
bem pellentem. cū deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetente
illis talia vel scribentur. et si nō suasit disputando. tn̄ suasit lemitati
lasciuieqz grecorum | isti ut talia eciā agentur iubendo extorserunt grā
uitati et modestie romanorum. Nec tn̄ hec agi voluerūt. sz sibi dedi
cari. sibi sacrari. sibi solēpniter exhiberi. Cui tandem honestius diuinos ho
nores decerneret ciuitas | utrū platoni hec turpia et nephanda phi
benti | an demonibus hac hoīm decepcōe gaudentibus. quibus ille va
persuadē nō potuit. Hunc platonē labeo inter semideos cōmemorandū pu

Romani nō laudabant turpitudines scenicas q͞uis ee͞nt supsticiosi ut scipio loq̄t apud ciceronē

Disceptacio seu cōtrouersia inter grecos et romanos de ludis scenicis et theatris

De platone philosopho greco

tanit sicut herculem sicut romulum semideos aut heroibus annumerant sed
utrosque inter numina collocat Veruntamen isti quem appellat semideum
non heroibus tantum sed etiam diis ipsis preferendum esse non dubito Propinquant
aut romanorum leges disputacionibus platonis qui illa cuncta poetica
figmenta condempnat Isti aut poetis adimunt saltem in homines maledicendi
licenciam ille poetis ab urbis ipsius habitacione isti saltem auctores poe
ticarum fabularum removet a societate civitatis Et si contra deos ludorum scen
icorum expetitores aliquid auderent forte undique removerent Nequaquam
igitur leges ad instituendos bonos aut corrigendos malos mores a diis suis
possent decipere seu sperare romani quos legibus suis vincant atque convin
cunt Illi enim honori suo deposcunt ludos scenicos Isti ab honoribus omnibus
repellunt homines scenicos Illi celebrari sibi iubent figmentis poeticis
obprobria deorum isti ab obprobriis hominum deterrent inpudentiam poetarum
semideus aut ille plato et talium deorum libidini restitit et ab indole ro
manorum quid perficiendum esset ostendit Qui in poetis esse ipsos vel pro arbitrio
mencientes vel hominibus miseris qui deorum facta pessima imitanda pro
ponentes omnino in civitate bene instituta vivere noluit Nos quidem plato
nem nec deum nec semideum perhibemus nec ullo sancto angelo summi dei nec
veridico propheete nec apostolo alicui nec cuilibet christi martiri nec cuiquam christiano
homini comparamus cuius racio nostre sine deo prosperante
suo loco explicabitur Eum tamen quoniam ipsi volunt
fuisse semideum preferendum esse censemus si non romulo et her
culi quamvis istum nec fratrem occidisse nec aliquid perpetrasse
se flagicium quisquam historicorum vel poetarum dixit aut fin
xit certe vel priapo vel alicui cynocefalo postremo
vel febris quas romani numina partim peregrina receperunt
partim sua propria sacraverunt Quo non igitur tanta animi et morum
mala malis bonis preceptis et legibus vel imminencia
prohiberent vel insita extirpanda curaret dii tales qui
eciam seminanda et augenda flagicia curaverunt talia
vel sua vel quasi sua facta per theatricas celebritates populis innotescere
cupientes ut tamquam auctoritate divina sua sponte ne
quissima libido accenderetur humana frustra hoc exclamante
cycerone qui cum de poetis ageret ad quos cum accessit inquit
clamor et approbacio populi quasi magni cuiusdam et sapientis magistri quas
illi obducunt tenebras quos inuehunt metus quas inflamant cupiditates

Quae autem illic eligendi racio ‖ Quod romani quosdam igitur deos non racione sed adu
deorum deorum eciam ipsorum falsorum ‖ lacione instituerunt xv.
hac non pocius adulacio est qui istum platonem quem
semideum volunt tantis disputacionibus laborantem ne a
malis quam precipue cavenda sunt mores corrumperentur humani
nulla sacra edicula dignum putarunt et romulum suum diis
multis pretulerunt quamvis et ipsum semideum pocius quam deum velut
secrecior eorum doctrina commendet Nam eciam flaminem
illi instituerunt quod sacerdocii genus adeo in romanis sacris
testante apice excelluit ut tres solos flamines haberent
tribus numinibus institutos Dyalem iovi marcialem
marci quirinalem romulo nam benivolencia civium velut recep
ptus in celum quirinus est postea nominatus ac per hoc fratribus iovis
et neptuno et plutoni ipsi saturno patri eorum iste romulus
honore platus est ut pro magno sacerdocio quod iovi tribuerunt hoc
eciam huic tribueret Et marti tamquam patri eius forsitan propter ipsum

De iove neptuno plutone fratribus filiis saturni et de flaminibus io
vis qui dyalis et martis qui marcialis et romuli qui quirinalis dicti sunt
romulus ut meruit est divinificatus et appellatus quirinus

platonem quem appellat semideum non deum vel semideum divinus vel angelo vel propheete vel apostolo vel martiri comparamus sed tamen meliorem romulo fratricide vel herculi vel alicui cynocephalo vel priapo vel febro flagiciosis asserent

Sentencia cyceronis philosophi de fabulis deorum et poetis

Romulus semideus

flamines appellati quod filo laneo coronei iovi ymolata apice caput adornarent primo flamines qui filamines dicti insti id filum apicem vocant

Quod si dii ulla cura essent iusticie ab eis romani accipere debuerunt precepta vivendi potius quam leges ab aliis hominibus mutuari. xvi.

Si autem dii sive romani vivendi leges accipere potuissent non aliquot annos post roma conditam ab atheniensibus mutuarentur leges solonis quas tamen non ut acceperunt tenuerunt sed meliores et emendaciores facere conati sunt quamvis eciam ligurgus lacedemoniis leges ex appollinis auctoritate se instituisse confinxerit quod prudenter romani credere noluerunt propter non inde acceperunt. Numa pompeius qui romulo successit in regnum quasdam leges que quidem regendi civitati nequaquam sufficerent condidisse fertur qui eis multa eciam sacra constituit non tamen perhibentur easdem leges a numinibus accepisse. Mala igitur animi mala vite mala morum que ita magna sunt ut doctissimi viri eorum eciam stantibus urbibus res publicas perire confirmarent dii eorum ne suis cultoribus acciderent minime curaverunt immo vero ut augerentur sicut supra disputatum est omni modo curaverunt. De rapta sabinarum aliisque iniquitatibus que in civitate romana eciam laudatis viguere temporibus. xvii.

De ligurgo qui ex auctoritate appollonis lacedemoniis leges confinxit

De Numa pompeio

De solone philosopho

An forte populo romano propterea leges non sunt a numinibus constitute quia sicut salustius ait ius bonumque aput eos non legibus magis quam natura valebat. Ex hoc iure ac bono credo raptas esse sabinas. Quid enim iustius et melius quam filias alienas fraudi spectaculi inductas non a parentibus accipi sed vi ut quisque poterat auferri. Nam si inique facerent sabini negare postulatas quanto fuit iniquius rapere non datas. Iustius autem bellum cum ea gente geri potuit que filias suas ad matrimonium conregionalibus et confinalibus suis negassent repetitas quam cum ea que repetebat ablatas. Illud ergo pocius fieret ibi mars filium suum pugnantem iuvaret ut coniugiorum negatorum armis ulcisceretur iniuriam et eo modo ad feminas quas voluerat perveniret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas iuste victor aufferret. Nullo autem iure pacis non datas rapuit et iniustum bellum cum earum parentibus iuste succedentibus gessit. Hoc sane utilius feliciusque successit quod et si memoriam fraudis illius circensium spectaculum mansit facinoris tamen in illa civitate et imperio non placuit exemplum faciliusque romani in hoc erraverunt ut post illam iniquitatem deum sibi romulum consecrarent quam ut in feminis rapiendis factum eius imitandum lege ulla vel more permitterent. Ex hoc iure ac bono post expulsum cum liberis suis regem tarquinium cuius filius lucreciam stupro violenter oppresserat Iunius brutus consul lucium tarquinium collatinum maritum eiusdem lucrecie collegam suum bonum atque innocentem virum propter nomen et propinquitatem tarquiniorum coegit magistratu se abdicare nec vivere in civitate permisit quod scelus favente vel paciente populo fecit a quo populo consolatum idem consolatus sicut eciam ipse brutus acceperat. Ex hoc iure ac bono marcus camillus illius temporis vir egregius qui vegentes gravissimos hostes populi romani post decennale bellum quo romanus exercitus totiens male pugnando graviter afflictus est iam ipsa roma de salute dubitante atque trepidante facillime superavit eorumque urbem opulentissimam cepit invidia obtrectatorum virtutis sue et insolencia tribunorum plebis reus factus est tamque ingratam sensit quam liberaverat civitatem ut de sua dampnacione certissimus in exilium sponte discederet et decem milibus eris absens eciam dampnaretur mox iterum a gallis vindex patrie ingrate futurus. Multa commemorare iam piget feda et iniusta quibus agitabatur illa civitas cum potentes plebem sibi subicere conarentur plebsque illis subdi recusaret et utriusque partis defensores magis studiis agerent

Roma saluti ex legibus condendis et de sabinis

De Iunio bruto consulatu lucio tarquinio collatino marito lucrecie

De marco camillo et vegentes populis

amore vincendi quam equum et bonum quidque cogitaret. Que de moribus
romanorum aut metu compressis aut securitate resolutis salustii prodat histo-
ria. rubrica

Igitur eo modum et ipsum salustium teste potius adhibebo
qui cum in laude romanorum dixisset unde nobis iste
sermo ortus est. Ius bonum que apud eos non legibus magis
quam natura valebat predicans illud tempus quo expulsis regibus
incredibiliter civitas brevi etatis spacio plurimum crevit. Idem
tamen in primo historie sue libro atque ipso eius exordio fatetur etiam
tunc cum ad consules a regibus esset translata res publica post parvum inter-
vallum iniurias validiorum et ob eas discessionem plebis a patribus alias-
que in urbe dissensiones fuisse. Nam cum optimis moribus et maxima concordia
populum romanum inter secundum et postremum bellum carthaginense commemorasset egisse
causamque huius boni non amorem iusticie sed stante carthagine metum pacis
et fide fuisse dixisset unde et nasica ille ad reprimendam nequiciam servandosque
istos mores optimos ut metu vicia cohiberentur cartha-
ginem nolebat everti. continuo subiecit idem salustius et ait
At discordia et avaricia atque ambitio et cetera secundis re-
bus oriri sueta mala post carthaginis excidium maxime auc-
ta sunt ut intelligeremus etiam antea et oriri solere et augeri. Unde
subnectens cur hoc dixit nam iniurie inquit validiorum et ob eas dis-
sessio plebis a patribus aliaque dissensiones domi fuere iam inde a principio
neque amplius quam regibus exactis dum metus a tarquinio et bellum gra-
ve cum etruria positum est equo et modesto iure agitatum. Vides quem ad
modum etiam illo brevi tempore ut regibus exactis id est eiectis aliquantum equo
et modesto iure ageretur metum dixit fuisse causam quoniam metuebant bel-
lum quod rex tarquinius regno atque urbe pulsus et tuscis sociatus contra
romanos gerebat. Attende itaque quid deinde contexat.
Deinde inquit servili imperio patres plebem exercere de vita
atque tergo regio more consulere agro pellere et ceteris ex-
pertibus soli in imperio agere quibus sevis et maxime fenore
oppressa plebes cum assiduis bellis tributum et militiam
simul tolleraret armata montem sacrum atque aven-
tinum insedit. tumque tribunos plebis et alia sibi iura para-
vit discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum punicum. Cernis
ex quo tempore id est parvo intervallo post reges exactos quales romani fuerint
de quibus ait ius bonumque apud eos non legibus magis quam na-
tura valebat. Porro si illa tempora talia reperiuntur quibus pulcherri-
ma atque optima fuisse predicatur romana res publica quid
iam de consequenti etate dicendum aut cogitandum arbi-
tramur cum paulatim mutata ut eiusdem historici verbis utar ex
pulcherrima atque optima pessima ac flagiciosissima facta
est post carthaginis videlicet ut commemoravit excidium. que tempora ipse salustius
quemadmodum breviter recolat et describat in eius historia legi potest quantis ma-
lis morum que secundis rebus exorta sunt usque ad bella civilia demonstret
esse pervenctum. Ex quo tempore ut ait maiorum mores non paulatim ut antea
sed torrentis modo precipitati adeo iuventus luxu atque avaricia corrup-
ta ut merito dicatur genitos esse qui neque ipsi habere possent res fami-
liares neque alios pati. Dicit deinde plura salustius de sille viciis ceteris-
que feditatibus rei publice et alii scriptores in hoc consenciunt quamvis
eloquio multum impari. Cernis tamen ut opinor et quisquis advertit
facillime perspicit colluvie morum pessimorum quo illa civitas
prolapsa fuit ante nostri superni regis adventum. hec enim gesta sunt
non solum antequam christus in carne presens docere cepisset verum etiam antequam
de virgine natus est. Cum igitur tot et tanta mala temporum illorum vel tollera-
biliora superius vel post eversam carthaginem intollerandam et horrenda

Salustius de romanis

De nasica et bello cartaginensi

Rex tarquinius ab urbe expulsus etruscis sociatus contra romanos bellum gerebat

De bello punico secundo a salustio

Salustius de vicio sille

dijs suis imputare nō audeant opiniones humanis mentibus mirabilia ui
cia siluestrent astucia maligna inserentibus Cur mala pncia xpō im
putant qui doctrina saluberrima et falsos ac fallaces
deos coli vetat / et istas hominum noxias flagiciosasque
cupiditates diuina auctoritate detestans atque condempnans
his malis tabescenti mundo ubique familiam suam sen
sim subtrahit · qua condat eternam et nō plausu uani
tatis sed iudicio veritatis gloriosissimam ciuitatem

Cur mala pncia xpō imputant qui falsos deos coli vetat · cum ante eius aduentum cartagine deuicta et aliis hostibus cupiditate flagiciorum torrentis more precipitati sunt

De corruptione racione rei publice prius quam cultum deorum xpc auferret · xix ·

Ecce romana res publica quod nō ego primus dico / sed auctores eorum unde
hanc mercede didicimus tanto ante dixerunt ante xpi ad
uentum paulatim mutata ex pulcherrima atque optima pessima
ac flagiciosissima facta est / Ecce ante xpi aduentum post deletam cartagi
nem maiorum mores nō paulatim ut antea / sed torrentis modo precipitati
adeo iuuentus luxu atque auaricia corrupta est · Legant nobis con
tra luxum et auariciam precepta deorum suorum populo romano data · cui utinam
tantum casta et modesta reticerent / ac nō ab illo eciam probrosa et ig
nominiosa deposcerent · quibus per falsam diuinitatem perniciosam conciliarent
auctoritatem Legant nostra et prophetas et per sancta ewangelia et apostolorum actus
et epistolas tam multa contra auariciam atque luxuriam ubique
populis ad hoc congregatis tam excellenter quam diuine nō
tanquam ex philosophorum concertacionibus strepere sed tanquam ex oraculis et
dei nubibus intonare Et tamen luxum atque auariciam seuosque
ac turpibus moribus ante aduentum xpi rem publicam pes
simam ac flagiciosissimam factam nō imputant dijs suis
afflictionem vero eius quamcunque isto tempore superbie deliciequem eorum
perpessi fuerint · religioni increpitant xpiane Cuius precepta
si simul audirent atque curarent · et vita de iustis probisque moribus

De sancta theologia contra vicia et de doctrina sancti Iohannis baptiste ad milites et ad alios

reges terre et omnes populi · principes · et omnes iudices terre · iuuenes et vir
gines · senes cum iunioribus · etas omnis capax et utrique sexus · et quos
baptista Iohannes alloquitur exactores ipsi atque milites / et terras vite presentis
ornaret sua felicitate res publica / et vite eterne culmine beatissime reg
natura conscenderet / sed quia iste audit ille contempnit / pluresque vicijs
male blandientibus quam utili virtutum asperitati amiciores tollerare
xpi famuli iubentur · siue sint reges siue principes · siue iudices siue
milites · siue prouinciales siue diuites siue pauperes siue liberi siue ser
ui utriusque sexus · eciam pessimam si ita necesse est flagiciosissimamque
tollerare rem publicam · Et in illa angelorum quadam sanctissima atque augus
tissima curia · celestique re publica ubi dei voluntas lex est / clarissimum
sibi locum esse ista tollerancia comparare Quali volunt felicitate gau
dere et quibus moribus viuere qui tempora xpiane religionis incusant · xx ·

Verum tales cultores et dilectores deorum istorum · quorum eciam imita
tores in sceleribus et flagicijs se esse letantur nullo modo curant
pessimam ac flagiciosissimam nō esse rem publicam · Tantum stet inquit
tantum floreat copijs referta · victorijs gloriosa uel quod est felicius pace secu
ra sit Et quid ad nos · immo id ad nos magis pertinet si diuicias augeat
quod cottidianis effusionibus suppetant · per quas sibi eciam infirmiores sub
dat quisque potencior / obsequatur diuitibus pauperes causa saturitatis atque
ut eorum protectionibus quieta inercia perfruantur · diuites pauperibus ad clie
telas et ad ministerium sui fastus abutantur · populi plaudant nō consultoribus
utilitatum suarum · sed largitoribus voluptatum
Non dura iubeantur · nō prohibeantur impura
Reges nō curant quam bonis sed quam subditis
regnent · prouincie regibus nō tanquam rectoribus

De regimine regum et seruitute prouinciarum et vita plebis secundum statum indipiscentis detestabile Et de rege Sardanaballo

morum sed tamquam dominatoribus et deliciarum suarum provisoribus serviant eosque non sinceriter honorent sed nequiter ac serviliter timeant. Quid alienae vite potius quam quid sue vite quisque legibus noceat adtendatur. Nullus ducatur ad iudices nisi qui aliene rei domui saluti vel cuiquam invito fuerit importunus aut noxius. Ceterum de suis vel cum suis vel cum quibusque volentibus faciat quisque quod libet. Habundent publica scorta vel propter omnes quibus frui placuerit vel propter eos maxime qui habere privata non possunt. Extruantur amplissime atque ornatissime domus opipara convivia frequententur ubi cuique libuerit et potuerit die noctuque ludatur bibatur vomatur diffluatur. Saltationes undique concrepent theatra inhoneste leticie vocibus atque omni genere sive crudelissime sive turpissime voluptatis exestuent. Ille sit publicus inimicus cui hec felicitas displicet. Quisquis eam mutare vel auferre temptaverit eum libera multitudo avertat ab auribus evertat a sedibus auferat a viventibus. Illi habeantur dii veri qui hanc adipiscendam populis procuraverint adeptamque servaverint. Colantur ut voluerint ludos exposcant quales voluerint quos cum suis vel de suis possint habere cultoribus. Tantum efficiant ut tali felicitati nichil ab hoste nichil a peste nichil ab ulla clade timeatur. Quis hanc rem publicam sanus non dicam romano imperio sed domui Sardanaballi comparaverit qui quondam rex ita fuit voluptatibus deditus ut in sepulchro suo scribi fecerit ea sola se habere mortuum que libido eius etiam cum viveret hauriendo consumpserat. Quem regem isti si haberent sibi in talibus indulgentem nec in eis cuiquam ulla severitate adversantem huic libentius quam romani veteres templum et flaminem consecrarent.

Que sina fuerit Cyceronis de romana republica. xxi.

Sed si contempnitur qui romanam rem publicam pessimam ac flagitiosissimam dixit nec curant isti quanta morum pessimorum flagitiorum ac dedecore labe impleatur sed tantum ut consistat et maneat audiant eam non ut Salustius narrat pessimam ac flagitiosissimam factam sed sicut Cycero disputat iam tunc prorsus perisse et nullam omnino remansisse rem publicam. Inducit enim Scipionem eum ipsum qui Carthaginem extinxerat de re publica disputantem quando presentiebatur ea corruptione quam describit Salustius iam iamque peritura. Eo quippe tempore disputatur quo iam unus Gracchorum occisus fuit a quo scribit sediciones graves cepisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris commemoratio. Cum autem Scipio in secundi libri fine dixisset ut in fidibus aut tibiis atque cantu ipso ac vocibus concentus est quidem tenendus ex distinctis sonis quem inmutatum aut discrepantem aures erudite ferre non possunt isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur et congruens sic ex summis et infimis et mediis interiectis ordinibus ut sonis moderata ratione civitatem consensu dissimillimorum concinere et que armonia a musicis dicitur in cantu eam esse in civitate concordiam artissimum atque optimum omni in re publica vinculum incolumitatis eamque sine iusticia nullo pacto esse posse. Ac inde cum aliquanto latius et uberius disseruisset quantum prodesset iusticia civitati quantumque obesset si afuisset suscepit inde Pilus unus eorum qui disputationi aderant et poposcit ut hec ipsa questio diligencius tractaretur ac de iusticia plura dicerentur propter illud quod iam vulgo ferebatur rem publicam regi sine iniuria non posse. Hanc proinde questionem discuciendam et enodandam esse assensus est Scipio responditque nichil esse quod adhuc de re publica dictum putaret quo possent longius progredi nisi esset confirmatum non modo falsum esse illud sine iniuria non posse sed hoc verissimum esse sine summa iusticia rem publicam geri non posse. Cuius

Cycero Salustius Scipione expugnatore de re publica cartaginis et de uno Gracchorum occiso

Quare armonia sitis dicitur in cantu eam esse in civitate concordiam quadam pilo

De questione pili philosophi rem publicam stare non posse nisi magna iusticia et de Scipione

quoniam explicacio tamen in diem sequentem dilata esset in tercio libro magna conflic-
tione res acta est. Suscepit enim philus disputacionem eorum qui sentirent sine
iniusticia geri non posse rem publicam, purgans precipue ne hoc ipse sentire
crederetur. petitque sedulo pro iniusticia contra iusticiam ut hanc esse utilem rei pub-
lice, illam vero inutilem, verisimilibus racionibus et exemplis velut conaretur
ostendere. Tamen lelius rogantibus omnibus iusticiam defendere est aggressus. as-
seruitque quantum potuit nichil tam inimicum quam iniusticiam civitati, nec omnino nisi
magna iusticia geri aut stare posse rem publicam. Qua questione quantum
satis visum est pertractata scipio ad intermissa revertitur recolitque suam atque
commendat brevem rei publice diffinicionem qua dixerat eam esse rem populi. populum
autem non omnem cetum multitudinis, sed cetum iuris consensu et utilitatis comunione
sociatum esse determinat. Docet deinde quanta sit in disputando diffinicionis utilitas
atque ex illis suis diffinicionibus colligit tunc esse rem publicam id est rem populi cum
bene ac iuste geritur sive ab uno rege sive a paucis optimatibus sive ab
universo populo. Cum vero iniustus est rex quem tyrannum more greco appellavit, aut in-
iusti optimates quorum consensum dixit esse factionem, aut iniustus ipse populus
cui nomen usitatum non reperit nisi ut etiam ipsum tyrannum vocaret. Non iam
viciosam sicut pridie fuerat disputatum, sed sicut racio ex illis diffinicionibus
conexa docuisset omnino nullam esse rem publicam, quoniam non esset res populi cum tyrannus
eam factione capesseret. Nec ipse populus iam populus esset si esset iniustus
Quoniam non esset multitudo iuris consensu et utilitatis comunione sociata
sicut populus fuerat diffinitus. Quando ergo res publica romana talis erat
qualem illam describit salustius non iam pessimam ac flagiciosissimam sicut ipse
ait. sed omnino nulla erat secundum istam racionem quam disputacio de re publica inter
magnos eius tunc principes habita patefecit. Sicut etiam
ipse tulius non scipionis nec cuiusquam alterius sed suo sermone
loquens in principio quinti libri commemorat enim poete versu quo
dixit Moribus antiquis res stat romana virisque. Quem
quidem ille versum vel brevitate vel veritate tamquam ex ora-
culo in quodam esse effatus videtur. Nam neque viri nisi
ita morata civitas fuisset, neque mores nisi hii viri prefuissent
aut fundare aut tam diu tenere potuissent tantam et tam
fuse lateque imperantem rem publicam. Itaque ante nostram
memoriam et mos ipse patrius prestantes viros adhibe-
bat, et veterem morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. Nostra
vero etas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam sed iam evanes-
centem vetustate non modo eam coloribus hisdem quibus fuerat renovare
neglexit sed ne id quidem curavit ut formam saltem eius et extrema tamquam
quasi liniamenta servaret. quid enim manet ex antiquis moribus quibus
ille ille dixit rem stare romanam. quos ita oblivione obsoletos vi-
demus ut non modo non colatur sed iam ignoretur. Nam de viris quid
dicam. mores enim ipsi interierunt virorum penuria. cuius tanti mali non
modo reddenda racio nobis sed tamquam reis capitis quodam modo dicenda causa est
Nostris enim viciis non casu aliquo rem publicam verbo retinemus re ipsa vero
iam pridem amisimus. Hoc cicero fatebatur longe quidem post mortem
affricanum quem in suis libris fecit de re publica disputare
adhuc tamen ante adventum christi que si diffamata et prevalescente
religione christiana sentirentur atque dicerentur. Quis non
istorum ea christianis imputanda esse censeret. Quam ob rem
cur non curarunt dii eorum ne tunc periret atque amitteretur
illa res publica quam cicero longe antequam christus in carne
venisset tam lugubriter deplorat amissam. Viderint lau-
datores eius etiam illis antiquis viris et moribus qualis
esset fuit utrum in ea viguerit vera iusticia an forte nec tunc
fuerit viva moribus sed picta coloribus. Quod et ipse cicero

Quid tulius sentit populo et de ennio non ut salustius pro sensu de re publica

Quid cicero post mortem affricanum et ante adventum christi iam ne senserit de re publica

nesciens cū eam pferret expssit Qz; al's si deus voluit hoc indebitus
Tractat enī suo loco ut ōndam sc̄dm diffinicões ipius ciceronis quib;
quid sit res publica, et quid pplus loquete scipione breuit
posuit, attestantib; et multis siue ipius siue eoꝝ quos fecit
loqui in eade disputacõe suis. nūq̄ illā; fuisse rem publi
cam, qz nūq̄ in ea fuit vera iusticia Scd̄m probabiores aūt
diffiniciones pro suo mō quōdā res publica fuit et meliꝰ
ab antiquioribꝰ romanis quā a posterioribus adminstrata
ē Vera aūt iusticia nō ē ñ ea republica cuiꝰ conditor rectorqz xp̄c
ē Si eciā ipam rempublicam placet dice, quī eam rem ppli esse
negare nō possumꝰ Si aūt hoc nomē qđ alibi alitq; vulgatū est
abusu nr̄e locucõis ē forte remotius, in ea c̄te ciuitate est va iusti
cia de qua sc̄ptura scā dicit Gloriosissima de te dcā sūt ciuitas dei

Augustinꝰ de re publica et pꝰ ea

Qz dijs romanoꝝ nulla vnq̄ cura fuerit ne malis moribus res publica deperiret xxi.

Sed qđ ptinet ad p̄ntē q̄ōnez qualib; lau
dabilem dicant fuisse uel ēē rem publicā sc̄dm eoꝝ
auctores doctissimos, tam longe an̄ aduentū xp̄i
pessima ac flagiciosissima facta erat, ymo nō ulla
erat atqz oīo pierat pditissimis moribus, ut g° nō piret
dij custodes eius pplo cultori suo dari pcipue vite et mo
rū pcepta debuerūt A quo tot templis tot sacdotibus
et sacrificioꝝ generibus tam multiplicibus varijsqz sacris
tot festis solēpnitatibus tot tantoꝝqz ludoꝝ celebritati
bus colebantur, ubi nichil demones nisi negociū suū e
gerūt nō curantes quēadmodū illi viuerent, ymo ēē curantes ut ēē
pdite viueret. Dū tū honori suo illa omīa metu subditi ministrarent
Aut si dederūt proferat̄ ondat̄ legat̄ quas deoꝝ leges illi ciuitati
datas contēpserit gracchi, ut sedicionibus cūcta turbarent, quas ma
rius et cynna et carbo ut in bella eciā progrederēt ci
uilia causis iniquissimis suscepta et crudelit̄ gesta cru
deliusqz finita, quas demqz silla ipē cuiꝰ vitam mores
facta describente salustio aliusqz sc̄ptoribus hystorie qs
nō exhorreat, quis illā rem publicam nō tūc pijsse fa
teatur An forte ppt huiusmoi ciuiū mores vgilianā illā sniāz
sicut solent pro defensione deoꝝ suoꝝ oppone audebunt.
discessē omēs adita arisqz relictis dijs quibus Imperiū
hic steterat p̄mū Si ita ē nō h̄ent cur q̄rantur de re
ligione xp̄iana qz h offensi dij sui deseruerūt, quio qui
dem maiores eoꝝ iam p̄dem moribus siquidem ab urbis altaribus t
tam multos ac minutos deos tanq̄ muscas abegerūt Sz tū h̄ numi
turba ubi erat cū longe an̄ q̄ mores corrūperent antiqui a gallis ro
ma capta et incensa ē An p̄ntes forte dormiebat Tūc enī tota ur
be in hostiū ptāte redacta solus collis capitolinus re
manserat Qui eciā ipē caperetur ñ saltē anseres dijs
dormientibus vigilaret Vnde bn̄ in supsticione egipci
orum bestias auesqz colenciū roma deciderat cū anseri
solēpnia celebrabat Veꝝ de hijs aduenticijs et corpis
pocius q̄ aīe malis q ul' ab hostibus ul' alia clade accidūt
Nondū interī disputato Nūc g° de labe moꝝ quibus
p̄mū paulatī decoloratis, deīn torrētis mō pcipitatis
tanq̄ in integris tectis membrisqz facta ē ruina reipu
blice ut magni auctores eoꝝ eam tūc amissā nō dubitēt
dicē Recte aūt abscesserūt ut amitteretur omēs aditis
arisqz relictis dij eoꝝ si de bona vita atqz iusticia ciui
tas pcepta contēpserat Nūc vō quales queso dij fuerūt

De glosa ciuitate di de demonibus et de eis templis

Qz gracchi quid marius cynna et carbo silla vgilius salustius et alij de bello ciuili dixerit

Qz galli roma dormientē ceperat p̄t capitoliū qđ anseres dijs dormētibꝰ hoībꝰ excitatis obseruauerit et de supsticione egipcio rū

si noluerunt cum populo cum populo cultore suo vivere quem male vivere non docuerunt
bene vivere **Varietates rerum temporalium non ex favore aut impugnacione demonum**
Quid quod etiam videntur eorum affuisse **sed ex veri dei pendere iudicio xxiii**
cupiditatibus implendis et ostenditur non prefuisse refrenandis
Quid enim Marium novum hominem et ignobilem cruentissimum
auctorem bellorum civilium atque gestorem ut septies consul fieret adiuverunt atque
ut in septimo suo consulatu moreretur senex ne in manus Sylle futuri mox victoris irru-
eret Si enim ad hec dii eorum eum non iuverunt non parum est quod
fatentur etiam non propiciis diis suis posse accidere homini istam
temporalem quam nimis diligunt tantam felicitatem et posse etiam
homines sicut fuit Regulus captivitate servitute inopia vi-
giliis doloribus excruciari et emori diis amicis Quod si ita
esse concedunt compendio nichil eos prodesse et coli superfluo con-
fitentur Nam si virtutibus animi et probitati vite cuius premia
post mortem speranda sunt magis contraria ut populus disceret in-
stiterunt si nichil etiam in his transeuntibus et temporalibus bonis
vel eis quos oderunt nocent vel eis quos diligunt pro-
sunt ut quid coluntur ut quid tanto studio colendi requiruntur Cur laborio-
sis tristibusque temporibus tamquam offensi abscessisse murmurantur et propter eos christi-
ana religio conviciis indignissimis leditur Si autem habent in his rebus vel
beneficii vel maleficii potestatem cur in eis affuerunt pessimo viro Mario et optimo
Regulo defuerunt An ex hoc ipsi intelliguntur iniustissimi et pessimi Quod si
propterea magis timendi et colendi putantur neque hoc putetur Neque enim mi-
nus eos invenitur Regulus coluisse quam Marius Nec ideo vita pessi-
ma eligenda videatur quia magis Mario quam Regulo dii favisse existimantur
Metellus enim Romanorum laudatissimus qui habuit quinque filios consulares etiam
rerum temporalium felix fuit Et Catilina pessimus oppressus inopia
et in bello sui sceleris prostratus infelix Et verissima
atque certissima felicitate prepollent boni deum colentes a quo
solo conferri potest Illa igitur res publica malis mori-
bus cum periret nichil dii eorum pro dirigendis vel corrigendis
egerunt moribus ne periret immo depravandis et corrum-
pendis addiderunt moribus ut periret Nec se bonos fi-
gant quod velut offensi civium iniquitate discesserint prorsus ibi produntur
convincuntur nec subvenire precipiendo nec latere tacendo potuerunt
Omitto quod Marius a miserantibus Minturnensibus Marice
dee in loco eius commendatus est ut ei omnia prosperaret et ex summa desperacione
reversus incolumis in urbem duxit crudelem crudelis exercitum Ubi quam
cruenta quam incivilis hostilique immanior eius victoria
fuerit eos qui scripserunt legant qui volunt Sed hoc ut dixi o-
mitto nec Marice nescio cui tribuo Marii sanguineam
felicitatem sed occulte potius providencie dei ad istorum ora
claudenda eosque ab errore liberandos qui non studiis ag-
unt sed hec prudenter advertunt Quia etsi et aliquid in
his rebus demones possunt tantum possunt quantum secreto omnipotentis
arbitrio permittuntur Ne magnipendamus terrenam
felicitatem que sit et malis plerumque concessa sicut Mario
Nec eam rursus quasi malam arbitremur cum et multos etiam
pios ac bonos unius veri dei cultores invitis demoni-
bus prepolluisse videamus Nec eosdem immundissimos spiritus
vel propter hec ipsa bona malave terrena propiciandos aut timendos ex-
istimemus quia sicut ipsi mali homines in terra sic et illi non omnia
que volunt facere possunt nisi quantum illius ordinacione sinuntur cuius plene iudicia
nemo comprehendit iuste nemo reprehendit **De Sillanis actibus quorum se**
demones ostentaverunt adiutores xxiiii

Margin (left): et posse homines sicut fuit Marius salute viribus opibus honoribus dignitate longevitate cumulari et perfrui diis iratis

Margin (right): Marius pessimus et ignobilis septies consul fruens bonis diis iratis Regulus inopia diis propiciis ...

Margin (right, red): De Metello laudatissimo de Catilina pessimo

Margin (right): Maricam deam Minturnenses enim ... sibique datum et qui eam venerat Maritam vocaverunt Dyana et eadem vocatur ... ut lingua ...

pplus eius ĩ romã ut ex utraq; una ciuitas fiet Esto ita factũ sit urbs
tñ illa ascanii regnũ et tercium domiciliũ troianorũ deorũ ab urbe filia
mat' euersa ẽ Ut aũt belli reliquie ex duobꝰ pp̃lis unũ facerent miserabile
coagulũ multus añ fusus utriusq; sanguis fuit Quid iam singillatĩ
dicam sub ceteris regibus tociens eadem bella renouata q̃ uictoriis
finita uidebant' et tantis stragibus iterũ iterũq; ꝯfecta Iterũ iterũq;
post fedus et pacem int' generos et soceros et eorũ stirpem posterosq;

De tullo salus tio tyro asyo no lacede moniis at heniensibus

Albanus et romalis per cato rũ

De malis spectaculis certaminũ duellorũ pplorũ de albo et de amulo fra tris ex pulso re

repetita non parvum indicium calamitatis huius fuit quia
portas belli nullus clausit eorum Qualis Romanorum vita atque exitus regum fuerit. xv.

Nullus enim illorum sub tot
dominis presidibusque in pace regnavit Ipsorum autem regum quis exitus fuit
ut de Romulo videat adulacio fabulosa qua perhibetur
receptus in celum sol viderint quidam scriptores eorum qui
eum propter ferocitatem a senatu discerptum esse dixerunt sub-
ordinatumque nescio quem Iulium Proculum qui eum sibi apparuisse diceret eumque per
se ipsum mandasse populo Romano ut inter numina coleretur eoque modo populum qui contra
senatum intumescere ceperat repressum atque sedatum Acciderat enim et solis de-
fectio quam certa racione sui cursus effectam imperita nes-
ciens multitudo meritis Romuli tribuebat quasi non si
luctus ille solis fuisset non magis ideo credi deberet occisus
ipsumque scelus aversione eciam diurni luminis indicatum sic-
ut revera factum est cum Dominus crucifixus est crudelitate atque im-
pietate Iudeorum quam solis obscuracionem non ex canonico
siderum cursu accidisse satis ostendit quod tunc erat pascha Iu-
deorum Nam plena luna solempniter agitur regularis
autem solis defectio non nisi lune fine contingit Satis et Ci-
cero illam inter deos Romuli receptionem putatam magis sig-
nificat quam factam quando et laudans eum in libris de republica Scipionis ser-
mone Tantum est inquit consecutus ut cum subito sole obscura-
to non comparuisset deorum in numero collocatus putaretur
quam opinionem nemo umquam mortalium assequi potuit sine ex-
imia virtutis gloria Quod autem dicit eum subito non comparuisse
profecto ibi intelligitur aut violencia tempestatis aut cedis faci-
norisque secretum Nam et alii scriptores eorum defectioni solis
addunt eciam subitam tempestatem que profecto aut occasionem sce-
leri prebuit aut Romulum ipsa consumpsit De Tullo quippe Hostilio
qui tercius a Romulo rex fuit qui et ipse fulmine consumptus est dicit in eisdem
libris idem Cicero propterea et istum non creditum in deos receptum tali morte
quia fortasse quod erat in Romulo probatum id est persuasum Romani vulgare
noluerunt id est vilefacere si hoc et alteri facile tribueretur Dicit eciam aperte in
invectivis Illum qui hanc urbem condidit Romulum ad deos immortales be-
nivolencia famaque sustulimus ut non vere factum sed propter merita virtutis eius be-
nivolencia iactatum diffamatumque monstraret In Hortensio vero dyalogo
cum de solis canonicis defectionibus loqueretur ut easdem inquit tenebras
efficiat quas effecit in interitu Romuli qui obscuratione solis est factus Certe
hic minime timuit hominis interitum dicere quia disputator magis quam laudator
fuit Ceteri autem reges populi Romani excepto Numa Pompilio et Anco Mar-
cio qui morbo interierunt quam horrendos exitus habuerunt Tullus ut
dixi Hostilius victor et eversor Albe cum tota domo sua fulmine concrema-
tus est Priscus Tarquinius per sui decessoris filios interemp-
tus est Servius Tullius generi sui Tarquinii Superbi qui ei suc-
cessit in regnum nephario scelere occisus est Nec discessere a-
ditis arisque relictis dii tanto in optimum illius populi regem
parricidio perpetrato quos dicunt ut hoc misere Troie facerent
eamque Grecis diripiendam ardendamque relinquerent adulterio
Paridis fuisse commotos Sed insuper interfectori socero tam-
quam ipse successit Hunc illi dii nepharium parricidam soce-
ri interfectione regnantem insuper multis bellis victoriisque glo-
riantem et de manubiis Capitolium fabricantem non abscedentes sed presentes
manentesque viderunt et regem suum Iovem in illo altissimo templo hoc est in ope
parricide sibi presidere atque regnare perpessi sunt Neque enim adhuc innocens

Marginal notes:

De varro bello intra Romanos et generos et de adulacionibus fabularum et de Romulo falso deificato et de solis eclipsi

Quid Cicero qui de republica et de Scypione loquitur senserit in solis defectione propter Romulum qui non comparuit et de Tullo Hostilio rege tercio a Romulo fulmine perempto

Scipio inquit

De invectivis Ciceronis disputatoris de Hortensio dyalogo de solis defectionibus

plena

[illegible]

Tullus Hostilius fulmine concrematus Priscus Tarquinius interemptus Servius Tullius occisus propter flagicia

capitolium instruxerit et postea malis meritis urbe expulsus est sed ad ipsum reg
num in quo capitolium fabricaret innatissimi sceleris perpe
tratione pervenit. Quod non enim regno romani postea depule
runt ac se clauserunt menibus civitatis non ipsius lucrecie
stupro sed filii perpetratum fuit illo non solum nesciente sed etiam
absente commissum. Ardeam civitatem tunc obpugnabat, pro
populo romano bellum gerebat nescimus quid faceret si ad eius
noticiam flagicium [filii] deferretur et tamen inexplorato iudicio eius
et inexperto ei populus ademit imperium et recepto exercitu a quo
deseri iussus est clausis deinde portis non sinit intrare re
deuntem. At ille post bella gravissima quibus eosdem roma
nos concitatis finitimis attrivit postea quam desertus ab
eis quorum fidebat auxilio regnum recipere non valuit in opido
Tusculo rome vicino quatuordecim ut fertur annos privatam
vitam quietam habuit et cum uxore consenuit obtabiliore for
tassis exitu quam socer eius generi sui facinore nec igno
ranti filia sicut perhibetur extinctus. Nec tamen istum tarquinium
romani [crudelem] fidelem aut sceleratum sed superbum appellaverunt fortasse regios eius
fastus alia superbia non ferentes. Nam scelus occisi ab eo soceri optimi re
gis sui usque adeo contempserunt ut eum regem suum facerent. Ubi miror si non
scelere graviore mercedem tantam tanto sceleri reddiderunt. Nec discessere adytis
arisque relictis dii nisi forte quispiam sic defendat istos deos ut dicat
eos ideo mansisse rome quo possent romanos punire magis suppliciis
quam beneficiis adiuvare seducentes eos vanis victoriis et bellis gravissimis
conterentes. Hec fuit romanorum vita sub regibus laudabili tempore illius rei
publice usque ad expulsionem tarquinii superbi per ducentos ferme et quadraginta
et tres annos. cum ille omnes victorie tam multo sanguine et tantis empte ca
lamitatibus vix illud imperium intra viginti ab urbe
milia dilataverint quantum spacium absit ut saltem alicuius
getulie civitatis nunc territorio comparetur. Item

De primis autem romanos consulibus quorum alter alterum pa
tria pepulit moxque ipse post atrocissima parricidia a
vulnerato hoste vulneratus interiit

Huic tempori adiciamus etiam tempus illud quousque dicit salustius
equo et modesto iure agitatum dum metu tarquinio
et bellum grave cum etruria positum est. Quamdiu enim ut [etrusci] tusci tarquinio
redire in regnum conati opitulati sunt gravi bello roma concussa est
Ideo dicit equo et modesto iure gestam rem publicam metu premente non per
suadente iusticiam. In quo brevissimo tempore quam funestus ille annus fuit quo
primi consules creati sunt expulsa regia potestate. annum quippe suum non
compleverunt. Nam iunius brutus exhonoratum eiecit urbe collegam lucium
tarquinium collatinum. deinde mox ipse in bello cecidit mutuis cum hoste
vulneribus. occisis a se [primitus] filiis suis et uxoris sue fratribus
quod eos pro restituendo tarquinio coniurasse cognoverat. Quod
factum virgilius postea quam laudabiliter commemoravit continuo de
mentem exhorruit cum enim dixisset [natosque] pater nova bella mo
ventes ad penam pulchra pro libertate vocabit mox deinde excla
mavit ut aut Infelix utcumque ferent ea facta minores quo
libet inquit ea facta posteri ferant id est preferant et extol
lant qui filios occidit infelix est et tamquam ad consolandum
infelicem subiunxit. Vincit amor patrie laudumque immensa cupido
Nonne in hoc bruto qui et filios occidit et a se percusso hosti filio tarquinii
mutuo percussus supervivere non potuit eique potius ipse tarquinius supervixit
collatini collegae videtur innocentia vindicata qui civibus ob hoc tarqui
nio pulso pulsus est quod tyrannus ipse tarquinius nam et idem brutus consanguineus

Left margin: + immanissimi

Right margin (red): Propter perpetratum filii tarquinii in lucreciam commissum et si ipsius quam ardeam civitatem obpugnabat tarquinius a roma expulsus quia in opido tusculo privatam vitam duxit et interdum finitimis opitulantibus roma concussa est

Right margin: Roma sub regibus per ducentos ferme annos et quadraginta tres multo sanguine vix dilatavit imperium xx ti miliaribus

Right margin (red): xvi.

Right margin (red): De expulsione regum et creatione consulum de iunio bruto lucio tarquinio et de dictis virgilii

tarquinii fuisse phibetur Quia collatinu videlz similitudo nois pressit quia et
tarquinius vocabatur Mutare g° nomen non p̄uam cogeretur. postremo ī ei⁹
noie hoc uocabulū mi⁹ eēt sz lucius colatinus tm̄ vocaret-
tur. sz id non amisit q sine ullo detrimento possz amitte ut
et honore p̄mus consul et ciuitate bonus ciuis careret . nūb
tur Etiam ne ista ē gl'a bruti detestanda iniquitas et ni-
chilo utilis reipublice Etiam ne ad hanc ppetrandam Vincit a
mor prie laudūqz immensa cupido . Iam expulso utiqz tarq
nio tyranno consul cū bruto creatus ē maritus lucrecius lu
cius tarquinius colatinus quā iuste pplus mores in ciue non
nomen attendit . Quam impie brutus collegam p̄me ac noie illius po
testatis quē possz si hic offendebatur noīe tm̄ p̄uare et pria p̄uauit et
honore . hec mala facta sunt h adūsa acciderūt qn ī illa republica equo et
modesto iure agitatū ē . Lucrecius quoqz qui in locū bruti fuerat surro
gatus morbo anteqz idem annus finiretur absumptus ē . Ita publi⁹ valeri⁹
qui successerat conlatino et marcus oracius qui pro defuncto lucrecio
suffectus fuerat annū illū funereū atqz thartareū qui consules quinqz hunt
conpleuerunt quo anno colatius ipius noui honorem ac ptātem ausi
picata ē romana res publica tunc iam diminuto paululum metu non qz
bella conquieuerāt . sed quia non tam graui pondere urgebant Post im
pia consularis imperii quibus malis vexata fuit romana res publica dys
qz equo et monō opitulantibus quos colebant . xvii

Delucio co
latino lucre
cio publio va
lerio et de
aliis q̄ salu
stius ex
plicat

Finito sz tpe quo equo et mo-
desto iure agitatū ē secuta sunt q̄ idem salustius breuiter ex
plicat de miserrimi impio pres plebem extere de vita atqz ergo regio agere
more consule agro pelle . et ceteris expertibus soli imperio agē Quibus se
uicia et maxime fenore oppssa plebes cū assiduis bellis tributū et miliciā
simul tolleraret armata montē sacrū atqz aduentinū in
sedit dūqz tribunos plebis et alia iura sibi parauit discordi
arū et certamīs utriqz finis fuit secundū bellū punicū Quod
itaqz ego tantas moras uel scribens patiar uel lecturis efferam
quū misera fuit illa res publica tam longa etate p tot annos
usqz ad scdm bellū punicū bellis forinsecus inquietare non de
sistentibus et intus discordiis sedicionibus qz ciuilibus a salustio breuiter ī ti
matū ē . proinde victorie ille non solida beatorum gaudia fuerunt sed inania so
lacia miserorū et alia atqz alia sterilia mala subeunda illecebrosa incita
menta minime quietorū Nec nobis quia hoc dicimus boni romani prudentiores
qz succenseant quamqz de hac re nec petendi sunt nec monendi qui eos
minime succensores ee certissimū ē . Neqz enim grauius uel grauiora dicimus auc
toribus eorum et stilo ocio multum impares quibus tū ediscendis et ipi ela
borauerunt et filios suos elaborare compellunt . Qui aūt succensent . qui
me ferrent si ego dicerem qd salustius ait . plurime turbe sediciones .
et ad postremum bella ciuilia orta sunt . dū pauci quorum potentes quorum ī gratiam
plerique concesserant . sub honesto patrum aut plebis noīe dominationes affecta
bant . boniqz et mali ciues appellati non ob merita in rē publicam omnibus pit
corruptis . sz uti quisqz locupletissimus et iniuria validior quia p̄sentia de
fendebat pro bono ducebatur . Porro si illi scriptores hystorie ad honestā lib
ertatem ptinere arbitrati sunt . mala ciuitatis ppie non tacere quam multis locis
magno preconio laudare compulsi sunt . cū aliam veriorē quo ciues eterni le
gendi sunt non habent . quid nos facere conuenit . quorum spes
quanto in deo melior et certior tanto maior dz ee libertas .
cū mala p̄sencia xpo nro imputant . ut infirmiores imperitio
res qz mentes alienentur ab ea ciuitate in qua sola iugiter
feliciter qz viuendum ē . Nec in deos eorum horribiliora nos di
cimus . quam eorum identidem auctores quos legunt et predicant . quā
quidem et ex ipis ā dicemus accepimus . et nullo modo dicere ue

De monte
auentino
et scdo
bello
puni
co

De ciuibus
xpi et despe
cta et de
falsorum de
orū consu
tacio
ne

iuncta sufficiunt. Vbi erant tunc illi dii qui propter exiguam fallacemque mundi huius
felicitatem colendi existimantur, cum romani quibus se colendos mendacissima as-
tucia vendicabat tantis calamitatibus vexarent? ubi erat
quando valerius consul ab exulibus et servis incensum capitolium
cum defensaret occisus est. faciliusque ipse prodesse potuit edi io-
vis quam illi turbe tot numinum cum suo maximo atque optimo rege
cuius templum liberaverat subvenire. Vbi erat quando densissimis
fatigata civitas sedicionum malis, cum legatos athenas mis-
sos ad leges mutuandas pauloquam quieta opperiretur gravi
fame pestilenciaque vastata est. Vbi erant quando rursus populus
laboraret prefectum annone primum creavit. atque illa fame in va-
lescente Spurius melius qui esurienti multitudini frumen-
ta largitus est regni affectati crimen incurrit et eiusdem prefec-
ti instancia per dictatorem lucium quintum etate decrepitum a quinto
servilio magistro equitum cum maximo et periculosissimo tumultu
civitatis occisus est. Vbi erant quando pestilencia maxima exor-
ta diis inutilibus sine remedio populus diu multumque fatigatus
nova lectisternia quod numquam antea fecerat exhibenda arbitra-
tus est lecti aut sternebant in honore deorum. Unde hoc sacrum
vel pocius sacrilegium nomen accepit. Vbi erat quando per decem
continuos annos male pugnando crebras et magnas clades
apud veios exercitus romanus acceperunt nisi per furium camillum
tandem subveniretur quem postea civitas ingrata dampnavit.
Vbi erat quando galli romam ceperunt spoliaverunt incenderunt ce-
dibus impleverunt. Vbi erat cum illa insignis pestilencia tam ingentem
stragem dedit qua et ille furius camillus extinctus est qui rem publi-
cam ingratam et a veientibus ante defendit et de gallis postea vindicavit
Inde in hac pestilentia scenicos ludos aliam novam pestem non corporibus roma-
norum sed quod est multo perniciosius moribus intulerunt Vbi erant quando alia
pestilencia gravis de venenis matronarum exorta credita est Quarum sup-
fidem multarum atque nobilium mores deprehensi sunt omni pestilentia graviores.
vel quando in caudinas furculas a samnitibus obsessi ambo cum exercitu consu-
les fedus cum eis fedum facere coacti sunt, ita ut de equitibus
romanis sexcentis obsidibus datis ceteri amissis armis
aliisque spoliati privatisque tegminibus sub iugum hostium cum
vestimentis singulis mitterentur vel quando gravi pestilen-
cia ceteris laborantibus multi eciam in exercitu icti fulmine
perierunt. vel quando item alia intollerabili pestilentia esculapium ab epidauro
quasi medicum deum roma advocare atque adhibere compulsa est. Quando regem
omnium iovem qui iam diu in capitolio sedebat multa
stupra quibus adolescens vacaverat non permiserunt for-
tasse discere medicinam. vel cum conspirantibus uno tempore hosti-
bus lucanis brutiis samnitibus et tuscis et seno-
nibus gallis primo ab eis legati perempti sunt. deinde
cum pretore oppressus exercitus septem tribunis cum illo pe-
reuntibus et militum tredecim milibus vel quando post longas
et graves rome sediciones quibus ad ultimum plebs in
ianiculum hostili direpcione secesserat (secesserat) huius mali tam
dira calamitas erat ut eius rei causa quod in extremis
periculis fieri solebat dictator crearetur ortensius qui
plebe revocata in eodem magistratu expiravit quod
nulli dictatori ante contigerat et quod illis diis iam presente
esculapio gravius crimen fuit. Tunc non tam multa bella ubique crebru-
erunt ut inopia militum proletarii illi qui eo quod proli gignende vacabant
ob egestatem militare non valentes hoc nomen acceperant militie conscri-

De valerio consule occiso qui defensabat capitolium et de sedicionis et de consultacione deorum per longum passum

Cum fame labo-rarent prefectus annone primum creavit

Spurius melius frumenta esurientibus largitus est

Quando sunt lectisterna inchoata

Per x annos pugnatum apud veios clades exercitus romanus accepit

Ad caudinas furculas a samnitibus duo consules cum exercitu obsessi

De esculapio medico ab epidauro ione deo magno de capitolio. lucanis brutiis samnitibus tuscis senonibus gallis et de ianiculo et de septem tribunis et tredecim milibus militum peremptis

3

berent. Accitus etiā a tarentinis pirrus rex grecie tūc ingenti glā celebratus romanorum hostis effectus ē Cui sane deorum futuro aduentu cōsulenti satis urbane appollo sic ambiguū oraculū edidit ut ē duobus quid q̄ accidisset ipē diuinus habetur. Ait enī dico te pirre vincere posse romanos. atq ita sine pirro a romanis sine romam a pirro vincent. securus fatidicus utrūlibet expectarent euentū Que tunc q̄ horrenda utriusq exercitus clades. In qua tñ superior pirrus extitit ut iam possit appollinē pro suo itellectu p̄dicare diuinū. nisi proxime alio p̄lio romani abscederent superiores. atq in tanta strage bellorum etiā pestilencia grauis exorta ē mulierum. Nam priusq̄ maturos partus ederent grauide moriebantur. Ubi se credo esculapius excusabat q̄ archiatrum nō obstetricem profitebatur. pecudes quoq similiter interibant ita ut iā defecturum genus aīalium crederetur. Quid tempus illa memorabilis tā incredibili immanitate seuiens ut niuibus horrenda altitudine etiam in foro per dies quadraginta manentibus tyberis quoq glacie duraretur si nris temporibus accidisset q̄ ista et q̄nta dixisset. quid illa itidem ingens pestilencia quā diu seuit quā multos peremit Que cū in annum aliū multo grauius tenderetur frustra presente esculapio aditū ē ad libros sybillinos in quo genere oraculorum sicut cicero in libris de diuinatione commemorat magis interpretibus ut putant seu uolunt dubia coniectantibus credi solet. Tunc ergo dictū ē eam esse causam pestilencie q̄ plurimas edes sacras multi occupatas priuati tenerent. Sic interea a magno impericie uel desidie crimine esculapius liberatus ē. Unde aūt a multis edes ille sine interdictione occupate nemine prohibente nisi quia tante numinum turbe diu frustra fuerat supplicatū atq ita paulatim loco deserebantur a cultoribus ut tamq̄ uacua sine ullius offensione possent hominum salte usibus vindicari Nā q̄ tunc velut ad sedendā pestilenciā diligenter repetita atq reparata nisi postea eodemmodo neglecta atq usurpata latitarent. Non utiq magne peritie uarronis tribueretur. qd scribens de edibus sacris tam multa ignorata cōmemorat. sed tunc interim eleganus nō pestilencie depulsio sed deorum excusacio procurata ē

Quante clade romanos sub bellis punicis triuerunt frustra deorum p̄sidiis expetitis. XVIII

Iam vero punicis bellis cū inter utrumq imperium uictoria diu anceps atq incerta pendet. ppli q duo p̄ualidi impetus et aliarum fortissimos et opulentissimos agentur. q̄ multa minora regna contrita sūt. que urbes ample nobilesq delete et afflicte. q̄ p̄dite ciuitates. quā longe lateq tot regiones terreq vastate sunt. Quotiens victi hinc atq inde victores. quid hominū cōsumptū ē uel pugnancium militū uel ab armis uagancium p̄plorum. Quanta vis nauium marinis etiā p̄liis oppressa et diuersarum varietate tempestatū submersa. si enarrare uel cōmemorare conemur nichil aliud q̄ scriptores etiā nos erimus hystorie. Tunc magno metu perturbata romana ciuitas ad remedia noua et ridenda currebat. Instaurati sūt ex auctē librorum sibillinorum ludi seculares quorum celebritas inter centū annos fuerat instituta felicioribusq temporibus memoria negligente perierat. Renouarūt etiā pontifices ludos sacros inferis et ipsos abolitos annis retrorsum melioribus Nimirum enim qū renouati sūt tanta copia morientiū ditatos inferos etiā ludere delectabat Cum profecto miseri homines ipa bella rabida cruentas animositates funereasq hinc atq inde victorias

proletarij milites a prole gignenda et pirro rege grecie a tarentinis vocato

problemma appollinis de romanis et pirro

De esculapio et inne et glacie tybris xl diebus durantibus de libris sibillinis et libris cyceronis de diuinatione uarrone et bellis punicis

Ex auctē sibillinorum librorum instaurati sūt ludi seculares inter centū annos

magnos agerent ludos demonum et opimas epulas inferorum. Nichil sane miserabilius primo punico bello accidit quam quod ita romani victi sunt ut etiam regulus ille caperetur cuius in primo et in altero libro mentionem fecimus vir plane magnus et victor antea domitorque penorum qui etiam ipsum primum bellum punicum confecisset nisi aviditate nimia laudis et glorie duriores condiciones quam ferre possent fessis cartaginensibus imperasset. Illius viri et captivitas inopinatissima et more crudelissima si deos illos non cogit erubescere verum est quod aerei sunt et non habent sanguinem. Nec mala illo tempore gravissima intra menia defuerunt. Nam exundante nimis ultra morem fluvio tyberino pene omnia urbis plana subversa sunt aliis impetu quasi torrentis impulsis aliis velut stagno diuturno madefactis atque sublapsis. Istam deinde pestem ignis perniciosior subsecutus est qui correptis circa forum quibusque celsioribus etiam templo veste suo familiarissimo non pepercit. Ubi ei veluti vitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum non tam honorate quam dampnate virgines donare consueverunt. Tunc vero illic ignis non tantum vivebat sed etiam seviebat. Cuius impetu exterrite virgines sacra illa fatalia que iam tres in quibus fuerant presserant civitates cum ab illo incendio liberare non possent. Metellus pontifex sue quodammodo salutis oblitus irruens semiustulatus abripuit. Neque enim vel ipsum ignis agnovit. At vero erat ibi numen quod etiam si fuisset fugisset. homo igitur potius sacris veste quam illa homini prodesse potuerunt. Si autem a semetipsis ignem non repellebant civitatem cuius salutem tueri putabantur quid contra illas aquas flamasque poterant adiuvare. sicut etiam res nichil ea prorsus potuisse patefecit. Hec istis nequaquam obicerentur a nobis si illa sacra dicerent non tuendis hiis bonis temporalibus instituta sed significandis eternis. Et ideo cum ea quod corporalia visibiliaque essent perire contingeret nichil hiis rebus minui propter quas fuerant instituta et posse ad eosdem usus denuo reparari. Nunc vero cecitate mirabili eis sacris que perire possent fieri potuisse existimant. Ut salus terrena et temporalis felicitas civitatis perire non posset. Proinde cum illis etiam manentibus sacris vel salutis contritio vel infelicitas irruisse monstratur mutare sententiam quam defendere nequeunt erubescant.

De epulis inferorum deludificatione demonum de bello punico de regulo victore cartaginensium sepedicto

De templo veste exusto de virginibus et metallo pontifice quibus ignis non pepercit quid profuerint romanis

De afflictione belli punici secundi qua vires partis utriusque consumpte sunt. xix.

Secundo autem punico bello nimis longum est commemorare clades duorum populorum tam longe secum lateque pugnantium ita ut hiis quoque fatentibus qui non tam narrare bella romana quam romanum imperium laudare instituerunt similior victo fuit ille qui vicit. hanibale quippe ab hyspania surgente et pyreneis montibus superatis gallia transcursa alpibusque disruptis tam longo circuitu auctis viribus cuncta vastando aut subigendo torrentis modo ytalie faucibus irruente quam cruenta prelia gesta sunt quociens romani superati. Quam multa ad hostem oppida defecerunt capta et oppressa quam dire pugne et tociens hanibali romana clade gloriose. De cannensi autem mirabiliter horrendo malo quid dicam. Ubi hanibal cum esset crudelissimus tamen tanta inimicorum atrocissima cede saciatus parci iussisse perhibetur. Unde tres modios anulorum aureorum cartaginem misit. Quo intelligerent tantam dignitatem in illo prelio cecidisse romanam ut facilius eam caperet mensura quam numerus. Atque hinc strages turbe cetere tanto utique numerosioris quanto infirmioris

De secundo bello punico hyspano hanibale pyreneos montes gallia alpes transeunte quot ytalicos romanos occidit in cannensi quod tres modios anulorum aureorum cartaginem misit unde romani de necessitate servos facerent liberos tunc donabant

que sine honore iacebant commovenda potius quam mutanda putaret. Deinde
tanta militum inopia secuta est ut romani reos facinorum proposita impuni
tate colligerent servicia libertate donarent atque illis pudendus non tam
suppleretur quam institueretur exercitus. Serviciis itaque immo ne faciamus iniuri
am iam libertis pro romana re publica iam pugnaturis arma defuerunt de
tracta sunt templis tamquam romani diis suis dicerent. Ponite que tam diu in
aniter habuistis ne forte aliquid utile facere possint inde nostra mancipia unde
vos nostra numina nichil facere potuistis. Tunc etiam stipendiis sufficiendis
cum defecisset erarium in usus publicos opes venere privatae adeo unoquoque
id quod habuit conferente ut preter singulos anulos aureos singulasque bullas
miserabilia dignitatis insignia nichil sibi auri senatus ipse quanto magis
ceteri ordines tribusque relinquerent. Quis ferret istos si
nostris temporibus ad hanc inopiam cogerentur cum eos modo vix fe
ramus cum pro superflua voluptate plura donantur histrioni
bus quam tunc legionibus pro extrema salute collata sunt.

Nunc hystrionibus plus datur quam in bello punico pro extrema salute hominum dari posset

De excidio saguntinorum quibus pro romanorum amiciciam
pereuntibus dii romanorum auxilium non tulerunt. XX.

Sed in his omnibus belli punici secundi malis nichil miserabilius
ac miserabili querela dignius quam excidium saguntinorum fuit.
hec quippe hyspanie civitas amicissima populi romani dum eidem
populo fidem servat eversa est. Hinc enim hanibal fracto federe romanorum
causas quesivit quibus eos irritaret ad bellum. Saguntum ergo ferociter
obsidebat quod ubi rome auditum est missi legati ad ha
nibalem ut ab eius obsidione discederet. Contempti cartha
ginem pergunt querimoniamque deponunt federis rupti infecto
que negocio roma redeunt. Dum hee more aguntur misera
illa civitas opulentissima sue rei publice romaneque
carissima octavo vel nono a penis mense deleta est.
Cuius interitum legere quanto magis scribere horroris est. Bre
viter tamen eum commemorabo ad rem quippe que agitur multum
pertinet. Primo fame contabuit. Nam etiam suorum cadaveribus
a nonnullis pasta perhibetur. Deinde omnium fessa rerum ne saltem
captiva in manus hanibalis perveniret ingentem rogum publice struxit in
quem ardentem ferro etiam trucidatos omnes se suosque miserunt. Hic aliquid
agerent dii helluones atque nebulones sacrificiorum adipibus inhiantes
et fallacium divinationum caligine decipientes. Hic aliquid agerent ut
civitati populi romani amicissime subvenirent et fidei conservatione pereun
tem perire non sinerent. Ipsi utique medii prefuerunt cum romane rei publice
interiecto federe copulata est. Custodiens itaque fideliter quod ipsis presidibus pla
cito inierat fide vinxerat iuratione constrinxerat perfido obsessa oppressa
consumpta est. Si ipsi dii tempestate atque fulminibus hanibalem postea roma
nis proximum menibus terruerunt longeque miserunt tunc primum tale aliquid
facerent. Audeo quippe dicere honestius illos pro amicis romanorum ideo
periclitantibus ne romanis frangerent fidem et nullam opem tunc
habentibus quam pro ipsis romanis qui pro se pugnabant atque adversus ha
nibalem opulenti erant potuisse tempestate sevire. Si ergo tutores essent
romane felicitatis et glorie tam grave ab ea crimen saguntine cala
mitatis averterent. Nunc vero quam stulte creditur diis illis defensoribus
romam victore hanibale non perisse qui saguntine urbi non potuerunt
ne pro eorum periret amicicia subvenire. Si saguntinorum christianus populus
esset et huiusmodi aliquid pro fide ewangelica pateretur quamquam se ipse nec ferro
nec ignibus corrupisset sed tamen si pro fide ewangelica excidium pateretur
ea spe pateretur qua in christum crediderat non mercede brevissimi temporis sed et
ernitatis interminae. Pro istis autem diis qui propterea coli perhibentur
propterea colendi requiruntur ut harum labentium atque transeuntium rerum

Hanibal rex hyspanie saguntum obsedit rupto federe ubi infinita miseria audita est nec dii suorum romanorum aliquid profuerunt quia non valuerunt

felicitas tuta sit quid nobis defensores et exultatores eorum de Saguntinis pereuntibus respondebunt nisi quod de illo Regulo exitio. Hoc quippe interest quod ille unus homo hec tota civitas utrisque tamen interitus conservatio fidei fuit. Propter hanc enim ad hostes et redire ille voluit et noluit ista transire. Conservata ergo provocat deorum iram fides? An possunt et diis propiciis perire non solum quique homines verum etiam integre civitates? Utrum volunt eligant. Si enim fidei servate irascuntur illi dii querant perfidos a quibus colantur. Si autem etiam illis propiciis multis gravibusque cruciatibus afflicti interire homines civitatesque possunt nullo fructu felicitatis huius coluntur. Desinant igitur succensere qui sacris deorum suorum perditis se infelices esse factos putant. Possent enim illis non solum manentibus verum etiam faventibus non sicut modo de miseria murmurare sed sicut tunc Regulus et Saguntini excruciati horribiliter etiam penitus interire.

Quam grata fuit romana civitas Scipioni liberatori suo et in quibus moribus egit quando eam Salustius optimam fuisse describit · xxi

Porro inter secundum et postremum bellum cartaginense quando Salustius optimis moribus et maxima concordia dixit egisse romanos. Multa enim pretereo suscepti operis modum cogitans. Eodem ipso ergo tempore morum optimorum maximeque concordie Scipio ille Rome Ytalieque liberator eiusdemque belli punici secundi tam horrendi tam exitiosi tam periculosi preclarus mirabilisque confector victor Hanibalis domitorque Cartaginis cuius ab adolescentia vita describitur diis dedita templisque nutrita inimicorum accusationibus cessit carensque patria quam sua virtute salvam et liberam reddidit in oppido Lyntnensi egit complevitque vitam post insignem suum triumphum nullo illius urbis captus desiderio ita ut iussisse perhibeatur ne saltem mortuo in ingrata patria sibi funus fieret. Deinde tunc primum per Gneum Manlium proconsulem de Gallogrecis triumphantem asyatica luxuria Romam omni hoste peyor irrepsit. Tunc enim primum lecti erati et preciosa stragula visa perhibentur. Tunc inducte in convivia psaltrie et alia licenciosa nequicie. Sed nunc de hiis malis que intollerabiliter homines paciuntur non de hiis que libenter faciunt dicere institui. Unde illud magis quod de Scipione commemoravi quod cedens inimicis extra patriam quam liberavit mortuus est ad presentem pertinet disputacionem quod ei romana numina a quorum templis avertit Hanibalem non reddiderunt vicem que propter istam tantum coluntur felicitatem. Sed quia Salustius eo tempore ibi dixit mores optimos fuisse propterea hoc de asyatica luxuria commemorandum putavi ut intelligatur etiam illud a Salustio in comparacione aliorum temporum dictum quibus temporibus peiores utique gravissimis discordiis mores fuerunt. Nam tunc id est inter secundum et postremum bellum cartaginense lata est etiam illa lex Voconia ne quis heredem feminam faceret nec unicam filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro. Verumtamen toto illo intervallo duorum bellorum punicorum tollerabilior infelicitas fuit. Bellis tantum foris conterebatur exercitus sed victoriis consolabatur domi autem nulle sicut alias discordie seviebant. Sed ultimo bello punico uno impetu alterius Scipionis qui ob hoc etiam ipse Affricani cognomen invenit emula imperii romani ab stirpe deleta est. Atque inde tantis malorum aggeribus oppressa romana res publica ut prosperitate ac securitate rerum unde nimium corruptis moribus mala illa congesta sunt plus nocuisse monstretur tam cito eversa quam prius nocuerat tam diu adversa Carthago. Hoc toto tempore usque ad Cesarem

Saguntini si pro xpo talia passi fuissent mercedem eternam huissent non de regulo

De bello cartaginensi salustio scipione oppido litinensi hanibale et gneo manlio proconsule triumphante de gallo grecis et asyatica luxuria

De mencione lectorum eratorum stragulorum conviviorum psaltriarum et alia licencia nequiciarum de scipione hanibale salustio et bello cartaginensi

De lege voconia ne quis heredem feminam faceret

De bello punico et alto scipione cartagine augusti de federe numantino de mancino consule et pullis volitantibus de cavea et augurio

augusti qui videtur nō adhuc ul' ipoꝝ opioe gl'osam sed contenciosam et exiciosam et plane iam enervē ac languidā libertatem modo extorsisse romanis et ad regale arbitriū cuncta revocasse et qi morbida vetustate collapsam veluti instaurasse ac renovasse rempublicā toto g° isto tpe omitto ex alijs atqꝫ alijs causis et bellicas clades et numantinū fedus horrenda ignominia maculosū volaverāt enī pulli de cavea et mancino cōsuli ut ayunt augurū malū fecerant qi ꝑ tot annos qbꝰ illa exigua civitas romanoꝝ circūsessa exercitū afflixerat ipsiqꝫ romane reipublice terrori esse iam ceperant Alij tamē ea malo augurio ꝑcesserūt sed h mq̄ omitto

De mitridatis edicto quo omēs cives romanos qui intra asyam invenirentur

Quamvis illud nequaq̄ taceri qd mitridates iussit occidi · xxii

Metridates rex Asye ubiqꝫ in Asya peregrinantes cives romanos atqꝫ in innumerabili copia suis negocijs intentos uno die occidi iussit et factū est Quā illa miserabilis res facies erat subito quemqꝫ ubicūqꝫ fuisset inventus ī agro ī via in oppido ī domo in vico ī foro in templo ī lecto in convivio inopinate atqꝫ impie fuisse trucidatū ? Quis gemitus morienciū Que lacrime forsam spectanciū vide et ferienciū fuerint q̄ dura necessitas hospitū nō solū videre di nephārias illas cedes domi sue verū et ꝑpetrandi ab illa blanda comoditate humanitatis repente mutatis vultibus ad hostile negociū in pace peragendū mutuans repente dictans modo vulneribus cū ꝑcussus in corpore et ꝑcussor ī aīo ferietur Num et isti omēs auguria contempserunt Num deos et domesticos et publicos cū de sedibus suis ad illam irremeabilem peregrinacōm profecti sunt quos consulerent nō habebant hoc si ita ē nō habent cur isti ī hac cā de nr̄is tpibus conquerant · olim romani h vana contempnunt Si aūt consuluerunt videat quid ista profuerunt qn ꝑ solas hūanas duntaxat leges nemine prohibente licuerit

Metridates rex Asye uno die iussis locis omnes cives romanos iussit occidi Et quid profuerunt romanis auguria et falsi dij

De motionibus malis quibꝰ rōna res publica exagitata ē precedente ꝑdigio q̄ in rabie omī aialiū que hominibꝰ serviunt · xxiii

Sed iam illa mala breviter qūtū possumꝰ commemoremus · Que qūto interiora tanto miseriora extiterunt discordie civiles vel pocius inciviles. Nec iam sediciones sed eciā ipa bella urbana ubi tantus sanguis effusus ē ubi partium studia nō concionum dissensionibus varijsqꝫ vocibus in alterutrū sed plane iam ferro armisqꝫ sevebant. bella servilia bella civilia qūtū romanū cruorem fuderunt qūtū ytalie vastacōm desercionemqꝫ fecerunt · Nam anteqꝫ se adversum romam sociale lacium commoveret cuncta aialia humanis usibus subdita · canes equi asini boves et que alia pecora sub hominū dominio fuerunt subito efferata et domestice lenitatis oblita relictis tectis libera vagabantur et omne nō solū alioꝝ verum et dnoꝝ adversabantur accessū nō sine exicio ul' periculo audentis si quis de prope urgeret qūti mali fuit h signū fuit qd tū mali fuit si hoc eciā signū nō fuit h' si nr̄is tpibus accidisset rabidiores istos qm sua illa aialia pateremur

Tempe xanitatis tot bella socialia bella servilia bella civilia et ytalia rom et in lacio fa nos

Divisa gnā aialiū domestica efferata fca sūt qd tpe xanitatis factū nō ē

De discordia civili quam gracchice sediciones excitaverunt · xxiiii

Inicium autem civiliū maloꝝ fuit sediciones gracchoꝝ agrarijs legibus excitate Volebant enī agros ꝑplo dividere quos nobilitas ꝑ eram possedebat Sed iā vetustam iniquitatem audere convellē periculosissimum ymo vō ut res ipa docuit perniciosissimum fuit que funera facta sunt cū prior gracchus occisus ē que et cū alius fr̄ eius nō longe interposito tpe neqꝫ enī legibus et ordine potestatū sed turbis armoꝝqꝫ conflictibus

Inicium civiliū belloꝝ fuit agrachijs

nobiles ignobilesqz vocabant post gracchi altius inter
fectonē. Lucius opimꝰ cōsul qui adūsus eū intra ur-
bem arma cōmouerat eoqz cum socijs oppsso et extic-
to ingentē ciuiū stragem fecerat cū qōne hrēt ia
iudiciaria inqsicione ceteros psequens tria milia ho
minū occidisse phibetur. Ex quo intelligi pt quantaz
multitudinē mortuū hrē potuit turbidꝰ cōflictus ar-
moz qū tantā hūit iudicioz velut examīata cog-
nitio. Percussor gracchi ipius caput quantū graue erat
tanto auri pondē consuli vendidit hec enī pactio
cedem pcesserat in qua etiā occisus est cū liberis marchus fuluiꝰ ꝯsularis

De occisione nobilium grachorū et multorū milium hominum. per lucium opimium consulem nec marchꝰ fulluiꝰ ꝯsularis occisus est

De ede concordie ex senatus ꝯsulto ī loco seditionū et cediū cōdita

Eleganti sane senatꝰ cōsulto eo ipō loco ubi funereus tumultus ille cōmissus ē vbi tot ciues ordinis cuiusqz ceciderunt. edes cōcordie facta ē ut gracchoz pene testis concionaciū oculos feriret memoriāqz cōpungeret. Sed hoc quid aliud fuit quā irrisio deoz illi dee templū construere que si eēt in ciuitate nō tantis dissensionibus dilacerata corrueret. Nisi forte sceleris huiꝰ rea cōcordia qz deseruerat aīos ciuiū meruit in illa ede tamqz in carcerē includi. Cur enī si rebus gestis cōgruerē voluerunt nō ibi potius edem discordie fabricarūt. An vlla racō redditur cur ꝯcordia dea et discordia dea non sit ut scdm labeonis distictonez bona sit ista illa vō mala. Nec ipē aliud secutus videtur qz qz aduertit rome etiā febri sicut saluti templū constitutū. Eo mō igitur nō tm̄ cōcordie vez etiā discordie cōstitui debuit. Periculose itaqz romani tanta mala dea irata viuē voluerunt nec troianū excidiū recoluerūt originē ab eius offensione sumpsisse. Ipa quippe qz inter deos non fuit inuitata triū dearz litē aurei mali suppositione ꝯmēdata ē. Unde rixa numinū et venus victrix et rapta helena et troia deleta. Qua ꝓpter si forte indignata qz inter deos ī urbe nullū templū hrē meruit. Ideo iam turbabat tantis tumultibus ciuitatē quanto atrocius potuit irritari cū in loco illius cedis hoc ē in loco sui operis aduersarie sue constitutā edem videret. Hec vana ridentibus nobis illi docti sapientesqz stomachantur. et tm̄ numinū bonoz maloz qz cultores de hac qōne cōcordie discordieqz nō exeunt sine ptermiserunt harum dearz cultū eisqz febrem bellonāqz ptulerunt quibus antiqua fana fecerunt siue et istas coluerunt cū sic eos discedente cōcordia discordie semens usqz ad ciuilia bella perduxerit.

Irrisio falsoz qd templū dee concordie factū ē ubi tot milia perempta sūt qd pociꝰ discordie fieri debuit

De labeone qui dicit tēpla feb[ri] et discordie deabus facta uel fienda sic saluti et concordie deabus

Itē de rapta helene et aureo malo inter tres deas īnonē palladē et venerem specto et excidio troiano

De diuisis generibus belli q post cōditam edem sūt secuta. xxvi. c

Preclarum vō sedicionibus ob stacilū edem concordie testem cedis suppliciqz gracchoz cōcionātibus opponendā putarunt quantū ex hoc profecerunt indicant secuta peiora. laborarūt enī deinceps cōcionatores nō exemplū deuitare gracchoz sed supare ꝓpositū lucius saturninꝰ tribunꝰ plebis et gayus seruilius ptor et multo post marchus drusus quoz omnī sedicionibus cedes pmo iam tūc grauissima deinde socialia exarserunt bella quibꝰ ytalia vehemēter afflicta et ad vastitatem mirabilem desertionēqz producta ē. Bellū deinde seruile successit et bella ciuilia. Que plia commissa sūt quid sanguinis fusū ut omēs ferē ytalie gētes

De lucio saturnino tribuno plebis gayo seruilio pretore marco druso bello seruili et ciuili et lxx gladiatoribus

quibus romanum maxime prepollebat imperium tamquam feritas barbariei dominaretur iam expansissimus. hoc est minus quam lxx gladiatoribus quorum adventu bellum servile constitutum sit ad quantum numerum et quam atrem ferocemque pervenerint quos ille numerus imperatores ipsi romani superaverint quas et quot civitates regionesque vastaverint vix qui hystoriam conscripserint satis explicare potuerunt. Neque hic solum fuit servile bellum sed et macedoniam provinciarum plures servicia depredata sunt et deinde syciliam horamque maritimam quanta etiam et quam horrenda commiserunt. primo latrocinia deinde valida bella piratarum quis pro magnitudine rerum valeat eloqui.

De bello civili mariano atque syllano. c xxvij

Quum vero marius civili sanguine iam cruentus multis adversariis sibi peremptis victus urbe profugisset Vir paululum respirante civitate ut verbis tullianis utar superavit. Postea cynna cum mario cum viris clarissimis viris interfectis lumina civitatis extincta sunt. Ultus est huius victorie crudelitatem postea sylla ne dici quidem opus est quanta diminucione civium et quanta calamitate rei publice. De hac enim vindicta que punitior fuit quam si scelera que puniebatur impunita relinquerentur ait lucanus: Excessit medicina modum nimiumque secuta est. Qua morbi duxere manum periere nocentes Sed cum iam soli possent superesse nocentes. Illo bello mariano ac syllano exceptis qui foris in acie ceciderunt ipsis quoque urbe cadaveribus vici platee fora theatra templa completa sunt ut difficile indicaretur qui victores plus timerent ediderunt utrum prius ut vincerent an postea quam vicissent. cum primum victoria mariana qui de exilio seipse restituit exceptis passim quoque usum cedibus factis caput octavij consulis ponetur in rostris. cesar et fimbria domibus trucidarentur. Sunt duo crassi pater et filius in conspectu mutuo mactarentur. bebyus et numitorius unco tracti sparsis visceribus interierunt. catulus hausto veneno semanibus inimicorum subtrahet. merula flamen dyalis precisis venis iovi etiam suo sanguine litavit. In ipsis autem marij oculis continuo feriebant quibus salutantibus dexteram porrigere noluisset.

Qualis fuit syllana victoria vindex mariane crudelitatis xx viij c.

Syllana vero secuta victoria huius videlicet vindex crudelitatis post tantum sanguinem civium quo fuso fuerat comparata finito iam bello in inimicos viventibus crudelius in pace grassata est. Jam etiam post marij maioris pristinas ac recentissimas cedes addite fuerant alie graviores mario minore atque carbone earundem partium marianarum qui sylla imminente non solum victoriam verum etiam ipsam desperantes salutem cuncta suis alijs cedibus impleverunt. Nam preter stragem late per omnia diffusam obsesso etiam senatu de ipsa curia tamquam de carcere producebantur ad gladium. mucius scevola pontifex quoniam nichil aput romanos templo veste sanctius habebatur aram ipsam amplexus occisus est. Igneque illum qui perpetua cura virginum semper ardebat suo pene sanguine extinxit. Urbem deinde sylla victor intravit qui in villa publica non iam bello sed etiam pace semetipsos septem milia pe ditorum inermiumque non pugnando sed iubendo prostravit. In urbe autem tota quem vellet silla unusquisque feriebat. Unde tot funera immeabant ut omnino non poterant donec sylle suggeritur sinendos esse aliquos vivere ut essent quibus possent imperare qui vicerant. Tunc iam cohibita que t hac atque hac passim furibunda ferebatur licentia iugulandi tabula illa cum magna gratulatione proposita est que hominum equestrique ordine splendido

de depredatione macedonie syacie horeque maritime piratis latrocinijs bellis

de cynna et mario viris clarissimis interfectis

De bello syllano mariano et cadaveribus octavio consule cesare fymbria trucidatis crassis mactatis bebyo numitorio eiusdem et catulo veneato et merula flamine dyali lycato

De mario iuniore carbone senatu obsesso et gladijs occiso per syllam et scevolam pontificem in templo veste dee tempore pacis et multitudine hominum passim interemptis et mutilatis

equestri sz atz senatorio occidendorum ac proscribendorum duo milia cotinebat contristabat mi sed consulabatur modus Neqz tot cadebant tm merorus quntum leticie · qr ceteri no timebant Sz in quibusdaz eorum qui pro eorum nisi erat eciã ipa licet crudelis ceterorum securitas genera mortium exquisita congemi nit Quendam enim sine ferro lamancium manus diripuerunt inmanius homines hominem vivum tamqm bestie solent discerpere cadaver abiectum Alius occulis effossis et particulatim mebris amputatis intantis cruciatibus diu vivere vel pocius diu mori coactus e Subhastate sunt et tamqm ville quedam nobiles civitates Una vo velut unus reus duci iubetur sic tota iussa e trucidari hec facta sunt in pace post bellum non ut celeraretur obtinenda victoria · sz ne contepneretur obtenta · pax cum bello de crudelitate certavit et vicit Illud enim prostravit armatos · ista nudatos bellum erat ut qui feriebatur si posset feriret · pax aut no ut qui evaserat viveret sed ut moriens no repugnaret De operacione gothice irrupcionis · cum eius cladibus quas romam vel agallis vel abellorum civilium auctoribus excepimus · XXIX

Que rabies exterarum gencium q sevicia barbarorum huic de civibus victorie civium comparari pt · Quid roma funestius tetrius amarius qz vidit utrum olim et gallorum et paulo ante gothorum irrupcionem an marii et sylle aliorumqz in eorum partibus virorum clarissimorum tamqm suorum luminum in sua mebra ferocitatem Galli quidem trucidaverunt senatum Quidquid eius in urbe tota pt arcem capitolinã q sola utcuqz defensa e reperire potuerunt sz in illo colle constitutis auro vitam saltem vendiderunt quã · et si ipi ferro rapere no possent · possent tm obsidione consumere Gothi vo tam multis senatoribus pepercerunt ut magis mirum sit q aliquos peremerunt · At vo sylla vivo adhuc mario ipm capitolinum qd agallis tutum fuit ad decernendas cedes victor insedit Et cum fuga marius lapsus e ferocior cruencior rediturus iste in capitolio per senatus eciam consultum tam multos vita rebusqz privavit Marianis aut partibus sylla absente quid sanctum cui parcerent fuit qui mucio civi senatori pontifici arã ipaz ubi erant ut ayunt fata romana miseris ambienti amplexibus no pepercerunt · Syllana vo tabula illa postrema ut omittamus alias innumerabiles mortes plures iugulavit senatores quam gothi expoliare potuerunt Qua igitur fronte quo corde qua inpudencia insipiencia vel pocius amencia illa diis suis no imputant et hec nostro imputant xpo De conexione bellorum qui adventum xpi plurima et gravissima precesserunt · XXX ·

Quid gothy et galli gentes extere pluribus romanis pepercerunt et capitolio q sylla et marius q pt duo milia occidendorum in tabula cotentorum quasi infiniti tos occiderunt

Crudelia bella civilia omnibus bellis hostibus auctoribus eorum fatentibus amariora quibus illa res publica nec afflicta sed omnio perdita iudicata e longe ante adventum xpi exorta sunt et sceleratarum contextione causarum abello mariano atqz syllano ad bella senatorii et catiline Quorum a sylla fuerat ille proscriptus ille nutritus Inde ad lepidi et catuli bellum quorum alter gesta syllana rescindere alter defendere cupiebat Inde ad pompeii et cesaris quorum pompeius sectator sille fuerat eiusqz potenciam vel equaverat vel iam eciã superaverat cesar aut pompeii sentenciaz ferebat · Sz quia no habebat quã tm illo victo mitior fectoqz transcendit hinc ad alium cesarem qui post augustus appellatus e pervenerunt quo imperante natus e xpus Nam et ipe augustus cum multis gessit bella civilia et in eis eciã multi clarissimi viri perierunt inquos et cycero disertus ille artifex regende rei publice Pompeii quippe victorem gayum cesarem qui victoriam civile clementer exercuit suisqz

Quare romani imputant xpo civilia bella et no falsis diis suis cum ante adventum xpi bellum syllanum marianum sertorium et catiline lapidi et catuli et alia gessarentur

De pompeyo cesare augusto cicerone desertissimo gayo cesare

adusarius vitam dignitatemq; donauit tamq; regni adpetitorem quondam nobilium coniuracio senatorum uelut pro rei publice libertate in ipsa curia trucidauit. Huius deinde potenciam multum moribus dispar viciisq; omnibus inquinatus atq; corruptus affectare videbat antonius. Tunc emerserat mirabilibus indolis adolescens ille alius cesar illius gaii cesaris filius adoptiuus qui ut dixi postea est appellatus augustus. Huic adolescenti cesari ut eius potentia contra antonium nutriretur cycero fauebat sperans eum depulsa et oppressa anthonii dominacione instauraturum rei publice libertatem usq; adeo cecus atq; improuidus futurorum ut ille ipse iuuenis cuius dignitatem ac potestatem fouebat et eundem cyceronem occidendum anthonio quadam quasi concordie pactione permitteret, et ipsam libertatem rei publice pro qua multum ille clamauerat dicioni proprie subiugaret.

Quam impudenter prouincia incomoda xpo imputent qui deos colere non sinuntur cum tante clades eo tempore quo colebantur extiterint. xxxi.

Nimis vetera si commemorare voluero longius quam satis est revolvere videbor que miracula facta sint attestantia promissis dei quibus ante annorum milia predixit Abrahe quod in semine eius omnes gentes benedictionem fuerant habiture. Quis enim non miretur eidem Abrahe filium peperisse coniugem sterilem eo tempore senectutis quo parere nec fecunda iam posset, atque in eiusdem Abrahe sacrificio flammam celitus factam inter divisas victimas cucurrisse, eidemque Abrahe predictum ab angelis celeste incendium Sodomorum, quos angelos hominibus similes hospicio susceperat et per eos de prole ventura dei promissa tenuerat, ipsoque iam inminente iam incendio mirande Sodomis per eosdem angelos liberationem Loth filii fratris eius, cuius uxor in via retro respiciens atque in salem repente conversa magno ammonuit sacramento ne quisquam in via liberationis sue preterita desiderare debere. Illa vero que et quanta sunt que iam per Moysen populo dei de iugo servitutis eruendo in Egipto mirabiliter gesta sunt, ubi magi Pharaonis hoc est regis Egipti qui populum illum dominatione deprimebat ad hoc facere quedam mira permissi sunt ut mirabilius vincerentur. Illi enim faciebant veneficiis et incantationibus magicis quibus sunt mali hoc est angeli hoc est demones dediti; Moyses autem tanto potentius quanto iustius nomine dei qui fecit celum et terram servientibus angelis eos facile superavit. Denique in tertia plaga deficientibus magis, decem plage per Moysen magna in misteriorum dispositione complete sunt, quibus ad dei populum dimittendum Pharaonis et Egiptiorum dura corda cesserunt; moxque penituit et cum abscedentes Hebreos consequi conarentur, illis diviso mari per siccum transeuntibus unda hinc atque hinc in sese redeunte cooperti et oppressi sunt. Quid de illis miraculis dicam que cum in deserto idem populus ductaretur stupenda divinitate crebruerunt: aquas que bibi non poterant misso in eas sicut deus preceperat ligno amaritudine caruisse sicientesque satiasse; manna esurientibus venisse de celo et cum esset colligentibus constituta mensura quicquid amplius quisque collegerat ex ortis vermibus putruisse, ante diem vero sabbati duplum collectum quia sabbato colligere non licebat nulla putredine violatum; desiderantibus carne vesci que tanto populo nulla sufficere posse videbatur volatilibus castra completa et cupiditatis ardorem fastidio satietatis extinctum; obvios hostes transitumque prohibentes atque preliantes orante Moyse manibusque eius in figura crucis extensis nullo Hebreorum cadente prostratos; seditiosos in populo dei ac sese ab ordinata divinitus societate dividentes ad exemplum visibile invisibilis pene vivos terra dehiscente submersos; virga percussa petra tante multitudini habundancia fluenta fudisse; serpentum morsus mortiferos pena iustissima peccatorum in ligno exaltato atque prospecto eneo serpente sanatos, ut et populo subveniretur afflicto et mors morte destructa velut crucifixe mortis similitudine signaretur. Quem sane serpentem propter facti memoriam reservatum cum postea

De gloria civitatis dei. De miraculis promissis Abrahe et semini eius deo de angelis, Sodoma, Loth, uxore sua et aliis

De Moyse, x plagis Egipti, magis Pharaonis, mari rubro, de transitu Hebreorum per siccum, Egiptiis submersis

De miraculis in deserto, de ligno quod aquas dulcoravit, de manna quod sabbato colligere non licebat, de volatilibus et carnibus datis

miserande

x

plus errmus tamq̄ ydolū colē cepissz Ezechias rex religiosa ptāte deo finiens cū magna pietatis laude contriuit De illicitis artibus erga demonū cultū in quibus porphirius platonicus q̄da pbando q̄dam qi īpbādo v'satur

Hec et alia multa huiusmoi q̄ oīa comēorare nimis longū ē fiebant ad cōmēdandū vnius dei veri cultū et mltoꝝ falsoꝝ qz phibendū fiebant aut̄ simplici fide atz pietatis fiducia nō incātacoībꝫ atz carmībꝫ nephārie curiositatis arte compositis quā vl' magiā vl' detestabiliore noīe goethian uel honorabiliore ē theurgiam vocant qui qi conant' ista discerne et illicitis artibꝫ deditos alios dāpnabiles quos et maleficos vulgus appellat hos enī ad goethian ptinē dicit · alios autē laudabiles vohit videri · quibꝫ theurgiam deputat cū sint utrīqz ritibꝫ fallacibꝫ demonū obstricti sub nomībꝫ angeloꝝ Nam et porphirius quādā qi purgacione aīe per theurgiā cunctant' tñ et pudibūda quodāmo disputacoē pmittit reuisioꝫ uēo adden̄ hanc artē prestarē cuiqz negat ut videas eū int' viciū sacrilege curiositatis et phīe pfessionē sentētiis altnatibꝫ fluctuare · Nūc enī hanc artē tā q̄ fallacē et ī ipa actōne piculosā · et legibꝫ phibitā cauendā monet Nūc aut̄ eius laudatoribꝫ cedens utilem dicit eē mūdande pti aīe nō quidē intellectuali qua reꝝ intelligibiliū pcipitur veritas nullas habē cū similitudines corpoꝝ sꝫ spūali qua corpaliū reꝝ capiuntur ymagines Hanc enī dicit p quasdā consecrationes theurgicas quas teletas vocant ydoneā fieri atz aptā susceptoꝝ spūuū et angeloꝝ et ad uidendos deos Ex quibꝫ tñ theurgicis theletis fatetur intellectuali aīe nichil purgacoīs accedē q̄ eā faciat ydoneā ad uidendū deū suū et pspiciendā ea que verā sūt ex quo intelligi pt qualiū deoꝝ vl' qualē visionē fieri dicit theurgicis cōsecratioībꝫ in qua nō ea vident' q̄ verā sūt Deniqz aīam rōnalem siue q̄ magis amat dicē ītellectualē ī sua posse dicit euadē · et si q̄ eius spūale ē nulla theurgica fuit arte purgatū · Porro aut̄ a theurgo spūalē purgari hactenus ne ex hoc ad īmortalitatē eternitatēqz pueniat quāq̄ ita discernat a demonibꝫ angelos aerea loca eē demonū etherea vl' empirrea disserens angeloꝝ et amoneat utendū alicuius demonis amicicia quo subuectus uel paululū a terra possit eleuari quisqz post mortē aliā vō viā eē phibeat ad angeloꝝ supna consorcia cauendā tñ demonū societatē expssa quodāmō cōfessione testatur ubi dicit aiā post mortē luendo penas cultū demonū a quibꝫ circūueniebat horrescē Ipam qz theurgiam quā velut conciliatricem angeloꝝ deoꝝqz cōmēdat apud tales agē ptāte negare nō potuit q̄ue vl' ipē inuideant purgacioni aīe uel artibꝫ seruiant inuidoꝝ Querelam de hac re caldei nescio cuius expromens cōqueritur inquit vir in caldea bonus purgande aīe magnis ī molimine frustratus sibi eē successus Cū vir ad eadem potens actus ī inuidia adiuratas sacris pcibꝫ potencias alligasset ne postulata concederent Ergo et ligauit ille inquit et iste nō soluit quo iudicio dixit apparē theurgiā eē tam boni cōficiendi quā mali et apud deos et apud hoīes disciplinā scitaz deosqz ad illas pturbacoēs passionesqz deduci quas cōiter demonibꝫ et hoībꝫ appuleius attribuit deos tñ ab eis etheree sedis altitudine separans et platonis asserens in illa discretione sinam De theurgia q̄ falsā purgacionē aīe demonū ī uocacoē pmittit

·x·

De miraculis in deserto de aqua que de petra fluxit de serpentibꝫ venenosis serpente eneo quē rex ezechias contriuit et de aliis

De porphirio et de testabili magian geothyan theologiā et theurgian de demonibꝫ et angelis

Quomodo quidā vir chaldeus senserit de theurgian et purgacioībꝫ animaꝝ de dyis apulei o sinā platonis porphirii et de demonibus

susceptionem

subuectus terre
subuectum

ptates

Et nunc alius platonicus quem doctorem ferunt porphirius per nescio quam theurgicam disciplinam etiam ipsos deos obstrictos passionibus et perturbacionibus dicit quoniam sacris precibus adiurari terrerique potuerunt ne prestarent anime purgacionem et ita terreri ab eo qui imperabat malum ut ab alio qui poscebat bonum per eandem artem theurgicam solvi illo timore non possent et ad dandum beneficium liberari. Quis non videat hec omnia fallacium demonum esse commenta nisi eorum miserrimus servus et a gratia veri liberatoris alienus. Nam si hec aput deos agerentur bonos plus ibi utique valeret beneficus purgator anime quam malivolus impeditor. Aut si diis iustis homo pro quo agebatur purgacione videbatur indignus non utique ab invido territi nec sicut ipse dicit per metum valencioris numinis impediti sed iudicio libero hoc negare debuerunt. Mirum est autem quod benignus ille chaldeus qui theurgicis sacris animam purgare cupiebat non invenit aliquem superiorem deum qui plus terreret atque ad benefaciendum cogeret territos deos vel ab eis terrentem conpesceret ut liberi beneficerent. Si tamen theurgo bono sacra non defuerunt quibus ipsos deos quos invocabat anime purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enim cause est cur deus potencior adhiberi possit a quo terreantur nec possit a quo purgentur. An invenitur deus qui exaudiat invidum et timorem diis incuciat et benefaciant nec invenitur deus qui exaudiat benivolum et timorem diis auferat ut beneficiant. O theurgia preclara o anime predicanda purgacio ubi plus imperat inmunda invidencia quam impetrat pura beneficencia. Inmo vero malignorum spirituum cavenda et detestanda fallacia et salutaris audienda doctrina. Nam qui has sordidas purgaciones sacrilegis ritibus operantur quasdam mirabiliter pulchras sicut iste commemorat vel angelorum ymagines vel deorum tamquam purgato spiritu vident si tamen vel tale aliquid vident illud est quod apostolus dicit: Quoniam sathanas transfigurat se velut angelum lucis. Eius enim sunt illa fantasmata qui miseras animas multorum falsorumque deorum fallacibus sacris cupiens irretire et a vero veri dei cultu quo solo mundantur et sanantur avertere sicut de protheo dictum est formas se vertit in omnes hostiliter insequens fallaciter subveniens utrobique nocens.

purgationi

invidum

Confutacio theurgie contra theurgiam et anime purgacionem ubi plus imperat inmunda invidencia quam benefi[cencia]

De epistola porphirii ad anebontem egipcium qua petit de diversitate demonum se doceri. xi.

Melius sapuit porphirius cum ad anebontem scripsit egypcium ubi consulenti et querenti et prodit artes sacrilegas et evertit. Et ibi quidem omnes demones reprobat quos dicit ob inprudenciam trahere humidum vaporem et ideo non in ethere sed in aere esse sublunaria atque in ipso lune globo. Verumtamen non audet omnes fallacias et malicias et inepcias quibus merito movetur omnibus demonibus dare. Quosdam namque benignos demones more appellat aliorum cum omnes generaliter inprudentes esse fateatur. Miratur autem quod non solum dii alliciantur victimis sed et conpellantur atque cogantur facere quod homines volunt. Et si corpore et incorporalitate dii a demonibus distinguuntur quomodo deos esse existimandum sit solem et lunam et visibilia cetera in celo que corpora esse non dubitat. Et si dii sunt quomodo alii benefici alii malefici esse dicantur et quomodo incorporalibus cum sint corporei coniungantur. Querit et veluti dubitans utrum in divinantibus et quedam mira facientibus anime sint passiones an aliqui spiritus extrinsecus veniant per quos hec valeant et potius venire extrinsecus conicit eo quod lapidibus et herbis adhibitis et alligent quosdam et aperiant clausa hostia vel aliquid eius modi mirabiliter operentur. Unde dicit alios opinari esse quoddam genus cui

De sathana qui se transfigurat in angelum lucis fantasmatibus pro theo porphirio anebonte egipcio et detestacione demonum

exaudire sit propterea nam fallax omnium forme multimodum simulans deos et de
mones et animas defunctorum et hoc esse quod efficiat hec omnia que videntur bo
na esse vel prava Ceterum circa ea que vere bona sunt nichil opitulari immo
vero ista nec nosse sed et male conciliare et insimulare atque impedire
non numquam virtutis sedulos sectatores et plenum esse temeritatis et fastus
gaudere nidoribus adulacionibus capi et cetera que de hoc genere fallacium ma
lignorum spirituum qui extrinsecus in animam veniunt humanosque sensus sopitos
vigilantesque deludunt non tamquam sibi persuasa confirmat sed tam tenuiter suspicatur aut dubitat ut hec ali
os asserat opinari difficile quippe fuit tanto philosopho cun
ctam dyabolicam societatem vel nosse vel fidenter arguere
quam quelibet anicula (vetula) christiana nec dubitat esse et liberrime
detestatur nisi forte iste et ipsum ad quem scribit anebon
tem tamquam talium sacrorum preclarissimum antistitem et alios talium operum tamquam
divinorum et ad deos colendos pertinencium ammiratores (admiratores) verecundatur offen
dere Sequitur tamen et ea velut inquirendo commemorat que sobrie considerata
tribui non possunt nisi malignis et fallacibus potestatibus Querit enim cur tamquam me
lioribus invocatis quasi peioribus imperetur (imperarentur) ne iniusta precepta hominis exe
quantur Cur attrectatum re venerea non exaudiant imprecantem cum ipsi
ad incestos quosque concubitus quoslibet ducere non morentur cur animantibus suos
antistites oportere denunccient abstinere ne vaporibus profecto corporeis pol
luantur ipsi vero aliis vaporibus illiciantur et nidoribus hostiarum Cumque a
cadaveris contactu prohibeatur inspector plerique illi cadaveribus celebrentur
quid sit quod non demoni vel alicui anime defuncti sed ipsi soli et lune aut
cuicumque celestium homo vicio cuilibet obnoxius intendit minas eosque
territans falso ut eis extorqueat veritatem Nam et celum se collidere commi
natur et cetera similia homini impossibilia Ut illi dii tamquam insipientissimi
pueri falsis et ridiculis comminacionibus territi quod imperatur efficiant Di
cit etiam scripsisse ceremonem quendam talium sacrorum vel potius sacrilegiorum pe
ritum ea que aput egypcios sunt celebrata rumoribus vel de ysyde vel
de osiride marito eius maximam vim habere cogendi deos ut faciant im
perata quando ille qui carminibus cogit ea prodere vel evertere comminatur ubi
se eciam osiridis membra dissipaturum terribiliter dicit si
facere iussa neglexerint hec atque huiusmodi vana et insa
na hominem diis minari nec quibuslibet sed ipsis celesti
bus et syderea luce fulgentibus ad facienda nec sine
effectu sed violenter potestate cogente atque hiis terroribus
ad facienda que voluerit perducente merito porphirius ad
ammiratur Immo vero sub specie mirantis et causas rerum ta
lium requirentis dat intelligi illos hec agere spiritus quorum
genus superius sub aliorum opinione descripsit non ut ipse posuit natura sed vicio
fallaces qui simulant deos et animas defunctorum demones autem ipsi simulant
sed plane sunt et quod ei videtur herbis et lapidibus et animantibus et sonis
certis quibusdam ac vocibus et figuracionibus atque figmentis quibusdam et
observatis in celi conversione motibus syderum fabricari in terra ab hominibus
potestates ydoneas variis effectibus exequendis Totum hoc ad eosdem ipsos
demones pertinet ludificatores animarum sibi met subditarum et voluntaria
sibi ludibria de hominum erroribus exhibentes Aut ergo venera dubitans
et inquirens ista porphirius ea tamen commemorat quibus convincantur et redar
guantur nec ad eas potestates que nobis ad beatam vitam capescendam
faveant sed ad deceptores demones pertinere monstrentur Aut ut me
liora de philosopho suspicemur eo modo voluit hominem egypcium talibus erroribus
deditum et aliqua magna se scire opinantem non superbia quasi auctoritate doctoris
offendere nec aperte adversantis altercacione turbare sed quasi querentis et
discere cupientis humilitate ad ea cogitanda convertere et quam sint con

De fallacijs malignorum spirituum qualiter homines deludunt de porphyrio de falsis diis

Cur animantibus

comminans

De ceremone sacrilegorum perito ysyde osiride et ammiracione porphirij quod homines diis minantur et de moni figmentis

non ut ait ipse

gu[illegible]antur

temporum nuncianda vel esse devitanda monstrare. Denique ipse ad epistole finem petit se ab
eo doceri que sit ad beatitudinem via ex egypcia sapiencia.
Ceterum illos quibus conversacio cum diis ad hoc esset ut ob in-
veniendum fugitivum vel predium comparandum quod propter nupcias
vel mercaturam vel quid huiusmodi mentem divinam inquietarent
frustra videri dicit coluisse sapienciam. Illa eciam ipsa numi-
na cum quibus conversarentur et si de ceteris rebus vera predice-
rent tamen quia de beatitudine nichil cautum nec satis ydonee
monerent nec deos illos nec benignos demones sed aut illum qui dicitur
fallacem aut humanum omne commentum. Verum quia tanta et talia geruntur hiis ar-
tibus ut universum modum humane facultatis excedant quid restat nisi ut ea
que mirifice tamquam divinitus predici vel fieri videntur nec tamen ad unius dei cultum
referuntur cui simpliciter inherere fatentibus quoque platonicis et per
multa testantibus solum beatificum bonum est, malignorum demonum ludibria et se-
ductoria impedimenta que vera pietate cavenda sunt prudenter intelligantur.

De miraculis que per ministerium angelorum deus verus operatur. XII.

Porro autem quecumque miracula sive per angelos sive quocumque
modo ita divinitus fiunt ut dei unius in quo solo beata vita est
cultum religionemque commendent et ea vere ab eis vel per eos qui nos secundum
veritatem pietatemque diligunt fieri ipso deo in illis operante credendum est. Ne-
que enim audiendi sunt qui deum invisibilem visibilia mi-
racula operari negant cum ipse eciam secundum ipsos fecerit mun-
dum quem certe visibilem negare non possunt. Quidquid igitur
mirabile fit in hoc mundo profecto minus est quam totus hic mundus
id est celum et terram et omnia que in eis sunt que certe deus fecit.
Sicut autem ipse qui fecit ita modus quo fecit occul-
tus est et incomprehensibilis homini. Quamvis itaque mira-
cula visibilium naturarum videndi assiduitate viluerint tamen
cum ea sapienter intuemur inusitatissimis rarissimisque maiora sunt. Nam
et omni miraculo quod fit per hominem maius miraculum est homo. Quapropter deus qui
fecit visibilia celum et terram non dedignatur facere visibilia miracula in
celo vel terra quibus ad se invisibilem colendum excitat animam adhuc visibilibus
deditam. Ubi vero et quando faciat incommutabile consilium penes ipsum
est in cuius disposicione iam tempora facta sunt quecumque futura sunt. Nam temporalia
movens temporaliter non movetur nec aliter novit facienda quam facta nec aliter
invocantes exaudit quam invocaturos videt. Nam et cum exaudiunt angeli
eius ipse in eis exaudit tamquam in vero nec manufacto templo suo sicut
in hominibus sanctis suis eiusque temporaliter fiunt iussa eterna eius lege conspecta.

De invisibili deo qui se visibilem plerumque prestitit non secundum quod est sed secundum quod poterant ferre cernentes. XIII.

Nec movere debet quod cum sit invi-
sibilis sepe visibiliter patri-
bus apparuisse memoratur. Sicut enim sonus quo au-
ditur sententia in silencio intelligencie constituta non est hoc quod ipsa ita et species
qua visus est deus in natura invisibili constitutus non erat quod ipse. Verumtamen
ipse in eadem specie corporali videbatur sicut illa sententia ipsa in
sono vocis auditur nec illi ignorabant invisibilem
deum in specie corporali quod ipse non erat se videre. Nam et loque-
batur cum loquente moyses et ei tamen dicebat: Si inveni
graciam ante te ostende michi temetipsum scienter ut vide-
am te. Cum igitur oporteret dei legem in edictis angelorum
terribiliter dari non uni homini paucisve sapientibus sed universe
genti et populo ingenti coram eodem populo magna facta sunt in
monte ubi lex per unum dabatur conspiciente multitudine
metuenda ac tremenda que fiebant. Non enim populus israel moysi credidit quem-
admodum suo ligurgo lacedemonii quod a iove seu appolline leges quas
condidit accepisset. Cum enim lex dabatur populo qua coli unus iubetur deus

De epistola quam porphirius scripsit antistite egypcio per dicta de demonum figmentis falsis numinibus

De dei veri miraculis et hominem qui maius miraculum et quod deus movet temporalia non movetur nec aliter novit facienda quam facta

in cōspectu ipius p̄p̄lus quātū sufficere diuina prudencia iudicabat in-
rabilibus eorum signis et motibus apparebat ad eandem legem dandam creatori
seruire iexatinaz De vno deo colendo nō solū propter eterna sed propter temporalia

Sicut autem beneficia qua uniuersa in ipius prouidencie potestate
bona vnius ita humanum genus qd ad dei po cōsistunt xvij
pulum ptinet recta erudicio per quosdam arti- culos temporum tamquam etatum proficit accessibus Ut a temporalibus ad eterna capienda a visibilibus ad inuisibilia surgeretur ita sane ut et illo tempore quo visibilia promittebantur diuinitus premia vnus tamen colendus con mendaretur deus Ne mens humana vel pro ipsis terrenis vite transitorie beneficiis cuiquam nisi vero anime creatori ac domino subderetur Omnia quippe que prestare hominibus vel angeli vel homines possunt in vnius esse omnipotentis potestate quisquis diffitetur insanit. De prouidencia certe plotinus platonicus disputat eamque a summo deo cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulcritudo usque ad hec terrena et yma pertingere flosculorum atque foliorum pulcritudine comprobat, que omnia quasi abiecta et velocissime pereuncia decentissimos formarum numeros habere non posse confirmat nisi inde formentur ubi forma intelligibilis et incommutabilis simul habens omnia perseuerat. Hoc dominus ihesus ibi ostendit ubi ait Considerate lilia agri non laborant neque nent. Dico autem vobis quia nec salomon in tota gloria sua sic amictus est sicut vnum ex hiis. Quod si fenum agri qd hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic vestit quanto magis vos modice fidei. Optime igitur anima humana adhuc terrenis desideriis infirma ea ipsa que temporaliter exoptat bona infima atque terrena vite huic transitorie necessaria et pre illius vite sempiterne beneficiis cōtempnanda, non tamen nisi ab vno deo expectare cōsuescit Ut ab illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat ad quem contemptu eorum et ab eis perueniat accessione

Quam enim deus appinquat patribus. et moysi in monte cōspiciente turba et metuente et cum hebrei tamen non sic lacedemonii ligurgo quam a ioue seu appolline leges accepisse se dixit quarum credidit credebant.

De ministerio

Sic itaque diuine prouidencie placuit ordinare temporum cursum ut quemadmodum dixi et in actibus apostolorum legitur lex in edictis angelorum decerneretur de vnius veri dei cultu in quibus et persona ipius dei non quidem per suam substanciam que semper corruptibilibus oculis inuisibilis permanet sed certis indiciis per subiectam creatori creaturam visibiliter appareret et sillabatim per transitoriarum temporum morulas humane lingue vocibus loqueretur qui in sua natura non corporaliter sed spiritualiter non sensibiliter sed intelligibiliter non temporaliter sed ut ita dicam eternaliter nec incipit loqui nec desinit quod aput illum sincerius audiunt non corporis aure sed mentis ministri eius et nuncii qui eius veritate incommutabili perfruuntur inmortaliter beati

sanctorum angelorum quibus prouidenciae dei seruiunt. xv.

Et qd faciendum modis ineffabilibus audiunt et usque in ista visibilia ac sensibilia perducendum incunctanter atque indifficulter efficiunt Nec hec autem lex distribucione temporum data est que prius haberet ut dixi promissa terrena quibus tamen significarentur eterna que visibilibus sacramentis celebrarent multi intelligerent pauci. Unius tamen dei cultus apertissima illic et vocum et rerum omnium cōtestacione precipitur Non vnius de turba sed eius qui fecit celum et terram et omnem animam et omnem spiritum qui non est qd ipse. Ille enim fecit hec facta sunt atque ut sint et bene sint habent eius indigent a quo facta sunt

An de promerenda beata vita hiis angelis sit credendum qui se coli exigunt honore diuino an vero illis qui non se sed vni deo sancta precipiunt religione famulari. xvj.

Quibus igitur angelis de beata et sempiterna vita credendum esse censemus utrum eis qui se religionis ritibus coli volunt sibi sacra et sacrificia flagitantes a mortalibus exhiberi an eis qui omnem cultum vni deo creatori omnium deberi dicunt et quem reddendum vera pietate precipiunt Cuius et ipsi contemplacione beati sunt et nos futuros esse

ꝓmittūt Illa namqꝫ visio dei tante pulcͨtudīs visio ē et tanto amoē
dignissima ut sine hac quibuslibet alijs bonis ꝑditū atꝫ h[abu]ndantē
nō dubitet plotinꝰ infelicissimū dicē Cū ergo ad hūc vnū quidā
angli qdā vō ad seipos latria colendos signis mirabilibꝰ excitet
et īnt h ita ut illi cołi istos ꝓhibeat Isti aūt illū ꝓ
hibē nō audeant qbus poci⁹ sit credendū r[espon]deant
platonici r[espon]deant qcūqꝫ plonici ph[ilosoph]i r[espon]deant the
urgi vł poci⁹ ꝑ urgi Hoc em̄ sūt ille omēs artes
vocabulo digniores postremo r[espon]deant hoīes si ul
lus natē sue sensus ꝙ rōnales creati sūt ex aliqua
vivit pte vivunt in eis. r[espon]deant inquā eis ne sacrificandū
sit dijs vł angelis qui sibi sacrificari iubent. An illi
vni cui iubent hij qui sibi et istis ꝓhibent Si nc
isti nec illi ulla miracula facerent ꝯꝫ tm̄ p[re]ciperent alij quidē ut sibi
sacrificaretur Alij vō ut id vetarent sꝫ vni tm̄ iuberet deo satis
debet pietas ipā discerne quid horꝫ de fastu superbie quid de vā re
ligione descenderet. plus et dicā si tm̄ hij mirabilibꝰ fuis h[um]anas
aīas ꝑmoverent qui sacrificia sibi expetūt Illi aūt qui hoc ꝓhibent
et vni tm̄ deo sacrificari iubent nequaqꝫ ista visibilia miracula face
dignarentur ꝑfecto nō sensu corpis sꝫ rōe mētis ꝑponenda eet eorꝫ
auctas Cū vō deus id egerit ad commendādā elo
quia veritatis sue ut ꝑ istos i mortales nūcios
nō sui fastū sꝫ maiestatē illius ꝑdicātes facet
maiora certiora clariora miracla ne infirmis pijs
illi qui sacrificia sibi expetūt falsam religionem
facilius ꝑsuaderent eo ꝙ sensibꝰ eorꝫ quedā stupē
da monstraret quē tandē ita desipē libeat ut nō
vā eligat q sectetur ubi et ampliora i venit que
miretur Illa quippe miracula deorꝫ gentiliū q cōme
intervallis dat hystoria. nō ea dico q intervallis temporꝫ occultis
ipius mūdi causis veruntamē sub diuina ꝑvidencia
cōstitutis et ordinatis mōstruosa cōtingūt quales
i usitati sūt partus aīaliū et celo terraqꝫ rerꝫ insolita facies sive
tm̄ terrens sive et nocens que ꝓcurari atqꝫ mitigari demonijs ri
tibꝰ fallacissimā eorꝫ astucia ꝓhibentur. Sꝫ ea dico q vi aut ptate
eorꝫ fieri satis evidenter appet ut ē ꝙ effigies [simulacra] deorꝫ penaciū quos de
troia eneas fugiens advexit de loco i locū migrasse referūtur
ꝙ cotem tarquinꝰ novacula secuit ꝙ epydaurius sꝑpens escola
pio naviganti romā comes adhesit ꝙ navim qua simulachrū
matris frigie vehebat tantis hoīm boum[que] conatibꝰ i mobilem
redditā vna muliercula zona alligatā ad sue pu
dicicie testimoniū movit et traxit/ qd virgo vestalis de
cuiꝰ corrupcōe qō vertebatur aqua impleto cribro
de tyberi neqꝫ ꝑfluente abstulit cōtrouersiam. Hec
ergo atqꝫ hmōi nequaqꝫ illis q in ppło dei facta legimꝰ v[ir]
tute ac magnitudine conferenda sunt. Quāto minꝰ ea
q illorꝫ quoqꝫ ppłorꝫ tales deos coluerunt legibꝰ iudi
cata sūt ꝓhibenda atqꝫ plectanda magica sꝫ et the
urgica/ quorꝫ pleraqꝫ specietenꝰ mortaliū sensus
ymaginaria et ludificacōe decipiunt. Quale ē lunā
deponē donec suppositas ut ait Lucanꝰ ꝑprior despu
met i herbas. Quedā vō et si nō nullis piorꝫ factis
videantur ope coequari finis ipē quo discernitur incōpabili h[ec] nr̄a
ondit excellē Illis em̄ multi tātominꝰ sacrificijs colendi quāto ma
gis h expetūt Hijs vō vnꝰ cōmēdat deus qui se i illis talibꝰ nullis

plotinꝰ dicit ꝙ q caret visione dei et amoē ꝑ illei felicissimꝰ ē nec curandū ē quid dicat ph[ilosoph]i platonici vel theurgi poci⁹ purgi

Qꝫ auctas illorꝫ ꝑferenda ē alijs q ex rōne mētis di cit vō deo soli sacrificiū fieri debere de mōstruosis ptubus aīaliū effigie deorꝫ penatiū quos de troia eneas fugiens advexit

Qꝫ tarquinꝰ cotē novacula secuit ꝙ escolapio epy daurio serpens adhesit ꝙ mulier cula insignissima pudicicie simulachrū matris frigie subtraxit et de virgine dee vestalis

x

dige et scriptuaz sinaz testificacoe et eorunde postea sacrificior remocoe demonstrat · Qui g° angeli sibi expetunt sacrificium pponendi sunt eis qui no sibi sed deo creatori omnium cui seruiunt · Hinc enim ondunt q sincero amore diligant nos · Qui psacrificium no sibi sed ei nos subde volunt cui9 et ipi conte placoe beati sunt et adeum nos pueniē a quo ipi non recesserunt · Qui aut angeli qui no vni sed plurimis sacrificia fieri volunt no sibi sed eis dijs volunt quorum deorum angeli sunt · Etiam sic eis pponendi sunt illi qui vni9 dei deorum angeli sunt cui cui sacrificiu sic iubent ut alicui alteri vetent cum eorum nullus huic vetet cui vni isti sacrificari iubent · Porro si quod magis indicat eorum supba fallacia nec boni nec bonorum deorum angeli sunt · Sz demones mali qui no vnum solum ac summum deum sed seipsos sacrificijs coli volunt · quid maius qua vni9 dei contra eos eligendum e psidium cui seruiunt angeli boni qui no sibi · sz illi iubent ut sacrificio seruiamus cuius nos ipi sacrificium ee debemus · De archa testamenti miraculisqz signorum q ad commendanda legis ac pmissionis auctez diuinitus facta sunt · xvij ·

Q angeli boni no sibi sz deo soli sacrificium offerri volunt et boies boni et demonibus seu angelis mal

PROINDE lex dei que in edictis angelorum data in qua vni9 deus deorum religione sacrorum iussus e coli · alij vero quilibet phibiti · in archa erat posita que archa testimonij nuncupata e · quo noie satis significatur non deum qui p illa oia colebatur concludi sole uel contineri loco · cum responsa eius et quedam humanis sensibus darentur signa ex illius arche loco sed voluntatis eius hinc testimonia phiberi q et ipa lex erat in tabulis conscripta lapideis et in archa ut dixi posita quam tpe peregrinacoīs in heremo cum tabernaculo qd similiter appellatum est tabernaculum testimonij cum debita sacerdotes veneracione portabant signumqz erat q p diē nubes apparebat que sicut ignis nocte fulgebat · Que nubes cum moueretur castra mouebantur · et ubi staret castra ponebantur · Reddita sunt illi legi magna miraculi testimonia pter ista q dixi · et pt voces q ex illius arche loco edebantur · Nam cum terram pmissionis intrantibus eadem archa transiret Jordanem/flumius ex parte superiore subsistens ex inferiore decurrens et ipi et pplo siccum pbuit locum transeundi · Deinde ciuitatis q p⁹ma hostilis occurrit more gentium deos plurimos colentis septies eadem archa circumacta muri repente ceciderunt nulla manu oppugnati nullo ariete pcussi · Post hec etiam cum iam in terra pmissionis eent et eadē archa ppter eorum peccata fuisset ab hostibus capta · hij qui ceperant in templo eam dei sui quē p ceteris colebat honorifice collocarunt · abeuntesqz clauserunt aptoqz postea die simulachrum cui supplicabant inuenerunt collapsum deformiterqz confractum · Deinde ipi prodigijs acti deformius puniti archam diuini testimonij pplo vnde ceperant reddiderunt · Ipa aut reddicio qualis fuit · Imposuerunt eam plaustro eiqz iuuencas a quibus vitulos sugentes traxerant subiunxerunt et eas quo vellent ire sinerunt · Etiam hinc uim diuinā explorare cupientes · At ille sine duce hoīe atqz rectore ad hebreos viam ptinaciter gradientes · nec reuocate mugitibus esurientium filiorum · Magnum sacramentum suis cultoribus reportarunt · Hec atqz huiusmoi deo parua sunt · sz magna terrendis salubriter erudiendisqz mortalibus · Si enim phi precipueqz platonici rectius ceteris sapuisse laudantur · sicut paulo ante commemoraui q diuinam pnidencia · hec quoqz rerum infima atqz terrena administrare docuerunt · innumerabilium testio pulchritudinum q

De archa testimonij de lege in tabulis lapideis conscripta tabernaculo columpna ignis in nocte et de nube in die

Q hebrei transierunt cum archa p iordanē et septies circueundo iericho muri corruerunt de archa capta ppter peccatum coram qua dagon cecidit q̄ remiserunt in nouo plaustro

no solu in corpibus aialiu verum in herbis etiam et feno gignunt. Quanto
evidencius hec attestantur divinitati que ad hora pdicacoe eius fuit
ut ea religio comendatur cum omnibus celestibus terrestribus infernis sa
crificari vetat nisi uni deo tantum iubens qui solus diligens
et dilectus beatos facit eorumque sacrificiorum tempora imperata
pfiniens eaque per meliore sacerdotem in melius mutanda
pdicens non ista se appetere sed per hec alia pociora sig
nificare testatur non ut ipse hiis honoribus sublimetur
sed ut nos ad eum colendum eique adherendum igne amo
ris eius accensi quod nobis non illi bonum est excitemur

Contra philosophos platonicos qui divinam providenciam potentes intellexerunt de miraculis dei et demonibus et de hystoris gencium

Contra eos qui de miraculis quibus dei populus eruditus est
negant ecclesiasticis libris esse credendum. xviii

Audiet aliquis ista falsa esse miracula nec fuisse facta sed men
dacit scripta quisquis hoc dicit si de hiis rebus negat omnino ullis litteris
esse credendum, potest etiam dicere nec deos ullos curare mortalia. Non enim
aliter se colendos esse psuaserunt nisi mirabilium operum effectibus quorum et
hystoria gencium testis est. quarum dii se qui eos temptarunt mirabiles po
cius quam utiles ostendere potuerunt. Unde hoc opere nostro cuius hunc iam
decimum librum habemus in manibus non eos suscepimus refellendos qui
vel ullam esse vim divinam negant vel humana non curare contendunt
sed eos qui nostro deo conditori sancte et gloriosissime civitatis deos suos
pferunt nescientes eum ipsum esse mundi huius visibilis et mutabilis in
visibilem et incommutabilem conditorem et vite beate non

De gloriosa civitate dei et quod propheta dixit Michi autem adherere deo bonum est cui soli sacrificandum est

de hiis que condidit sed de se ipso verissimum largitorem. Eius
enim propheta veracissimus ait Michi autem adherere deo bonum
est. Definem namque boni inter philosophos queritur ad quod adipiscendum
officia omnia referenda sunt. Nec dixit iste Michi autem
divicijs habundare bonum est aut insigniri purpura et sc
eptro vel dyademate excellere aut quod non nulli etiam philosophorum dicere
non erubuerunt Michi voluptas corporis bonum est aut quod tamquam
melius velut meliores dicere visi sunt Michi virtus animi mei bonum
est sed michi inquit adherere deo bonum est. Hoc eum docuerat cui uni tantummodo
sacrificandum sancti quoque angeli eius miraculorum etiam contestacione monuerunt.
Unde et ipsum sacrificium eius factus fuerat cuius igni intelligibili corre
ptus ardebat et in eius ineffabilem incorporeumque complexum sancto de
siderio ferebatur. Porro autem si multorum deorum cultores qualescumque deos
suos esse arbitrentur eaque ab eis facta esse miracula vel civilium rerum hystorie
vel libris magicis sive quod honestius putant theurgicis credunt Quid
cause est cur illis litteris nolint credere ista facta esse quibus tanto maior
debetur fides quanto super omnes est magnus cui uni soli sacrificandum esse precipiunt

Que ratio sit visibilis sacrificij quod uni vero invisibili deo offerri docet vera religio. xix.

Qui autem putant hec visibilia sacrificia diis alijs con
grue illi vero tamquam invisibili invisibilia et maiora maio
ri melioribusque meliora qualia sunt pure mentis et bone volunta
tis officia. profecto nesciunt hec ista signa esse illorum sicut verba sonancia
signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus
significantes voces cui res ipsas in corde quas significamus
offerimus Ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse nove
rimus quam illi cuius in cordibus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus
Tunc nobis favent nobiscumque congaudent atque ad hoc ipsum nos pro suis
viribus adiuvant angeli quique virtutes superiores et ipsa bonitate ac pi
etate potenciores. Si autem illis hec adhibere voluerimus non libenter acci
piunt et cum ad homines ita mittuntur ut eorum presencia senciatur apertissime
vetant. Sunt exempla in litteris sacris. Putaverunt quidam deferendum an
gelis honorem vel adorando vel sacrificando qui debetur deo et eorum sunt

a monicione prohibiti iussique hoc ei deferre cui uni faciendum esse noverunt. Imitati sunt angelos sanctos et sancti homines dei. Nam paulus et barnabas in lycaonia facto quodam miraculo sanitatis putati sunt dii eisque lycaonii victimas immolare voluerunt quos a se humili pietate removentes eis in quem crederent annunciaverunt deum. Nec ob aliud fallaces illi superbe sibi hoc exigunt nisi quia vero deo deberi sciunt. Non enim revera ut ait porphirius et nonnulli putant cadaverinis nidoribus sed divinis honoribus gaudent. Copia vero nidorum magna habent undique et si amplius vellent ipsi sibi poterant exhibere. Qui igitur divinitatem sibi arrogant spiritus non cuiuslibet corporis fumo sed supplicantis animo delectantur cuius decepto subiectoque dominentur intercludentes iter ad deum verum ne sit homo illius sacrificium dum sacrificatur cuiquam preter illum.

[nidor i. odor assatorum] [i. odoribus]

Quod paulus et barnabas in lycaonia dii esse putabantur quod ipsi negabant. De porphirio. Et quod ihesus christus in forma servi voluit esse sacrificium patris.

De summo veroque sacrificio quod ipse dei et hominum mediator effectus est. xx.

Unde verus ille mediator in quantum formam servi accipiens mediator effectus est dei et hominum homo christus ihesus cum in forma dei sacrificium cum patre sumat cum quo et unus deus est tamen in forma servi sacrificium maluit esse quam sumere ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creature. Per hoc et sacerdos est ipse offerens et oblacio. Cuius rei sacramentum cottidianum esse voluit ecclesie sacrificium que cum ipsius capitis sit corpus seipsam per ipsum discit offerre. Huius veri sacrificii multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum cum hoc unum per multa figuraretur tamquam verbis multis res una diceretur ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veroque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt.

De modo potestatis demonibus date ad glorificandos sanctos qui perpetulerant passionem qui aereos spiritus non placando ipsos sed in deo permanendo vicerunt. xxi.

Moderatis autem prefinitisque temporibus etiam potestas permissa demonibus ut hominibus quos possident excitatis inimicicias adversus dei civitatem tyrannice exerceant sibique sacrificia non solum ab offerentibus sumant et a volentibus expetant verum etiam ab invitis persequendo violenter extorqueant non solum perniciosa non est sed etiam utilis invenitur ecclesie ut martirum numerus impleatur quos civitas dei tanto clariores et honoratiores cives habet quanto fortius adversus impietatis peccatum et usque ad sanguinem certant. Hos multo elegancius si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur nostros heroas vocaremus. Hoc enim nomen a iunone dicitur tractum quod grece iuno hera appellatur et ideo nescio quis filius eius secundum grecorum fabulas heros fuit nuncupatus. Hoc videlicet veluti misticum significante fabula quod aer iunoni deputetur ubi volunt cum demonibus heroas habitare quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Sed e contrario martires nostri heroes nuncuparentur si ut dixi usus ecclesiastici sermonis admitteret non quod eis esset cum demonibus in aere societas sed quod eosdem demones id est aereas vincerent potestates et in eis ipsam quidquid putatur significare iunonem que non usquequaque inconvenienter a poetis inducitur inimica virtutibus et celum petentibus viris fortibus invida. Sed rursus ei succumbit infeliciter ceditque virgilius ut cum apud eum illa dicat vincor ab enea ipsum eneam admoneat elenus quasi consilio religioso et dicat Iunoni cane vota libens dominamque potentem supplicibus supera donis. Ex qua opinione porphirius quamvis non ex sua sententia sed ex aliorum dicit bonum deum vel genium non venire in hominem nisi malus

Quod ihesus christus est sacerdos offerens oblacio sacrificium cottidianum et cessent omnia alia sacrificia.

Quod martires nostri heroes dici possent non immo heroas si usus ecclesiasticorum sermonis admitteret qui vincunt aereas potestates.

Quod dicat virgilius de enea.

sint ante placatus, tamen quod fortiora sint aput eos numina mala quam bona, quandoquidem mala impediunt adiutoria bonorum, nisi eis placata dent locum, malisque nolentibus bona prodesse non possunt; nocere autem mala possunt non sibi valentibus resistere bonis: non est ista vere vera atque sancte religionis via. Non sic Iunonem, hoc est aerias potestates piorum virtutibus invidentes, nostri martires vincunt. Non omnino, si dici usitate posset, heroes nostri supplicationibus, sed virtutibus divinis Heram superant. Commodius quippe Scipio Africanus est cognominatus, quod virtute Africam vicerit, quam si hostes donis placasset ut parcerent.

Unde sit sanctis adversus demones potestas et unde cordis vera purgacio. xxii.

Vera pietate homines dei aeriam potestatem inimicam tamen contrariamque pietati exorcizando eiciunt, non placando, omnesque temptaciones adversitatis eius vincunt orando non ipsam sed deum suum adversus ipsam. Non enim aliquem vincit aut subiugat nisi societate peccati. In eius autem nomine vincitur qui hominem assumpsit egitque sine peccato, ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum, id est per mediatorem dei et hominum hominem Christum Ihesum, per quem facta purgacione peccatorum reconciliamur deo. Non enim nisi peccatis homines separantur a deo, quorum in hac vita non fit nostra virtute sed divina miseracione purgacio, per indulgenciam illius, non per nostram potenciam. Quia et ipsa quantulacumque virtus que dicitur nostra illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi usque ad eius deposicionem sub venia viveremus. Propterea ergo nobis per mediatorem prestita est gracia, ut polluti carne peccati carnis peccati similitudine mundaremur. Hec dei gracia, qua in nos ostendit misericordiam suam, et in hac vita per fidem regimur, et post hanc vitam per ipsam speciem incommutabilis veritatis ad perfectionem perducemur.

De principiis in quibus platonici purgacionem anime esse profitentur. xxiii.

Dicit eciam Porphirius divinis oraculis fuisse responsum nos non purgari lune teletis atque solis, ut hinc ostenderetur nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Cuius enim telete purgant, quos inter celestes deos precipuos habent? Denique eo dicit oracula expressisse principia posse purgare, ne forte cum dictum esset non purgare teletas solis et lune, alicuius alterius dei de turba valere ad purgandum telete crederentur. Que autem dicat esse principia tamquam platonicus novimus. Dicit enim deum patrem et deum filium, quem grece appellat paternum intellectum vel paternam mentem; de spiritu autem sancto aut nichil aut non aperte aliquid dicit, quamvis quem alium dicat horum medium non intelligo. Si enim tertiam sicut Plotinus, ubi de tribus principalibus substanciis disputat, anime naturam eciam iste vellet intelligi, non utique diceret horum medium, id est patris et filii medium. Postponit quippe Plotinus anime naturam paterno intellectui; iste autem cum dicit medium non postponit sed interponit. Et nimirum hoc dixit ut potuit sive ut voluit, quod nos sanctum spiritum nec patris tantum nec filii tantum sed utriusque spiritum dicimus. Liberis enim verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licencia eciam de rebus que his significantur impiam gignat opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo vel tria principia, cum de deo loquimur, sicut nec duos deos vel tres nobis licitum est dicere, quamvis de unoquoque loquentes vel de patre vel de filio vel de spiritu sancto esse singulum quemque deum

helena in Iunone et quod Porphirius dicat mala numina forciora esse quam bona et quo Scipio Africa vicat

Quod homines fideles sua pietate vincunt aeream potestatem et quod nisi per peccata homines separantur a deo, qui per eius misericordiam reconciliantur

Quod Porphirius dicit divinitus esse responsum non purgari lune theletis atque solis, qui patrem esse et deum filium, de spiritu sancto nichil dicat etiam

si lune solis quod purgant

Quid dicat Plotinus de tribus substanciis et quod aliud loquuntur philosophi et quid catholici loquantur de trinitate et de Sabellio

esse fateamur. Nec dicimus tamen quod heretici sabelliani dicunt eundem esse patrem qui est et filius et eundem spiritum sanctum qui est et pater et filius, sed patrem esse filii patrem et filium patris filium et patris et filii spiritum sanctum nec patrem esse nec filium. Verum itaque dictum est non purgari hominem nisi principio quamvis pluraliter apud eos sint dicta principia.

De uno veroque principio quod solum naturam humanam purgat et renovat. xxiiii.

Sed subditus porphyrius invidis potestatibus de quibus erubescebat et eas libere redarguere formidabat, noluit intelligere dominum christum esse principium cuius incarnatione purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempsit quam pro sacrificio nostre purgationis assumpsit. Magnum scilicet sacramentum ea superbia non intelligens quam sua illa humilitate deiecit verus benignusque mediator in ea se ostendens mortalitate mortalibus quam maligni et fallaces mediatores non habendo se superbius extulerunt miserisque hominibus adiutorium deceptorium velut immortales mortalibus promiserunt. Bonus itaque verusque mediator ostendit peccatum esse malum non carnis substantiam vel naturam quam cum anima hominis et suscipi sine peccato potuit et haberi et morte deponi et in melius resurrectione mutari. Nec ipsam mortem quamvis esset pena peccati quam tamen pro nobis sine peccato ipse persolvit peccando esse vitandam sed potius si facultas datur pro iusticia perferendam. Ideo enim solvere potuit moriendo peccata quia et mortuus est et non pro peccato. Hunc ille platonicus non cognovit esse principium; nam cognosceret purgatorium. Neque enim caro principium est aut anima humana sed verbum per quod facta sunt omnia. Non ergo caro per se ipsam mundat sed per verbum a quo suscepta est, cum verbum caro factum est et habitavit in nobis. Nam de carne sua manducanda mistice loquens cum hii qui non intellexerunt offensi recederent dicentes: Durus est hic sermo quis eum potest audire, respondit manentibus ceteris: Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam. Principium ergo suscepta anima et carne et animam credentium mundat et carnem. Ideo querentibus iudeis quis esset respondit se esse principium. Quod utique carnales infirmi peccatis obnoxii et ignorantie tenebris obvoluti nequaquam percipere possemus nisi ab eo mundaremur atque sanaremur per hoc quod eramus et non eramus. Eramus enim homines sed iusti non eramus; in illius autem incarnatione natura humana erat sed iusta non peccatrix erat. Hec est mediatio qua manus lapsis iacentibus porrecta est. Hoc est semen dispositum per angelos in quorum edictis et lex dabatur qua et unus deus coli iubebatur et hic mediator venturus promittebatur.

Omnes sanctos et sub legis tempore et sub prioribus seculis in sacramento et fide christi iustificatos fuisse. xxv.

Huius sacramenti fide etiam iusti antiqui mundari pie vivendo potuerunt. Non solum antequam lex populo hebreo daretur neque enim eis predicator deus vel angeli defuerunt, sed ipsis quoque legis temporibus quamvis in figuris rerum spiritualium habere viderentur promissa carnalia propter quod vetus dicitur testamentum. Nam et prophete tunc erant per quos sicut per angelos eadem promissio predicata est. Et ex illorum numero erat cuius tam magnam divinamque sententiam de bono hominis fine paulo ante commemoravi: Michi autem adherere deo bonum est. In quo psalmo duorum testamentorum quod dicitur vetus et novum satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasque promissiones cum eas abundare perspiceret impiis dicit pedes suos pene fuisse commotos et effusos in lapsum gressus suos tamquam frustra deo ipse servisset, cum ea felicitate quam de illo expectabat contemptores eius florere perspiceret, seque in rei huius inquisitione laborasse, volente

De porphyrio qui ex superbia noluit intelligere dominum nostrum ihesum christum esse principium cuius incarnatione purgemur qui solvere potuit moriendo peccata

Quod verbum caro factum est per quod facta sunt omnia et quod est principium omnium et demanducatione eukaristie mundat

Quod solus deus et celi deus quamvis antequam lex daretur hebreis per angelos et per figuras innotuit venturam quam promisit

patris filius et patris

testatur

eius

Cur ita eet apphendere donec intraret in sanctuarium dei et intelligeret in no
uissima eorum qui felices videbantur errantibus. tunc ergo intellexit meo
quod extulerunt sicut dicit fuisse deiectos et defecisse ac periisse propter iniqui
tates suas. totumque illud culmen temporalis felicitatis ita eis factum tamquam
sompnum euigilantis. qui se repente inuenit suis quas sompniabat fallacibus
gaudiis destitutum. Et quoniam in hac terra uel ciuitate terrena magni sibi
videbantur. domine inquit in ciuitate tua ymaginem illorum ad nichilum
rediges. Quid huic tamen utile fuerit eciam ipsam terrenam
non nisi ab uno vero deo querere in cuius potestate sunt omnia
satis ostendit ubi ait Velut pecus factus sum apud te et
ego semper tecum velut pecus dixit utique non intelligens. ea
quippe a te desiderare debui que mihi cum impiis non possunt esse
communia. Quibus eos cum habundare cernerem putaui me
in cassum tibi seruisse quando et illi hec haberent que tibi seruire
noluissent. tamen ego semper tecum quia etiam in talium rerum desiderio deos alios
non quesiui ac per hoc sequitur Tenuisti manum dextere mee in voluntate
tua deduxisti me et cum gloria assumpsisti Tamquam ad sinistram cuncta illa
pertineant que habundare apud impios cum vidisset. pene collapsus est
Quid enim mihi est inquit in celo et a te quid volui super terram Reprehendit
seipsum iuste quia hec sibi displicuit. quia cum tam magnum haberet in
celo quod postea intellexit rem transitoriam fragilem et quodammodo luteam
felicitatem a suo deo quesiuit in terra. Defecit inquit cor meum et caro
mea. deus cordis mei Defectu utique bono ab inferioribus ad superna Vnde
in alio psalmo dicitur desiderat et deficit anima mea in atria domini Item in alio
defecit in salutare tuum anima mea. Tamen cum de utroque dixisset. id est de
corde et carne deficiente non subiecit deus cordis
et carnis mee. sed deus cordis mei. per cor quippe
caro mundatur Vnde dicit dominus. Mundate que intus sunt
et que foris sunt munda erunt. partem deinde suam dicit ipsum
deum non aliquid ab eo. sed ipsum. deus inquid cordis mei
et pars mea in secula Quia inter multa que ab hominibus eliguntur
ipse illi placuit eligendus. quia ecce inquit qui longe
se faciunt a te peribunt perdidisti omnem qui fornicatur
abs te. hoc est qui multorum vult esse deorum prostibulum Vnde sequitur illud propter
quod et cetera de eodem psalmo dicenda visa sunt; Michi autem adherere
deo bonum est non longe ire non per plurima fornicari Adherere autem deo
tunc perfectum erit cum totum quod liberandum est fuit liberatum Nunc vero fit il
lud quod sequitur ponere in deo spem meam Spes enim que videtur non est
spes quod enim videt quis quid sperat ait apostolus Si autem quod non videmus
speramus per pacientiam expectamus In hac autem spe nunc constituti aga
mus quod sequitur et simus nos quoque pro modulo nostro angeli dei. id est nuncii eius
annunciantes eius voluntatem et gloriam graciamque laudantes Vnde
cum dixisset ponere in deo spem meam Vt annunciem inquit omnes lau
des tuas in portis filie syon hec est gloriosissima ciuitas dei. hec vnum
deum nouit et colit. hanc angeli sancti annunciauerunt qui nos ad eius so
cietatem inuitauerunt ciuesque suos in illa esse voluerunt quibus non
placet ut eos colamus nostros tamquam deos sed cum eis et illorum et nostrum
deum nec eis sacrificemus sed cum ipsis sacrificium simus deo Nullo itaque
dubitante qui hec deposita maligna obstinacione considerat omnes
inmortales beati qui nobis non inuident neque enim si
inuiderent essent beati sed pocius nos diligunt ut et nos cum
ipsis beati simus plus nobis fauent plus adiuuant
quando unum deum cum illis colimus patrem et filium et spiritum sanctum
quam si eos ipsos per sacrificia coleremus De inconstancia por
phirii inter confessionem veri dei et cultum demonum fluctuantis

Quid dicat dauid in psalmo Quam bonus israel deus quia mali florent in hac vita

Quid dicat dauid in psalmo defecit in salutare et quod deo adherere bonum est de corde et defectu

Quid dicat de gloriosa ciuitate dei patris et filii et spiritus sancti quid angeli solum colentes deum annunciauerit. xxvi.

+

Nescio quo quantum michi videtur amicis suis theurgis erubescebat porphirius. nam ista ut cumque sapiebat contra multorum deorum cultum non de deo vero libere defendebat. et angelos quippe alios esse dicit qui deorsum descendentes hominibus theurgicis divina pronuncient. Alios autem qui in terris ea que patris sunt et altitudinem eius profunditatemque declarent. Numquid igitur hos angelos quorum ministerium est declarare voluntatem patris credendum est velle nos subdi nisi ei cuius nobis annunciant voluntatem. Unde optime amonet et ipse platonicus imitandos eos potius quam invocandos. Non utique debemus metuere ne immortales et beatos uni deo subditos non eis sacrificando offendamus. Quod enim non nisi uni vero deo deberi sciunt cui et ipsi adherendo beati sunt procul dubio neque per illam significantem figuram nec per ipsam rem que sacramentis significatur sibi exhiberi volunt. Demonum est hec arrogancia superborum atque miserorum a qua huic longe diversa est pietas subditorum deo. nec aliunde quam illi coherendo beatorum ad quod bonum percipiendum etiam nobis sinceram benignitatem oportet ut faveant neque sibi arrogent quo eis subiciamur sed eum annuncient sub quo eis in pace sociemur. Quid adhuc trepidas o philosophe quidem adversus potestates et veris virtutibus et veri dei muneribus invides habere liberam vocem. Iam distinxisti angelos qui patris annunciant voluntatem ab eis angelis qui ad theurgicos homines nescio qua deducti arte descendunt. Quid adhuc eos honoras ut dicas pronunciare divina que tandem divina pronunciant qui non voluntatem patris nunciant. Nempe illi sunt quos sacris precibus invidus alligavit ne prestarent anime purgacionem. Nec a bono ut dicis purgare cupienti ab illis vinculis absolvi et sue potestati reddi potuerunt. Adhuc dubitas hec maligna esse demonia vel te fingis fortasse nescire dum non vis theurgos offendere a quibus curiositate deceptus ista perniciosa et insana pro magno didicisti. Audes istam invidam non potenciam sed pestilenciam et non dicam dominam sed ancillam potius invidorum isto aere transcendo levare in celum et inter deos vestros et sydereos collocare vel ipsa quoque sydera hiis obprobriis infamare.

Quid dicat porphirius de theurgis et de divisione officiorum angelorum et de arrogancia demonum superborum

Increpacio beati augustini contra porphirium philosophum qui dicit angelos hominibus theurgicis nunciare divina demones deos esse et alios multos errores

De impietate porphirii que etiam apulei transcendit errorem. xxvii.

Quanto humanius et tollerabilius eo sectaneus tuus platonicus apuleius erravit qui tantummodo demones a luna et infra ordinatos agitari morbis passionum mentisque turbelis honorans quidem eos sed volens nolensque confessus est. Deos tamen celi superiores ad etherea spacia pertinentes sive visibiles quos conspicuos lucere cernebat solem et lunam et cetera ibidem lumina sive invisibiles quos putabat ab omni labe istarum perturbacionum quanta potuit disputacione secrevit. Tu autem hoc didicisti non a platone sed a chaldeis magistris ut in ethereas vel empyreas mundi sublimitates et firmamenta celestia extolleres vicia humana ut possent dii tui theurgis pronunciare divina quibus divinis te tamen per intellectualem vitam facis altiorem ut tibi videlicet tamquam philosopho theurgice artis purgaciones nequaquam necessarie videantur sed aliis eas tamen importes ut hanc velut mercedem reddas magistris tuis quod eos qui philosophari non possunt ad ista seducis que tibi tamquam superiorum capaci esse inutilia confiteris. ut videlicet quicumque a philosophie virtute remoti sunt que ardua nimis atque paucorum est te auctore theurgos homines a quibus non quidem in anima intellectuali verum in anima spirituali purgentur inquirant et quoniam istorum quos philosophari piget incomparabiliter maior est multitudo plures ad secretos et illicitos

Quod apuleius platonicus humanius erravit loquendo de demonibus quam porphirius qui non a platone sed a chaldeis hec et multas purgaciones superstitiosas didicit

ingenios tuos q ad scolas platonicas venire cogant. h enim tibi i mudis
simi demones deos etheos se ee fingentes quorum pdicator et angelus
factus es. pmiserunt q in aia spitali theurgica arte purgati ad patrem quide
no redeunt. sz sup aereas plagas int deos etheros hitabunt/ no audit ista
hominum multitudo pp quos a demonum dnatu libandos xpc aduenit In illo
enim habent misericordissimam purgacoz et mentis et spus et corporis sui
ppea quippe totum hoiem sine pcto ille suscepit ut totum
quo constat ho a pctorum peste sanaret quem tu quoque utinam
cognouisses eique te pocius quam uel tue virtuti que humana
fragilis et infirma e uel perniciosissime curiositati sanandum
tutius commisisses Non enim te decepisset quem nra vates et tu
ipse scribis oracla sanctum i mortalemque confessa sunt. De quo
poeta nobilissimus poetice quidem quia in alterius adumbra
ta psona veraciter tamen si ad ipsum referas dixit. Te duce si qua manent
sceleris vestigia nra Irrita/ppetua soluent formidine terras Ea quippe
dixit que ee multum pficientium in virtute iusticie possunt pp huius vite i fir
mitatem. et si non scelera scelerum tamen manere vestigia que non nisi ab illo
saluatore sanantur. de quo iste versus expressus e Nam utique non hoc a se
ipso dixisse virgilius in egloge ipsius quarto fine versu indicat ubi ait
Ultima cumei venit iam carminis etas Unde hec a cumea sibilla dicta ee
incunctanter apparet Theurgi vero illi uel pocius demones deorum spes
figurasque fingentes inquinant pocius quam purgant humanum spm falsi
tate fantasmatum et deceptoria vanarum ludificacione for
marum Quo enim purgent hoium spm qui inmundum
habent proprium Alioquin nullo carminibus inuidi hois liga
rentur ipsique inane beneficium quod prestaturi videbantur
aut metu prememerent aut simili inuidencia denegarent/ Suf
ficit quod purgacione theurgica neque intellectualem animam
hoc e mentem nostram dicis posse purgari. et ipsam spiritalem
i. nre aie ptem mente inferiorem quam tali arte purgari pos
se asseris in mortalem tamen eternamque non posse hac arte fieri con
fiteris/ xpc autem vitam pmittit eternam Unde ad eum mundus nobis quidem stoma
chantibus mirantibus tamen stupentibus que conuertit Quid prodest quod inficiari
negare non potuisti errare homines theurgica disciplina et quam plurimos
fallere per cecam insipientemque sentenciam atque ee certissimum errorem agendo et
supplicando ad principes angelosque p currere Et rursum quasi ne operam
perdidisse videaris ista discendo mittis homines ad theurgos ut per eos i
aia spitalis purgetur illorum qui non secundum intellectualem animam viuunt

Quibus persuasionibus porphirius obcecatus non potuit veram sapienciam que e xpc agnoscere. xviii.

Mittis ergo hoies in errorem certissimum neque
tamen malum tepudet cum virtutis et sapiencie te pfitearis
amatorem quam si vere ac fideliter amasses xpm
dei virtutem et dei sapienciam cognouisses nec ab eius sa
luberrima humilitate tumore inflatus vane sciencie re
siluisses. Confiteris tamen et spitalem animam sine theurgi
cis artibus. et sine theletis quibus frustra discendis
elaborasti posse continencie virtute purgari Aliquando eciam
dicis quod thelete post mortem eleuant animam ut nec iam
eidem ipsi quam spitalem vocas aliquid post huius
vite finem prodesse videatur. et tamen hec multis modis
et repetis ad nichil aliud quantum existimo nisi ut talium
quasi rerum quasi peritus appareas et placeas illicitarum arcium curiosis uel ad
eas facias ipse curiosos Sed bene quod metuendam dicis hanc artem uel
legum periculis uel ipsius actionis atque utinam hoc salte abste miseri au
diant. et inde ne illic absorbeantur abscedant aut eo penitus non

sceleris (margin)

Quod xpc aduenit qui corpus mentem et spm purgat de quo eciam loquitur virgilius in egloga ubi ultima cumei et cetera et ibi

Ad hoc augustinus contra disputacionem demonibus porphirius disputat et contra purgacionem theurgicam et alia et dicit quod xpc se querendus est

Item porphirius dicit spitalem animam sine theurgicis et sine theletis posse purgari sed per patrem non per filium i. patrem quod negat intellectum e xpm

x

accedant ignoranciam certe et propter eam multa vicia per nullas theletas purgari dicis sed per solum patricon noyn id est paternam mentem sive intellectum paterne conscium voluntatis. Hunc autem christum esse non credis contempnis enim eum propter corpus ex femina acceptum et propter crucis obprobrium excelsam videlicet sapienciam spretis atque abiectis infimis ydoneus de superioribus carpere. At ille implet quod prophete sancti de illo veraciter predixerunt. Perdam sapienciam sapientium et prudenciam prudentium reprobabo. Non enim suam in eis perdit et reprobat quam ipse donavit sed quam sibi arrogant qui non habent ipsius. Unde commemorato isto prophetico testimonio sequitur et dicit apostolus. Ubi sapiens ubi scriba ubi conquisitor huius seculi nonne stultam fecit deus sapienciam huius mundi. Nam quia in dei sapiencia non cognovit mundus per sapienciam deum placuit deo per stulticiam predicacionis salvos facere credentes. Quoniam quidem iudei signa petunt et greci sapienciam querunt. Nos autem inquit predicamus christum crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autem stulticiam ipsis vero vocatis iudeis et grecis christum dei virtutem et dei sapienciam. quoniam stultum dei sapiencius est hominibus. et infirmum dei forcius est hominibus. Hoc quasi stultum et infirmum tamquam sua virtute sapientes fortesque contempnunt. Sed hec est gracia que sanat infirmos non superbe iactantes falsam beatitudinem suam sed humiliter pocius veram miseriam confitentes.

Contra porphirium qui alios stultos philosophos spernit summam sapienciam x. de qua dicitur perdam sapienciam sapientium etc et apostolus ubi sapiens etc

De incarnacione domini nostri ihesu christi quam confiteri platonicorum erubescit impietas. xxix

Predicas patrem et eius filium quem vocas paternum intellectum seu mentem et horum medium quem putamus te dicere spiritum sanctum et more vestro appellas tres deos. Ubi etsi verbis indisciplinatis utimini videtis tamen qualitercumque et quasi per quedam tenuis ymaginacionis umbracula quo nitendum sit. Sed incarnacionem incommutabilis filii dei qua salvamur ut ad illa que credimus vel ex quantulacumque parte intelligimus venire possimus non vultis agnoscere. Itaque videtis utcumque et si de longinquo et si acie caliginante patriam in qua manendum est sed viam qua eundum est non tenetis. Confiteris tamen graciam quandoquidem ad deum per virtutem intelligencie pervenire paucis dicis esse concessum. Non enim dicis placuit vel pauci voluerunt sed cum dicis esse concessum procul dubio dei graciam non hominis sufficienciam confiteris. Uteris etiam hoc verbo apercius ubi platonis sentenciam sequens nec ipse dubitas in hac vita hominem nullo modo ad perfectionem sapiencie pervenire secundum intellectum tamen viventibus omne quod deest providencia dei et gracia post hanc vitam posse compleri. O si cognovisses dei graciam per ihesum christum dominum nostrum ipsamque eius incarnacionem qua hominis animam et corpus suscepit summum esse exemplum gracie videre potuisses. Sed quid faciam. Scio me frustra loqui mortuo sed quantum ad te attinet. Quantum autem ad eos qui te magnipendunt et te vel qualicumque sapiencie amore vel curiositate arcium quas non debuisti discere diligunt quos pocius in tua compellacione alloquor fortasse non frustra. Gracia dei non potuit gracius commendari quam ut ipse unicus dei filius in se incommutabiliter manens indueretur hominem et spem dilectionis sue daret hominibus homine medio quo ad illum ab hominibus veniretur qui tam longe erat inmortalis a mortalibus incommutabilis a commutabilibus iustus ab impiis beatus a miseris. Et quia naturaliter indidit nobis ut beati inmortalesque esse cupiamus manens beatus suscipiensque mortalem ut nobis tribueret quod amamus perpetiendo docuit contempnere quod timemus. Sed huic veritati ut possetis acquiescere humilitate opus erat que cervici vestre difficillime persuaderi potest. Quid enim

Contra porphirium sine vera cognicione appellat tres deos patrem et filium eius quem vocat paternum intellectum vel mentem et horum medium quem catholici putant eum dicere velle spiritum sanctum

qualitercumque

paucis

amore

Contra porphirium dicit hominem nullo modo in hac vita perfectionem sapiencie pervenire sed post hanc vitam dei gracia complere

enim incredibile dicitur presertim vobis qui talia sapitis quibus ad hoc creden-
dum vos ipsos admonere deberetis Quid enim quia nobis incredibile dicitur cum
dicitur deus assumpsisse humanam animam et corpus Vos certe tantum tribuitis
anime intellectuali que anima utique humana est ut eam consubstantialem patrie
illi menti quem dei filium confitemini fieri posse dicatis. Quid ergo incre-
dibile est si aliqua una intellectualis anima modo quodam ineffabili et sin-
gulari pro multorum salute suscepta est corpus anime vero coherere ut
homo totus et plenus sit natura nostra ipsa teste cognoscimus
quod nisi usitatissimum esset hoc profecto esset incredibilius
facilius quippe in fidem recipiendum est et si humanum
divino et si mutabile incommutabili tamen spiritum spiritui aut
ut verbis utar que in usu habetis incorporeum incorporeo quam
corpus incorporeo coherere. An forte vos offendit inu-
sitatus corporis partus ex virgine Neque hoc debet
offendere ymo potius ad pietatem suscipiendam debet adducere quod
mirabil mirabiliter natus est An vero quod ipsum corpus morte depositum
et in melius resurrectione mutatum iam incorruptibile neque

Augustinus convincit sequaces porphirii qui misterium incarnacionis et virginis partum propter superbiam nullo sentire voluerit

mortale in superna subvexerit hoc fortasse credere recusatis intuentes por-
phirium in his ipsis libris ex quibus multa posui quos de regressu anime scrip-
sit tam crebro precipere omne corpus esse fugiendum ut anima possit beata per-
manere cum deo Sed ipse potius ista corrigendus sentiens fuit preserti-
m cum de anima mundi huius visibilis et tam ingentis corporee molis cum illo
tam incredibilia sapiatis. platone quippe auctore animal esse mundum dicitis et
animal beatissimum quod vultis esse sempiternum Quomodo ergo nec umquam solvetur a cor-
pore nec umquam carebit beatitudine si ut beata sit anima corpus est omne fugi-
endum. Solem quoque istum et cetera sydera non solum in libris vestris corpora esse
fatemini quod vobiscum homines omnes et conspicere non cunctantur
et dicere Verum et altiore ut putatis peritia hec esse anima-
lia beatissima perhibetis et cum hiis corporibus sempiterna Quid
ergo est quod cum nobis fides christiana suadetur tunc obliviscimini
aut ignorare vos fingitis quod disputare aut docere soleatis
Quid cause est cur propter opiniones vestras quas vos ipsi op-
pugnatis christiani esse nolitis nisi quia christus humiliter venit et vos
superbi estis Qualia sanctorum corpora in resurrectione futura
sint potest aliquanto scrupulosius inter christianarum scripturarum

Quod dicit porphirius de regressu anime plato et quidam alii philosophi mundum dicunt esse animal et solem et lunam et alia sidera beatissima esse animalia spirna

doctissimos disputari futura tamen sempiterna minime dubitamus et talia
futura quale sua resurrectione christus demonstravit exemplum Sed qualiacumque
sint cum incorruptibilia prorsus et immortalia nichilque anime contempla-
cionem qua in deum figitur impedientia predicentur. Vosque etiam dicatis esse
in celestibus immortalia corpora immortaliter beatorum quid est quod ut beati simus
omne corpus fugiendum esse opinamini ut fidem christianam quasi
rationabiliter fugere videamini Nisi quia illud est quod iterum dico christus
est humilis vos superbi An forte corrigi pudet et hoc vici-
um non nisi superborum est pudet videlicet doctos homines ex
discipulis platonis fieri discipulos christi qui piscatorem
suo spiritu docuit sapere ac dicere In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc in prin-
cipio erat apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso
factum est nichil Quod factum est in ipso vita erat et vi-
ta erat lux hominum et lux in tenebris lucens et tene-
bre eam non comprehenderunt Quod initium sancti ewa-
gelii cui nomen est secundum iohannem quidam platonicus sic-
ut a sancto sene simpliciano qui postea mediolanensi ecclesie presedit episcopus
solebamus audire aureis litteris conscribendum et per omnes ecclesias in locis
eminentissimis proponendum esse dicebat. Sed ideo viluit superbis deus

Quod catholici humiles dicunt corpora sanctorum resurgere et esse sempiterna et quod pudet platonicos superbos ad hoc se humiliare ut christi discipuli fiant qui docuit piscatorem dicere In principio erat

ille magister quia verbum caro factum est et habitabit in nobis ut parvuli sit miseri qui
egrotant non se in ipsa etiam egritudine extollant et de medicina qua sa
nari poterant erubescant non enim hoc faciunt ut erigantur sed ut cadendo gra
vius affligantur. Quanta platonici dogmatis refutaverit por
phirius et dissentiendo correxerit. xxx.

Si post platonem aliquid emendare existimatur indignum non nulla et non parva emendamus? Nam platonem animas hominum post mortem
revolvi usque ad corpora bestiarum scripsisse certissimum est. Hanc
sententiam porphirii doctor tenuit et plotinus porphirio tamen
placuit iure. In hominum sane non sua que dimiserat sed alia
nova corpora redire humanas animas arbitratus est. Puduit
scilicet illud credere ne mater fortasse filium in mula revoluta
vectaret et non puduit hoc credere ubi revoluta mater in pu
ellam filio forsitan nubet. Quanto creditur honesti
us quod sancti et veraces angeli docuerunt quod prophete dei spiritu acti locuti sunt
quod ipse quem venturum salvatorem premissi nuncii predixerunt quod missi apostoli
qui orbem terrarum evangelio repleverunt. Quanto inquam honestius creditur
animas semel ad corpora propria quam reverti tociens ad diversa. Verumtamen
ut dixi ex magna parte in hac opinione porphirius ut saltem in solos homines
humanas animas precipitari posse sentiret beluinos autem carceres evertere mi
nime dubitaret. Dicit etiam ad hoc deum animam mundo dedisse ut materie cog
noscens mala ad patrem recurreret Nec aliquando iam talium polluta conta
gione teneretur. Ubi et aliquid inconvenienter sapit magis enim data est
corporibus ut bona faceret non enim mala disceret si non
faceret. In eo tamen aliorum philosophorum opinionem et non in re parva
emendavit quod mundatam ab omnibus malis animam et cum pa
tre constitutam numquam iam mala mundi huius passuram esse con
fessus est. Qua sententia profecto abstulit quod esse platonicum
maxime perhibetur ut mortuos ex vivis ita vivos ex
mortuis semper fieri falsumque esse ostendit quod platonice vide
tur dixisse virgilius in campos elysios purgatas animas
missas quo nomine tamquam per fabulam videtur significari
gaudia beatorum ad fluvium letheum evocari hoc est ad oblivionem preteritorum. Scilicet
immemores supera ut convexa revisant rursus et incipiant in corpora velle
reverti. Merito displicuit hoc porphirio quoniam revera
credere stultum est ex illa vita que beatissima esse non potuit nisi de
sua fuerit eternitate certissima desiderare animas corrupti
bilium corporum labem et inde ad ista remeare tamquam
hoc agat summa purgacio ut inquinacio requiratur.
Si enim quod perfecte mundantur hoc efficit ut omnium oblivis
cantur malorum. Malorum autem oblivio facit corporum de
siderium unde rursus implicentur malis profecto erit infelicitatis causa summa
felicitas et stulticie causa perfectio sapiencie et inmundicie causa summa mundi
cia. Nec veritate beata erit ibi anima quamdiucumque erit ubi oportet ut fallatur ut beata
sit. Non enim beata erit nisi secura ut autem secura sit falso putabit se semper
fore beatam quoniam aliquando erit et misera. Cui ergo gaudendi causa falsitas erit quo
de veritate gaudebit. Vidit hoc porphirius purgatamque animam ob hoc reverti
dixit ad patrem ne aliquando iam malorum polluta ~~cogitacione~~ contagione teneatur. Con
tra argumentum platonicorum quo animam humanam deo asserunt esse coeternam. xxxi.

Falso igitur a quibusdam est platoni
cis creditus quasi necessarius or
bis ille ab eisdem abeundi et redeundi in eadem revertendi quod etsi
verum esset quid hoc scire prodesset. Nisi forte inde se nobis au
derent preferre platonici quia id nos in hac vita iam nes
ciremus quod ipsi in alia meliore vita purgatissimi et
sapientissimi fuerant nescituri et falsum credendo beati

[Marginal notes:]

cur ipse porphirius

Quod quidam platonicus evangelium per iohannem In principio erat ut a beato simpliciano didicit litteris aureis conscribi in ecclesiis vel depingi debere dicebat

displicuit

Error platonis qui dicit humanas animas in nova corpora redire et bestiarum. Et de errore porphirii et platonis qui moreat in hac parte quam platonus

platonicorum

Quod virgilius in campis elysii animas purgandas platonice dixit et de fluvio letheo quod porphirio displicuit

ut

Quod porphirius purgatam animam reverti dixit ad patrem et de animarum reditu dicit

futura Quod si absurdissimū et stultissimū ē dicē porphirii. pfecto est
p̄ferenda sniā huius qui aīaz circulos altnante sp̄ btitudine et miseria
suspicati sūt. Quod si ita ē. ecce platonicus in melius a platone dissen
tit. ecce vidit qđ ille nō vidit. Nec post talem actu actū refugit magri
correpcōm. sz homini pposuit vitatez. Cur ergo nō pocius diuinitati credi
mus de his rebus quas humano ingenio puestigare nō possimus. q̄ aīam
quoqz ipam nō deo coetnaz. sz creataz dicit eē q̄ nō erat. Vt enī hoc
plonici nollent credē. Hanc utiqz cām ydoneam sibi videbātur afferre
re. Quia n̄ q̄ sēp antea fuissz. semp̄ iam deinceps eē nō possz. q̄q̄ quia
et de mūdo. et de hijs quos ī mūdo deos a deo factos scribit plato aptissime
dicat eos eē cepisse. et hr̄e iniciū. finē tn̄ nō eos hituros sed p cōdito
ris potētissimā voluntatē imetnū mansuros phibeant. Verū id quō in
telligat īuenerunt nō eē hoc videlz tpis sed substicōis inicīū. Sicut
inquiunt qui pes et etnitate semp fuissz in puluē sp̄ ei subeēt vestigiū
qđ tn̄ vestigiū a calcante fctm̄ nēo dubitat. et nec alterz
altō pri⁹ eēt quāuis alterz ab altō fctū eēt. Sic inquiunt
et mūdus atz in illo dij creati. et sp̄ fuerūt sp̄ existente q̄
fecit et tn̄ fcti sūt. Nūqmd ergo si aīa sēp fuit eē miseria
eius sēp fuisse dicenda ē. porro si aliquid ī illa quod ex
etno non fuit eē cepit ex tpe q̄ antea nō fuissz. Deinde
btitudo quoqz eius post expimentū maloz firmior et
sine fine mansura sicut iste cōfitet. pculdubio cepit ex tpe
tn̄ sp̄ erit cū an̄ nō fuit. Illa igr̄ omis argumentacio dissoluta est
qua putat nichil eē posse sine fine tpis nisi q̄ iniciū tpis īuenta
est. enī aīe btitudo q̄ cū iniciū tpis hūit finē tpis nō habebat. Quapp
pp diuine auctī humana cedat infirmitas eiq3 btis et īmortalibus de
vera religione credamus qui sibi honorē nō expetūt quē deo suo q̄
eē nr̄ ē debēi sciūt. Nec iubent ut sacrificiū faciamus
n̄ ei tm̄ cui⁹ et nos cū illis ut sepe dixi et sepe di
cendū ē sacrificiū eē debemus p eū sacerdotē offerendū qui
in hoīe quē suscepit scdm quē et sacerdos eē voluit
eē usqz ad mortē sacrificiū pro nobis dignatus ē fieri
Hec est religio q̄ vlem cōtinet viā aīe liberande quā
nulla n̄ hac liberari pot. Hec enī quodāmō regalis via
que una ducit ad regnū nō tpali fastigio nutabundū
sed etnitatis firmitate securū. Cū aut dicat porphirius circa p̄mo iux
finē de regressu aīe libro nōdū receptū in unā quandā sectā q̄ vlem
ptinz aīe viā libande vl a phia verissima aliqua vl ab indoz mori
bus ac disciplina aut inductōe caldeoz aut alia qualibz via nōdū
q̄ illa insinā noticiā eandē viā hystoriali cognicione platam. pculdubio
cōfitetur eē aliquā. sz nōdū in suā venisse noticiā. Ita ei nō sufficie
bat qđq̄ de aīa libanda studiosissime didicerat sibiqz et pocius alijs nos
se ac tenē videbatur. Senciebat enī adhuc sibi deesse aliquā p̄stan
tissimā auctez quā de re tanta sequi oporteret. Cū aut dicat et phia
verissima aliquā nōdū in suā noticiā puenisse sectam q̄ vlem cōtineat
viā aīe libande satis qūtū arbitror ondit. vl eam phiam in qua et
ipē phatus ē nō eē verissimā. vl eam nō cōtinere talez viā. et quō pt
eē verissima qua nō cōtinet hec via. Nam que alia ē vlis aīe li
berande n̄ qua vniuerse aīe liberant. ac p hoc sine illa nulla aīa libera
tur. Cū aute addit et dicit vl ab inductōe chaldeoz
vl ab indoz moribus vl alia qualibz via manifestissima
voce testatur. neqz illis q̄ ab indis. nqz illis q̄ a chalde
is dedicerat hanc vlem viaz aīe liberande cōtineri
et utiqz se a chaldeis oracla diuina sumpsisse quoz assi
duā cōmemoracōm fecit tacē nō potuit. quā vult ergo

Quid sencit platonica de inicio mūdi vl eius sempiternitate et eoz rōnibus et aut argumentacione

Quod catholici sacrificiū eē debēt deo sacerdoti qui pro nobis usqz ad mortē sacrificiū dignatus est fieri

Quid dicat porphirius de regressu aīe de phia indoz calde oz et de verissima phia in q̄ nōdū platus est vz aīe vlem

tūr nō s̄ potuit ext̄ ipā ꝗ ex tp̄e

6 mortis

phatus

x

intelligi aie liberande vlem viā nōdū receptā ul' ex aliqua vissima phiā
ul' ex eaz gentiū doctrinis q magne velut in diuinis rebȝ hēbant. qz plus
apud eos curiositas valuit q̄ angeloz cognoscendoz et colendoz nō quorumqȝ
dū in suā noticiā hystoriali cognicōe plata Que nā ista ē vlis via
insi que nō suis cuiusqȝ gentis ppia sed vlis gentibȝ q̄ coīr eēt diuinitus i
ptita ē Quā eē te iste homo nō mediocri ingenio pditus eē nō du
bitat. puidenciā quippe diuinā sine ista vli via liberande aie genus hu
manū relinquere potuisse nō credit neqȝ eīm nō esse aīt
sz hoc tā bonū tantūqȝ adiutoriū nōdū receptū
nōdū in suā noticiā eē pūolatū nec mirz. tūc eīm por
phirius erat in rebȝ hūanis q̄n ista liberande aie vlis
via q̄ nō est alia quā religio xpiana obpugnari pmitte
batur ab ydoloz demonūqȝ cultoribȝ regibus
qz terreis ppt asserendūz et cōsecrandū mirum nimis h'
est testium vitatis p quos ondētur oīa corpalia mala
pfide pietatis et cōmēdacōe vitatis eē tolleranda

Qr religio xpiana ē vlis via liberande aie hoc ē vniusis gentibȝ diuina misericordia cōcessa et quare hoc mō ul' seō fiat solius dei est

Videbat g' ista porphirius et p hmōi p secucōes cito istā viā piturā
et ppea nō eē ipam liberande aie vlem putabat nō intelligens hoc q̄d
eū monebat et q̄ i eius electōe ppeti metuebat ad eius cōfirmacōz
robustioremqȝ cōmendacōem potius ptine H est igr' aie liberande vlis
via .i. vniusis gentibȝ diuina misericordia cōcessa cuius pfecto noticia
ad quoscūqȝ iam venit et ad quoscūqȝ ventura ē. nec debuit n' debe
bit ei dici q̄re mō et q̄re, postea q̄a mittentis cōsiliū nō ē hūano inge
nio penetrabile q̄d sensit etiā iste cū dixit nōdū receptū hoc donū dei
et nōdū in suā noticiā eē platū Neqȝ eīm ppterea verz nō eē iudicauit q̄
nōdū fidem sua perceptū fuit et in noticiā nō dū puenerat. hec ē in
q̄ liberandoz credenciū vlis via de qua fidelis abraham diuinū accepit
oraclm In semine tuo benedicent omis gentes. qui fuit
q̄dem gente chaldeus sz ut talia pmissa pciperet et
ex illo ppagaretur semen dispositū p angelos i manu
mediatoris in quo eēt ista liberande aie vniusalis via
h' ē omibȝ gentibȝ data Jussus ē discedere a terra
sua et de cognatōe sua et de domo pris sui Tūc ipe
pmitus a chaldeoz supsticōe liberatus vnū verz deum
sequendo coluit cui promittenti fideliter credidit Hec ē
vlis via de qua in scā pphecia dicitur Deus misereatur
nri et bndicat nos in luat vultū suū sup nos vt cog
noscamus in terra viam tuā i omibȝ gentibȝ salutare tuū Unde tm̄ post

Qr porphirius sensit fidelem abraham chaldeū gente p diuinū oraclm accepisse de via vli aie liberande qui liberatus a supsticionibȝ chaldeoz vnū verum deū colit

ex abrahe semine carne suscepta de se ipo ait ipe saluator Ego sū via
vitas et vita. Hec ē vlis via de qua tanto añ pphetatū ē Erit i nouis
simis diebȝ mons domus dn̄i ppatus in cacumine moncium et extolle
tur sr colles et venient ad eum vniuse gentes et ingredientur naciones
multe et dicent Venite ascendamus in montem dn̄i et
in domū dei iacob et annūciabit nobis viā suā et i
gredientur in eaz Ex syon. n. pdiet lux et vbū dn̄i
de ierlm Via g' ista nō ē vnius gentis sz vniusaz
gencium. et lex vbūqȝ dn̄i nō i syon et ierlm remansit
sed inde pcessit ut se p vniusa diffunderet Unde ipe mediator
post resurrectōz suā discipulis trepidantibȝ ait Opor
tebat impleri que scripta sūt in lege et pphetis et
psalmis de me. Tunc aperuit illis sensuz ut intelligerent
scripturas et dixit eis Quia oportebat xpm̄ pati et resurgere a mor
tuis tercia die et p dicari in nomine eius p niaz et remissionem pctoz
per omis gentes incipientes ab ierlm. Hec ē vlis aie liberande via q̄m
scī angli sciqȝ pphete pus in paucis hoibȝ vbi potuerunt dei gram repi

Qr de ipo saluatore p pphaz dauid ē i pe Deus misereatur etc. vt cognoscamus i omibȝ gentibȝ etc. Item alius ppha de ipa dicit i nouissimis etc.

entibus. et maxime in hebrea gente cuius erat ipa quodammodo sacra res publi
ca in prophetacione et prenunciacione civitatis dei ex omnibus gentibus congregande
et tabernaculo et templo et sacerdocio et sacrificiis significauerunt et eloquiis
quibusdam manifestis plerisque misticis predixerunt. presens autem in carne ipse
mediator et beati eius apostoli iam testamenti novi gratiam revelantes apercius
indicarunt. Que aliquanto occulcius superioribus sunt significata temporibus
pro etatum generis humani distribucione. sicut eam deo sapienti placuit or
dinare mirabilium operum divinorum quorum superius pauca iam posui contestan
tibus signis. Non enim apparuerunt tantummodo visiones an
gelice et celestium ministrorum sola verba sonuerunt. verum etiam
hominibus dei verbo simplicis pietatis agentibus spiritus im
mundi de hominum corporibus ac sensibus pulsi sunt, vicia cor
poris, languores sanati, bestia fera animalia terrarum et aquarum,
volatilia celi, ligna, elementa, sydera divina iussa fecerunt,
inferna cesserunt, mortui revixerunt. Exceptis ipsius sal
vatoris propriis singularibusque miraculis, maxime nativitatis
et resurrectionis, in uno quorum matris virginitatis tantum
sacramentum. In altero autem eciam eorum qui in fine resurrectum sunt
demonstravit exemplum. hec est via totum hominem mundat et inmortalitati
mortalem ex omnibus quibus constat partibus preparat. Ut enim non alia purgacio
ei parti quereretur quam vocat intellectualem porphirius. alia ei quam vocat
spiritalem. Alia que ipi corpori propter eam totum veracissimus potentissimusque mun
dator atque salvator suscepit. preter hanc viam. que partim cum hec futura prenunciantur
partim cum facta nunciantur nunquam generi humano defuit. Nemo liberatus
est nemo liberatur neo liberabitur. Quod autem porphirius universalem
viam anime liberande non dum in suam noticiam hystoriali cogni
cione dicit esse prolatam. Quid hac hystoria vel illustrius
inveniri potest que universum orbem tanto apice auctoritatis obtinet vel
fidelius in qua ita narrantur preterita ut futura etiam predi
cantur quorum multa videmus impleta. ex quibus ea que
restant sine dubio speremus implenda. Non enim potest por
phirius vel quicunque platonici etiam in hac via quasi terrenarum rerum vita
et ad vitam istam mortalem pertinencium divinacionem predicacionemque
contempnere quod merito in aliis vaticinacionibus et quorumlibet
morum vel artium divinacionibus faciunt. Negant enim hec vel
magnorum hominum vel magni esse pendenda, et recte. Nam vel
inferiorum fiunt presensione causarum. sic arte medicina
quibusdam antecedentibus signis plurima eventura valitudi
ni prevident. vel inmundi demones disposita facta prenun
ciant, quorum ius et in mentibus atque iniquitatibus iniquorum ad que earum con
gruencia facta ducendis quodammodo sibi vendicant et materiam infi
mam fragilitatis humane. Non talia sancti homines in ista
universali animarum liberandarum via gradientes tanquam magna prophetare
curarunt. Quamvis et ista eos non fugerint et
ab eis sepe predicta sint ad eorum fidem faciendam que mor
talium sensibus non poterant intimari nec ad experimen
tum celeri facilitate perduci. Sed alia erant vere magna
atque divina que quantum videbatur cognita dei voluntate
futura nunciabant. Cristus quippe in carne venturus
et que in illa tam clare perfecta sunt atque in eius nomine impleta,
penitencia hominum et ad deum conversio voluntatum, remissio peccatorum,
gracia iusticie, fides piorum, et per universum orbem in veram divinitatem multitudo
credencium, culture simulachrorum demoniumque subversio, et temptacionibus exerci
tacio, proficiencium purgacio et liberacio ab omni malo, iudicii dies, resurrec
cio mortuorum, societatis impiorum eterna dampnacio, regnique eterni gloriosissime

piorum

Quod in hebraica gente prenunciacione facta sunt de gloriosa civitate dei de tabernaculo templo sacerdocio et de aliis que in lege eorum prophete et prophetis de Cristo scripta sunt

Quod non solum apparuerunt angelice visiones verum etiam spiritus inmundi de hominibus dei vel morbi expulsi sunt et elementa iussa eorum fecerunt preter ea que facta sunt tempore dominice incarnacionis

Quid porphirius senserit de purgacione partis intellectualis vel spiritalis vel de via universali anime liberande

Quod homines sancti ad deum inspirati prenunciabant Cristum venturum in carne deinde divinitate temptacione exercitacione purgacione et liberacione ab omni malo perficiendi

6 suscepit

et in ... capitulo ... implevi..

x

civitatis dei. conspicimus enim in mortalitate proficientis in hominibus predicta atque promissa sunt. Quorum tam multa impleta conspicimus ut recta pietate futura esse cetera confidamus. In vite rectitudine usque ad deum videndum eique inherendum iuxta scripturarum que predicantur atque asserunt veritate. quicumque non credunt et ob hoc nec intelligunt oppugnare possunt sed expugnare non possunt. Quia propter id de istis libris et si minime quia non illorum de nobis expectabat intencio tum quorundam studio quantum rerum deus et dominus adiuvare dignatus est satisfecimus refutando contradictiones impiorum qui conditori sancte civitatis de qua disputare instituimus deos suos preferunt. Quorum x librorum quinque superiores adversus eos conscripti sunt qui propter bona vite huius deos colendos putant. Quinque autem posteriores adversus eos qui cultum deorum propter vitam que post mortem futura est servandum estimant. Deinceps itaque velut in primo pollicitus sum de duarum civitatum quas in hoc seculo perplexas diximus invicemque permixtas exortu et procursu et debitis finibus quod dicendum arbitror quantum divinitus adiuvabor expediam

vite scripturis Multa que promissa sunt in scripturis impleta conspicimus ut recta pietate futura esse certa confidamus

Meliator appellatus etiam regis amicus
Nigasius inde primus resplendint honore
Lucifer ut mane radians ortus ab axe
Hic a romano papa clemente beato
Antistites sedis sacratur rothomagensis
Antistes sanctus mellonius in ordine primus
Excoluit plebem doctrina rothomagensem
Post hunc devotus et clemens avidianus
Optinuit regimen curam que plebis herilem
Successit presul silvester virtute seneus
Moribus insignis commissis ac sibi dulcis
Eusebius dulcis et in ordine pontificali
Constans eminuit virtutum floribus almus
Marcellinus hunc successit munere christi
Pastor precipuus morum bonitate decorus
Pervigil in populo petrus dignus que custos
Mente commissum sibi rexit pontificatum
Victricius victor viciorum fortis et ultor
Ecclesiam rexit divum plebemque reformans
Eloquiis plenus sacris successit evodius
Fortis et innocuus prudens pius atque modestus
Prefuit ecclesie silvester sanctus honeste
Quam iuste rexit prudenter et amplificavit
Presul malsonus divino dogmate fultus
Extitit in populo venerabilis undique pastor
Inclitus antistes populi custos que perpes
Suscepit sedem germanus pontificalem
Commissam coluit crescencius atque decoravit
Moribus egregius virtute que crescere fecit
Fulsit gildardus pastor sacer atque benignus
Dapsilis et constans ubi que lumine flagrans
Flavius insignis virtutum flore refulsit
Commissos que sibi divina lege replevit
Occubuit martir pretextatus fredegundis
Regine monitu pro christi nomine ihesu
Ecclesiam multis rexit melancius annis
Subiectos docuit iuste que vivere fecit
Nobilis hildulphus prefatum pontificatum
Dedit et excoluit divini dogmate verbi
Sanctus romanus preclaro nobilis ortu
Moribus eminuit sacro que lumine verbi
Audoenus hunc successit pontificali
Ordine splendescens virtutibus atque refulgens
Inclitus ansbertus probitatis lumine clarus
Ecclesiam rexit quam sancte nobilitavit
Insignis griffo successit in ordine sancto
Actibus egregius mitis pastor rainfridus
Iustus et insignis remigius in ordine fluxit
Compatiens cunctis mitis que refertus opimus
Prefuit in populo divini venerabilis hugo
Et tribuit sancte subiectis dogmata vite
Exin robertus digne pastoris adeptus
Viribus eminuit sanctus iuste que vixit
Grimo devotus pastor primus indit lucti
Suscepit ecclesiam divino iure regendam
Culmine pastoris micuit rainfridus in omni
Actu magnificus constructor pontificatus
Remigius presul regali stirpe creatus
Vixit devote populo dans dogmate vite
Presul menardus bonitatis odore refectus
Subiectos docuit viciorum sorde piavit
Presul successit cui gillebertus in omni
Constans et lenis populi pastor que fidelis
Remtuardus hunc successit in ordine felix
Hic aluit mites compescuit atque rebelles
Gombaldus iuste tenuit in ordine iura vite
Prospiciens populo venerabilis ut potest pastor
Insignis paulus pastoris culmine dignus
Verbo doctrine fulsit probitate que vite
Wanelo vir prudens divino dogmate pollens
Et ne docuit commissos iura salutis
Indole precipuus bonitate vixit adolardus
Iura sacerdotis tenuit pius pastor herilis
Felix atque probus preclara stirpe rediulfus
Contulit ecclesie que plurima predia terre
Nobilis antistes divino iure iohannes
Ordine pontificis virtutum lampade fulsit
Wnto commissum cosertendens pontificatum

Claruit in populo vir prudens dogmate sancto
Successit Franco plebis bonus auxiliator
Quem lavacri sancti Rollonem fonte sacravit
Eidem pontificis Gothardus in ordine supsit
Utilis in populo prudens quoque consiliator
Post hunc Hugo fuit legis domini violator
Clara stirpe satis sed Christi lumine cassus
Insignis presul claris natalibus ortus
Robertus felix devoto fine quievit
Galgerius iuvenis sede suscepit honoris
Nachali clerus sed nullo nobilis actu
Presul Maurilius doctrine luce refertus
Moribus eximius prefulsit et actibus almis
Pervigil antistes in eadem sede Iohannes
Legis apostolice studuit documenta tenere
Post hunc vir nobilis atque benignus
Catholice plebem tractavit rothomagensem
Catholico more Ganfridus filius honeste
Ecclesie multa bona contulit intus et extra
Hinc successit anno plebis tremor Hugo pote
clarus amans clerus studiis recitator egenum tum
presul Rotroldus sequitur sensus pietate
refulgens genus et nobilis nobilitate
Hinc sequitur dignus Walterus Lincoliensis
Rothomagi summus tamen de presule presul
Robertus presul nunc cognomine Pullus
Solvit hinc vere subeundus pascua vite

Secuntur tytuli libri undecimi

De ea parte operis que duarum civitatum id est celestis atque terrene initia et fines incipit demonstrari I
De cognoscendo deo ad cuius notitiam nemo hominum pervenit nisi per mediatorem dei et hominum Christum Ihesum II
De auctoritate canonice scripture divino spiritu condite III
De conditione mundi que nec intemporalis sit nec novo dei ordinata consilio quasi postea voluerit quod ante noluerit IIII
Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum quam nec de infinitis locorum mundi et temporum unum esse principium nec aliud alio preveniri V
De qualitate primorum dierum qui antequam sol fieret vesperam et mane traduntur habuisse VI
Que qualisve intelligenda sit dei requies qua post opera sex dierum requievit in septimo VII
De angelorum conditione quid secundum divina testimonia sentiendum sit VIII
De simplici et incommutabili trinitate dei patris et filii et spiritus sancti unius dei cui non est aliud qualitas aliud substantia IX
An eius beatitudinis quam sancti angeli ab initio sine semper habuerunt etiam illos spiritus qui in veritate non steterunt participes fuisse credendum sit X
De comparatione beatitudinis iustorum nondum tenentium premium promissionis divine et primorum in paradyso hominum ante peccatum XI
An ita universi felicitatis omnes angeli sint creati ut neque lapsuros se possent nosse qui elapsi sunt et post ruinam labentium perseverantie sue prescientiam acceperint qui steterunt XII
Quomodo genere locutionis dictum sit de dyabulo et in veritate non stetit quia veritas non est in eo XIII
Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est ab initio dyabolus peccat XIIII
De gradibus et differentiis creaturarum quas aliter pendit usus utilitatis aliter ordo rationis XV
Vicium malicie non naturae esse sed contra naturam cui ad peccandum non conditor causa est sed voluntas XVI
De pulchritudine universitatis que per ordinationem dei etiam sit lucentior ex contrariorum oppositione lucentior XVII
Quid sentiendum videatur de eo quod divisit deus inter lucem et tenebras XVIII
De eo quod post discretionem lucis atque tenebrarum dictum est et vidit deus lucem quia bona est XIX
De eterna et incommutabili dei scientia ac voluntate qua semper illi universa que fecit sic placuerunt facienda quemadmodum facta XX
De hiis quibus in universitate rerum a bono creatore bene conditarum quedam displicent et putant ullam malam esse naturam XXI
De errore in quo origenis doctrina inculpatur XXII
De trinitate divina que per omnia opera sua significationis sue sparsit indicia XXIII
De tripartita totius philosophie disciplina XXIIII
De ymagine summe trinitatis que secundum quemdam modum in natura etiam nondum beatificati hominis invenitur XXV
De essentia et scientia et utriusque amore XXVI
An etiam ipsum amorem quo et esse et scire diligimus diligere debeamus quo magis divine trinitatis ymagini propinquamus XXVII
De sanctorum angelorum scientia qua trinitatem in ipsa eius deitate noverunt qua operum causas prius in operante arte quam in ipsis operibus artificis inveniunt XXVIII
De senarii numeri perfectione qui partium

Incipit liber undecimus de civitate dei de ea parte operis qua duarum civitatum i. celestis ac terrene initia et fines incipit demonstrari

Civitatem dei dicimus, cuius ea scriptura testis est, que non fortuitis motibus animorum sed plane summe disposicione providencie super omnes omnium gencium litteras omnia sibi genera ingeniorum humanorum divina excellens auctoritate subiecit. Ibi quippe scriptum: Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Et alio psalmo legimus: Magnus dominus et laudabilis nimis in civitate dei nostri in monte sancto eius dilatans exultaciones universe terre. Et paulo post in eodem psalmo: Sicut audivimus sic vidimus in civitate domini virtutum in civitate dei nostri; deus fundavit eam in eternum. Item in alio: Fluminis impetus letificat civitatem dei, sanctificavit tabernaculum suum altissimus; deus in medio eius non commovebitur. His atque huiusmodi testimoniis, que omnia commemorare nimis longum est, didicimus esse quandam civitatem dei, cuius cives esse concupivimus illo amore quem nobis illius conditor inspiravit. Huic conditori sancte civitatis cives terrene civitatis deos suos preferentes ignorantes eum esse deum deorum, non deorum falsorum, hoc est impiorum et superborum, qui eius incommutabili omnibusque communi privati luce et ob hoc ad quandam egenam potestatem redacti suas quodammodo privatas potencias consectantur honoresque divinos a deceptis subditis querunt, sed deorum piorum atque sanctorum, qui potius se ipsos uni subdere quam multos sibi, potiusque deum colere quam pro deo delectantur coli. Sed huius sancte civitatis inimicis decem superioribus libris quantum potuimus deo et rege nostro adiuvante respondimus. Nunc vero quid a me iam expectetur agnoscens meique non immemor debiti de duarum civitatum terrene scilicet et celestis, quas in hoc interim seculo perplexas quodammodo diximus invicemque permixtas, exortu et excursu et debitis finibus, quantum valuero disputare, eius ipsius domini et regis nostri ubique opitulacione fretus aggrediar, primumque dicam quemadmodum exordia duarum istarum civitatum in angelorum diversitate precesserint.

De exortu excursu et perplexitate duarum parcium civitatum scilicet terrene et celestis

De cognoscendo deo ad cuius noticiam nemo hominum pervenit nisi per mediatorem dei et hominum Christum Ihesum. Sequitur Capitulum ii.

Magnum est et admodum rarum universam creaturam corpoream consideratam compertamque mutabilem intencione mentis excedere atque ad incommutabilem substanciam dei pervenire et illic discere ex ipso, quod cunctam naturam, que non est quod ipse, non fecit nisi ipse. Sic enim deus cum homine non per aliquam creaturam loquitur corporalem, corporalibus instrepens auribus, ut inter sonantem et audientem aeria spacia verberentur, neque per eiusmodi spiritualem, que corporum similitudinibus figuratur, sicut in sompnis vel quo alio tali modo. Nam et sic velut corporis auribus loquitur, quia velut per corpus loquitur et velut interposito corporalium locorum intervallo; multum enim similia sunt ista talia corporibus. Sed loquitur ipsa veritate, si quis sit ydoneus ad audiendum mente, non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine ceteris quibus homo constat est melius et quo ipse solus deus est melior. Cum enim homo rectissime intelligatur, vel si hoc non potest saltem credatur factus ad ymaginem dei, profecto ea sui parte est propinquior superiori deo, qua superat inferiores suas, quas eciam cum pecoribus communes habet. Sed quia ipsa mens, cui racio et intelligencia naturaliter inest, viciis quibusdam tenebrosis et veteribus invalida est, non solum ad inherendum fruendo verum et ad perferendum incommutabile lumen donec de die

Quod deus omnia fecit et quomodo cum homine loquitur ad eius ymaginem factus est

in die renovata atque serenata fiat tante felicitatis capax fide primum fuerat imbuenda atque purganda. In qua ut fidentius ambularet ad veritatem ipsa veritas dei filius homine assumpto non deo consumpto eandem constituit atque fundavit fidem ut ad deum iter esset homini per hominem deum. Hic est enim dei mediator et hominum homo xpus ihesus. Per hoc enim mediator per quod homo per hoc et via. Quia si inter eum qui tendit et illud quo tendit via media est spes est perveniendi. Si autem desit aut ignoretur quid prodest nosse quo eundum sit. Sola est autem adversus omnes errores munitissima ut idem ipse sit deus et homo quo itur deus qua itur homo. Hoc prius per prophetas deinde per seipsum postea per apostolos quantum satis esse iudicavit locutus etiam scripturam condidit que canonica nominatur eminentissime auctoritatis cui fidem habemus de hiis rebus quas ignorare non expedit nec per nos ipsos nosse ydonei sumus. Nam si ea sciri possunt testibus que remota non sunt a sensibus nostris sive interioribus sive etiam exterioribus unde et presentia nuncupantur quod ea ita dicimus presensibus sicut pre oculis que presto sunt oculis. profecto ea que remota sunt a sensibus nostris quoniam nostro testimonio scire non possumus de hiis alios testes requirimus eisque credimus a quorum sensibus remota esse vel fuisse non credimus. Sicut ergo de visibilibus que non vidimus eis credimus qui viderunt atque ita de ceteris que ad suum quemque sensum corporis pertinet ita de hiis que animo et mente sentiuntur quia et ipse rectissime dicitur sensus unde et sententie vocabulum accepit hoc est de invisibilibus que a nostro interiore remota sunt hiis nos oportet credere qui hec in illo incorporeo lumine disposita didicerunt vel manentia contuentur.

Quod homo xpc ihesus est mediator dei et hominum et via

Visibilium omnium maximus mundus est invisibilium autem deus qui omnia sua creavit sapientia

De auctoritate canonice scripture divino spiritu condite. ca. iii.

Visibilium omnium maximus mundus est invisibilium omnium maximus est deus. sed mundum esse conspicimus deum esse credimus. Quod autem deus mundum fecerit nulli tutius credimus quam ipsi deo. Ubi eum audivimus. Nusquam interim melius quam in scripturis sanctis ubi dixit propheta eius. In principio fecit deus celum et terram. Numquid nam ibi fuit iste propheta quando fecit deus celum et terram. Non. sed ibi fuit sapientia dei per quam facta sunt omnia que in animas sanctas se etiam transfert amicos dei et prophetas constituit eisque opera sua sine strepitu intus enarrat. Loquuntur eis quoque angeli dei qui semper vident faciem patris voluntatem eius quibus oportet annunciant. Ex hiis unus erat iste propheta qui dixit et scripsit In principio fecit deus celum et terram. Qui tam ydoneus testis per quem deo credendum sit ut eodem spiritu dei quo hec sibi revelata cognovit etiam ipsam fidem futuram tanto ante predixerit.

+ celum et terram

De condicione mundi que nec intemporalis sit nec novo dei ordinata consilio quo postea voluit quod ante noluit

Sed quid placuit deo eterno tunc facere quod antea non fecisset. Qui hoc dicunt si mundum eternum sine ullo initio et ideo nec a deo factum videri volunt nimis aversi sunt a veritate et letali morbo impietatis insaniunt. Exceptis enim propheticis vocibus mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate et mobilitate et visibilium omnium pulcherrima specie quodammodo tacitus et factum se esse et non nisi a deo ineffabiliter atque invisibiliter magno et ineffabiliter atque invisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat. Qui autem a deo quidem factum fatentur non tamen eum volunt temporis habere sed sue creationis initium ut quodammodo vix intelligibili semper sit factus dicunt quidem aliquid unde sibi deum videntur velut a fortuita temeritate defendere ne subito illi venisse credatur in mentem quod numquam ante venisset facere mundum et accidisse illi voluntatem novam cum in nullo sit omnino mutabilis. Sed non video quomodo eis possit in ceteris rebus ratio ista subsistere maximeque in anima quam si deo coeternam esse contenderint unde illi acciderit nova miseria que numquam antea per eternum nullo modo poterunt explicare. Si enim alternasse semper eius miseriam et beatitudinem dixerint necesse est dicant etiam semper alternaturam. Unde illa eos sequitur absurditas ut etiam que beata di-

Contra errorem illorum qui dicunt mundum semper fuisse et contra eos qui fortuitu tamen dicunt eum evenisse

et hec utique non sit beata si futuram suam et turpitudinem prudet cui
ante non prudet nec se turpem ac miseram fore sed beatam semper
estimat semper falsa opinione sit beata quo dici stultius nichil potest
Cui aut semper quidem per secula retro infinita cum beatitudine alter-
nasse anime miseriam putant . Sed nunc iam decetero cum fuit liberata
ad miseriam non esse redituram nichilominus convincitur numquam eam fuisse vere beatam
sed deinceps esse incipere nova quadam nec fallaci beatitudine ac per hoc fate-
buntur accidere illi aliquid novum . et hoc magnum atque preclarum quod numquam retro per e-
ternitatem accidisset Cuius novitatis causam si deum negabunt in eterno habuisse con-
silio simul eum negabunt beatitudinis eius auctorem quod nephande impietatis est,
Si aut dicent et ipsum novo consilio excogitasse ut decetero sit anima in et-
ernum beata quo eam alienum ab ea que illis quoque displicet mutabilitate mon-
strabunt . Porro si ex tempore creatam sed nullo ulterius tempore perituram tamquam numerum habentem
finem fatentur et ideo semel expertam miserias si ab eis fuit liberata numquam
miseram postea futuram non utique dubitabunt hoc fieri manente incommutabili-
tate consilii dei Sic ergo credant et mundum ex tempore fieri potuisse
nec tamen ideo deum in eo faciendo eternum consilium voluntatemque mutasse

Iam non esse cogitandum de infinitis temporum spaciis ante mundum quia
nec de infinitis locorum

Deinde videndum est isti qui deum conditorem mundi esse
consenciunt . et tamen querunt de mundi tempore quid respondeamus quid ipsi
respondeant de mundi loco Ita enim queritur cur potius et non antea factus
sit quemadmodum queri potest cur hic potius et non alibi Nam si infinita spatia
temporis ante mundum cogitant in quibus eis non videtur deus ab opere cessare
potuisse sic cogitent extra mundum infinita spatia locorum In quibus si quisquam di-
cat non potuisse vacare omnipotentem nonne consequens erit ut innume-
rabiles mundos cum epicurio sompniare cogantur ea tamen differentia quod eos ille
fortuitis motibus athomorum gignit asserit et resolui . isti aut opere dei
factos dicturi sunt si eum per interminabilem immensitatem locorum extra mun-
dum circumquaque patencium vacare noluerit nec eosdem mundos quod etiam de isto
sentiunt ulla causa posse dissolui Cum hijs enim agimus qui et deum incorporeum
et omnium naturarum que non sunt quod ipse creatorem nobiscum senciunt alios nimis
indignum est ad istam disputacionem religionis admittere . maxime quod aput
eos qui multis diis sacrorum obsequium deferendum putant
istiphos ceteros nobilitate atque auctoritate vicerunt non ob aliud nisi quia longo quidem
intervallo verumtamen reliquis propinquiores sunt veritati . An forte substan-
ciam dei quam nec concludunt nec determinant nec distendunt loco sed
eam sicut de deo sentire dignum est fatentur incorpoream presentia
ubique totam a tantis locorum extra mundum spaciis absentem esse
dicturi sunt et uno tantum atque in comparacione illius infinitatis exiguo
isto loco in quo mundus est occupatam . non opinior eos
in hec vaniloquia progressuros, Cum igitur unum mundum ingenti quidem mole cor-
poream finitum tamen et loco suo determinatum et operante deo factum esse dicunt quod respondent
de infinitis extra mundum locis Cur ab eis in opere deus cessaverit . hoc respondeant
De infinitis ante mundum temporibus Cur in eis ab opere deus cessavit Et sic non est
consequens ut fortuitu potius quam racione divina deus non alio sed isto in quo
est loco mundum constituit tamen preter infinitis ubique patentibus nullo excellenciore
merito possit hic eligi quamvis eandem divinam racionem qua id factum est nulla possit
humana comprehendere ita non est consequens ut deo aliquid existimemus accidisse
fortuitu quod illo potius quam anteriore tempore condidit mun-
dum cum equaliter anteriora tempora per infinitum retro spacium preterissent nec fuisset aliqua differentia unde tempus tempori eligendo
preponeretur Quod si dicunt inanes esse hominum cogitaciones quibus
infinita ymaginantur loca cum locus nullus sit preter mundum

Contra illos errores qui dicunt animam semper fuisse deo coeternam

Quo demum modo et de mundi tempore et de mundi loco sit sentiendum . Ut [?]

De qualitate primorum dierum qui antequam sol fieret vesperam et mane traduntur habuisse . c. vi

Quid epicurei senciant et alii de mundo et de deo

Quam docte de tempore dicit augustinus de nobilitate creacionis mutacione eius de dei eternitate et hominis formacione

non habere | noluerit

videtur eis isto modo inaniter homines cogitare preterita tempora vacationis dei cum nullum tempus sit ante mundum. Si enim recte discernuntur eternitas et tempus quod tempus sine aliqua mobili mutabilitate non est in eternitate autem nulla mutatio est quis non videat quod tempora non fuissent nisi creatura fieret que aliquid aliqua mutatione mutaret. Cuius motionis et mutationis cum aliud atque aliud quod simul esse non potest cedit atque succedit in brevioribus vel productioribus morarum intervallis tempus sequeretur. Cum igitur deus in cuius eternitate nulla est omnino mutatio creator sit temporum et ordinator quomodo dicatur post temporum spatia mundum creasse non video nisi dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturam cuius motibus tempora currerent. Porro si littere sacre maximeque veraces ita dicunt In principio fecisse celum et terram ut nichil antea fecisse intelligatur quia hoc potius in principio fecisse diceretur si quid fecisset ante cetera cuncta que fecit procul dubio non est mundus factus in tempore sed cum tempore. Quod enim fit in tempore et post aliquid fit et ante aliquid tempus post id quod preteritum est ante id quod futurum est. Nullum autem posset esse preteritum quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretur. Cum tempore autem factus est mundus si in eius conditione in quibus et vespere nominatur donec omnia que in hiis diebus deus fecit sexto perficiantur die septimoque in magno misterio dei vacatio commendetur. Qui dies cuiusmodi sint aut perdifficile nobis aut etiam impossibile est cogitare quanto magis dicere. Videmus quippe istos dies notos non habere vesperam nisi de solis occasu nec mane nisi de solis ortu.

Non quid dicat augustinus de ortu et accensu solis et occasu et de diebus et quod sit lux

Que qualisve intelligenda sit dies qua post opera sex dierum requievit in septimo. vii

Illorum autem priores tres dies sine sole peracti sunt qui die quarto factus refertur. Et primitus quidem lux verbo dei facta atque inter ipsam et tenebras deus separasse narratur et eandem lucem vocasse diem tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux et quo alternante motu qualem vesperam et mane fecerit remotum est a sensibus nostris nec ita ut est intelligi a nobis potest quod tamen sine ulla hesitatione credendum est. Aut enim aliqua lux corporea est sive in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris sive unde sol postmodum accensus est aut lucis nomine significata est sancta civitas in sanctis angelis et spiritibus beatis de qua dicit apostolus Que sursum est iherusalem mater nostra eterna in celis. Ait quippe in alio loco Omnes vos enim filii lucis estis et filii dei non sumus noctis neque tenebrarum. Si tamen et vesperam diei huius et mane aliquatenus congruenter intelligere valeamus quoniam scientia creature in comparatione scientie creatoris quodammodo vesperascit. Itemque lucescit et mane fit cum et ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris nec in noctem vergitur ubi non creator creature dilectione relinquitur. Denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine et nusquam interposuit noctis vocabulum. Non enim ait alicubi facta est nox sed factum est vespere et factum est mane dies unus. Ita dies secundus et ceteri. Cognitio quippe creature in se ipsa decoloratior est ut ita dixerim quam cum in dei sapientia cognoscitur velut in arte qua facta est. Ideo vespera quam nox congruentius dici potest que tamen ut dixi cum ad laudandum et amandum refertur creatorem recurrit in mane. Et hoc cum facit in cognitione sui ipsius dies unus est. Cum in cognitione firmamenti quod inter aquas inferiores et superiores celum appellatum est fit dies secundus. Cum in cognitione terre ac maris omniumque gignentium que radicibus continuata sunt terre dies tercius. Cum in cognitione luminarium maioris et minoris omniumque siderum dies quartus. Cum in cognitione omnium ex aquis animalium natatilium atque volatilium dies quintus. Cum in cognitione omnium animalium terrenorum atque ipsius hominis dies sextus.

Quare deus dixit fiat lux et non dixit facta est nox sed factum est vespere et mane dies unus

De angelorum conditione quid secundum divina testimonia sentiendum sit. viii

Quando vero in die septimo requievit deus ab omnibus operibus suis et sanctificavit eum nequaquam est accipiendum pueriliter tamquam deus laboraverit operando qui dixit

quod non de die septimo requievisse intelligendus sit videlicet per motho[?]

x dicatur post tempus

sextus e mutabilis motus sicut videtur se habere ordo ille primorum sex vel septem dierum

tantum

et fca sunt vbo intelligibili et sempiterno nō sonabili et tpali · s; requies
dei requiē significat eoꝝ qui requiescūt in deo sicut leticia domꝰ leticiam significat eoꝝ qui letant in domo Etiā si nō eos domꝰ ipa · s; alia
res aliqua letos faciat qūto magis · si eadem domꝰ pulchritudine sua
faciat letos hitātes ut nō solū eloquendi mō leta dicat quo significamꝰ pid qd cōtinet id qd cōtinetur sic theatra plaudūt prata mugiūt cū i illis hoīes plaudant in his boves mugiāt · s; et illo quo
significatur p efficiente id qd efficitur sic leta epl'a dr significans
eoꝝ leticiā quos legentes efficit letos Conuenientissime itaq; cū deū
requieuisse ꝓphetica auctās narrat significat requies eoꝝ qui i illo
requiescūt et quos ipē facit requiescē hoc et hominibꝰ quibꝰ loquit
et ꝓ quos utiq; cōscripta ē ꝓmittēte ꝓphecia · q et post bona opa q
in eis · et q p eos opatur deus si ad illū pus in ista vita p fidem quodāmō accesserint in illo hebūt requiē sempinā · Hoc em et sabbati
uacacōe ex pcepto legis in vetē dei ꝓplo figuratū ē vnde suo loco
diligencius arbitror disserendū De simplici et incōmutabili trinitate dei pris et filii et spūs sci vnꝰ dei cui nō ē aliud q̄litas aliud
qm̄ de sca̅ ciuitatis exortu dicē institui et sba · x

Nunc prius q ad scos angelos attinet dicendū putaui que huiꝰ ciuitatis et magna ps est et eo beatior q nūq̄ pegrinata que hinc diuīa testiōia suppetant quātū satis videbitur deo largiente explicare curabo Vbi deinundi cōstitucione sacre lrē locūtur nō euidēter dicat utrū uel quo ordine creati sūt angli · Sz si p termissi nō sūt ul celi noīe ubi dcm̄ ē In principio fecit deus celū et trām ul potius luās huiꝰ de qua loquor significati sūt Non aūt ee ptermissos hinc estimo qd sciptū est requieuisse deum die septiō ab omnibꝰ opibus suis q fecit cū lib ipē ita sit exortus In principio creauit deus celū et trām nich aliud fecisse videat Cū g° a celo et a tra cepit atz ipā tra quā pmitꝰ fecit sic sciptura
De ortu scte ciuitatis celi et tre et creacione angelorū et luce
eloqūt inuisibilis et incōposita nō duq; luce facta utiq; tenebre
fuerint sr abyssuz · i · sup quādā tre · et aq indistinctā cōfusione ubi
enī lux nō est tenebre sint nece ē deīn oīa creando disposita sint
q p sex dies cōsūmata narrant quō angli ptermittentur tanq̄ nō
essent in opibꝰ dei a quibꝰ in die septiō requieuit Opus aūt dei ee anglos
siquidē et si nō ptermissū nō tū euident explsū ē · Sz alibi h scā
sciptura clarissima voce testat Nam et ympno triū in camino viroꝝ
pdcū est Benedicite oīa opa dm̄ dn̄o in exercicione aūt eoꝝdē opeꝝ et angeli noīati sūt Et in psalmo canit Laudate dnm de celis lau · eū i excel · Laudate eū omēs angli eius lau · eū omēs v · eiꝰ laudate eū
celi celoꝝ et aq q sūt celos sūt laudant nomē dm̄
De creacione et laude angeloꝝ et de distinctōne opm di
Quia ipē dixit et fcā sūt ipē mandauit et creata sūt Etiā h aptissime
adeo fctos anglos diuinitus dcm̄ ē cū eis int cetā celestia cōmeōrātis
infertur ad oīa ipē dixit et fcā sūt Quis porro audebit opinari
post oīa ista q sex diebꝰ enūata sūt anglos fctos eoꝝ et siquis ita
desipit redarguit istā vanitatē illa sciptura paris auctis ubi deus dr
Cū facta sūt sydera laudauerūt me voce magna omēs angeli
mei Iam g° erant angeli qū fcā sūt facta sūt aūt q̄rto die Nunquid
g° die tercio fcos ee dicemꝰ Absit In pmptu ē em qd illo die factum sit facta
sūt quo ab aquis utiq; tra discreta ē et distinctas sua genera spēs
duo ista elementa sumpserunt · et pduxit tra quidq̄ ei radicitus inherebat Nunquid g° secdo · hoc quidē tūc enī firmamentuz fcm̄ ē inter aquas supiores et inferiores celūq; appellatū est in quo firmamento
fcā sūt sydera q̄rto die Nimirū g° si ad istoꝝ dieꝝ ptinet opa dei

angeli ipsi sunt lux illa que diei nomen accepit. Cuius unitas ut commendaretur non est dictus dies primus sed dies unus. Nec alius est dies secundus aut tertius aut ceteri sed idem ipse unus ad implendum senarium numerum vel septenarium repetitus est propter septenariam cognitionem scilicet operum que fecit deus et septimam quietis dei. Cum enim dixit deus fiat lux et facta est lux si recte in hac luce creatio intelligitur angelorum profecto facti sunt participes lucis eterne quod est ipsa incommutabilis sapientia dei per quam facta sunt omnia quem dicimus unigenitum dei filium ut ea luce illuminati qua creati fierent lux et vocarentur dies participatione incommutabilis lucis et diei quod est verbum dei per quod et ipsi et omnia facta sunt. Lumen quippe verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum hoc illuminat et omnem angelum mundum ut sit lux non in se ipso sed in deo a quo si avertitur angelus fit immundus sicut sunt omnes qui vocantur immundi spiritus nec est lux in domino sed in se ipsis tenebre privati participatione lucis eterne. Mali enim nulla natura est sed amissio boni mali nomen accepit.

Propter septenariam cognitionem

Quod sit dies unus non primus non alius sed secundus dies

An etiam beatitudine qua sancti angeli ab initio sunt semper habuerunt etiam illos spiritus qui in veritate non steterunt participes fuisse credendum

Est itaque bonum solum simplex et ob hoc solum incommutabile quod est deus. Ab hoc bono creata sunt omnia bona sed non simplicia et ob hoc mutabilia. Creata sane id est facta non genita. Quod enim de simplici bono genitum est pariter simplex est et hoc est quod illud de quo genitum est que duo patrem et filium dicimus et utrumque hoc cum spiritu sancto unus est deus. Qui spiritus patris et filii spiritus sanctus propria quadam vocatione huius nominis in sacris litteris nuncupatur. Alius est autem quam pater et filius quia nec pater est nec filius sed alius dixi non aliud quia et hoc pariter simplex pariterque bonum est incommutabile et coeternum et hec trinitas unus deus est nec ideo non simplex quia trinitas. Neque enim propter hoc naturam istam boni simpliciter dicimus quia pater in ea solus aut solus filius aut solus spiritus sanctus aut vero sola est ista nominis trinitas sine subsistentia personarum sicut Sabelliani heretici putaverunt sed ideo simplex dicitur quoniam quod habet hoc est excepto quod relative queque persona ad alteram dicitur. Nam utique pater habet filium nec tamen ipse est filius. In quo ergo ad se ipsum dicitur non ad alterum hoc est quod habet sicut ad se ipsum dicitur vivus habendo utique vitam et eadem vita ipse est. Propter hoc itaque natura dicitur simplex cui non sit aliquid habere quod vel possit amittere vel aliud sit habens aliud quod habet sicut vas aliquem liquorem aut corpus colorem aut aer lucem sive fervorem aut anima sapientiam. Nichil enim horum est id quod habet nam neque vas liquor est neque corpus color neque aer lux sive fervor neque anima sapientia est. Hinc est quod etiam privari possunt rebus quas habent et in alios habitus vel qualitates verti atque mutari ut et vas evacuetur humore quo plenum est et corpus decoloretur et aer tenebrescat sive frigescat et anima desipiat. Sed et si sit corpus incorruptibile quod sanctis in resurrectione promittitur habet quidem ipsius incorruptionis inamissibilem qualitatem sed manente substantia corporali non hoc est quod ipsa incorruptio. Nam illa etiam per singulas partes corporis tota est nec alibi maior alibi minor nec enim ulla pars incorruptior quam altera. Corpus vero ipsum maius est in toto quam in parte et cum alia pars est in eo amplior alia minor non ea que amplior est incorruptior quam ea que minor. Aliud est itaque quod non ubique sui totum est aliud incorruptio que ubique eius tota est quia omnis pars incorruptibilis corporis etiam ceteris inequalis equaliter incorrupta est. Neque enim verbi gratia quia digitus minor est quam tota manus ideo incorruptibilior manus quam digitus. Ita cum sint inequales manus et digitus equalis est tamen incorruptibilitas manus et digiti. Ac per hoc quamvis in corpore incorruptibili inseparabilis sit incorruptibilitas aliud est tamen substantia qua corpus dicitur alia qualitas eius qua in-

Quod spiritus sanctus alius est a patre a filio non aliud et de opinione Sabelli

Bonum

sanctis in resurrectione

Quod non sit intelligendum quod aliquis est simplex trinus et unus

corruptibile nuncupatur Et ideo esse sic bonum non est quod habet. Anima quoque ipsa eciam
si semper sit sapiens sic erit cum liberabitur in eternum participacione tamen incommutabilis
sapiencie sapiens erit quod non est quod ipsa Neque enim si aer infusa luce nunquam
deseratur ideo non aliud est ipse aliud lux qua illuminatur Neque hoc ita di-
xerim quasi aer sit anima quod putaverunt quidam qui non potuerunt
in corpore naturam cogitare non sed quia habet hec ad illam etsi in magna
disparilitate de spiritualitate quadam similitudine ut non incon-
venienter dicatur sic illuminari animam incorpoream luce incorporea
simplicis sapiencie dei sicut illuminatur aeris corpus luce cor-
porea et sic aer tenebrescit iste luce desertus nam nichil
sunt aliud quam dicuntur locorum quorumque corporalium tenebre quam aer
carens luce ita tenebrescere animam sapiencie luce privatam Secundum hoc enim
dicuntur illa simplicia que principaliter vereque divina sunt quia non aliud est ibi
qualitas aliud substancia nec aliorum participacione vel divina sapiencia vel beata sunt
Ceterum dictus est in scripturis sanctis spiritus sapiencie multiplex eo quod multa in se habeat
sed que habet hec et est et ea omnia unus est Neque enim multe sed una sapiencia est in qua
sunt infiniti quidem eique finiti thezauri rerum intelligibilium in quibus sunt
omnes invisibiles atque incommutabiles raciones rerum eciam visibilium et muta-
bilium que per ipsam facta sunt quoniam deus nesciens non aliquid fecit quod nec de
quolibet homine artifice recte dici potest. Porro si sciens fecit omnia ea utique fe-
cit que noverat Ex quo occurrit animo quiddam mirum sed tamen verum quod iste mundus nobis
notus esse non posset nisi esset deo autem nisi notus esset esse non posset De opacione
beatitudinis istorum nec dum tenencium permissionis divine primi et primorum in
paradyso hominum ante peccatum . C xi .

Que cum ita sint [illo modo] non quedam secundum ipsa
cum aliquod tempore prius essent erant spiritus illi te-
nebre quos angelos dicimus. sed simul ut facti sunt lux
facti sunt non tamen tantum ita creati ut quoquomodo
ita essent et quoquomodo viverent sed eciam illuminati ut sapienter
ut beateque viverent. Ab hac illuminacione aversi quidam angeli non obtinuerunt
excellenciam sapientis beate vite que procul dubio non nisi eterna est eternitatis
sue certa atque secura sed racionalem vitam licet insipientem sic habent ut eam
non possint amittere nec si velint. Quatenus autem antequam peccassent illius sa-
piencie fuissent participes diffinire quis potest. In eius tamen participacione equales
fuisse istos illis qui propterea vere pleneque beati sunt quia nequaquam de sue beatitudi-
nis eternitate falluntur quomodo dicturi sumus quoniam si equales in ea fuissent
in ea isti in eius eternitate mansissent pariter beati quia pariter certi Neque enim
sicut vita quamdiucumque fuerit ita eterna vita dici veraciter poterit si finem habitura
sit Siquidem vita tantummodo vivendo eterna vero finem non habendo nominata est Quam-
propter quamvis non quicquid eternum continuo beatum sit dicitur enim eciam penalis ignis eter-
nus tamen si vere perfecteque beata vita non nisi eterna est non erat talis istorum
quoque destituta et propterea non eterna sive id scirent sive nescientes pu-
tarent quia scientes timor nescientes error beatos utique non sinebat
Si autem hoc ita nesciebant ut falsis incertisve non confiderent sed utrum
sempiternum an quandoque finem habiturum esset bonum suum in neutram partem firma assen-
sione ferebantur ipsa de tanta felicitate cunctacio eciam
beate vite plenitudinem quam in sanctis angelis esse credimus non
habebat Neque enim beate vite vocabulum ita contrahimus ad quas-
dam significacionis angustias ut solum deum dicamus beatum qui
tamen vere ita beatus est ut maior beatitudo esse non possit In cuius
comparacione quod angeli beati sunt sua quadam summa beatitudine que esse in angelis
potest quid aut quantum est An ita minus felicitatis omnes angeli sunt creati ut

Nec ipsos tamen quod neque lapsuros se possent nosse qui elapsi sunt et post
attinet ad ruinam labencium perseveracione sue perseveranciam acceperit
racionalem vel intellectualem creaturam beatos nun qui steterunt . xii .
cupandos putamus Quis enim primos illos homines in paradyso negare au-

Quod nec sit potencia et sapiencia anime quod non est aer ut quidam putaverunt

de ortu angelice nature bone et male

Quod angeli boni beati esse dicuntur et primi parentes dum in paradiso fuerant

dicat btos (q̃ gñtur ptz ad delectacõẽ pntis boni) ee an petm qm̃s sua btitudo q̃ dñna vel utrũ etna eet
incertos / eet aũt etna nisi peccassent. cũ hodie nõ impudent btos voce
mus quos videm⁹ iste ac pie cũ spe future imortalitatis hac vita
duce sine crimĩe vastante cõsciam facile impetrãtes pctis huj⁹ in
firmitatis diuinã mĩaz. Qui licet de sue pseuerancie pmio certi sint
de ipa tñ pseuerancia sua repiunt incerti. Quis enim homĩ se in accõe
pfectuqz iusticie pseueraturz usqz in finẽ sciat ni aliqua reuelacõe
ab illo fiat certus qui de hac re iusto latentiqz iudicio nõ omis instru
uit. sed nemĩez fallit. Quãtũ itaqz ptinet ad delectacõm pntis boi
beacior erat pmus hõ in padyso qua quil3 iustus in hac infirmitate
mortali. Quantũ aũt spe futuri beacior quibz inqui
buslibet cruciatib⁹ corpis cui nõ opinõe s3 certa manif
estacõe certũ est sine fine hĩturz (omnino) oĩa molestia carentez
societatẽ angelorz in pticipacõe summi dei quã erat ille
hõ sui casus incertus i magna felicitate padysi. Quo
circa cuiuis iam nõ difficilit occurrat utroqz cõiuncto
effici btitudinẽ quã recto pposito itellectualis natura desi
derat hoc ẽ ut et in bono incõmutabili qd deus ẽ sine ulla molestia
pfruatur et in ea se in etnũ ẽe mansurã nec ulla dubitacione cũc
tetur nec ullo errore fallatur. Hanc hr̃e angelos lucis pia fide cre
dim⁹ hanc nec antẽq̃ caderent huisse angelos pctores qui sua prauitate
illa luce puati sũt consequenti rõe colligim⁹. Habuisse tñ aliqua et si
nõ pscia btitudinẽ si vitã egerunt an petm profecto credendi sunt.

Equales erant felicitatis omis angeli boni et mali an pmo cre atis.

(Aliqua m btitudinẽ pñ q̃ con sistit in delectacõẽ pntis boni)

Quo genẽ locucionis dcm̃ sit de dyabulo q̃ in veritate nõ stetit. quia veritas nõ est in eo. c. xiij.

Aut si durũ videtur qui facti sũt angeli a
liquos crede ita factos ut nõ acciperint pscĩam perseuerancie uel
casus sui alios aũt ita ut veritate certissima etnitatẽ sue btitudis
nossent / s3 equalis felicitatis omes ab inicio creati sũt. et ita fuerũt
donec isti qui nũc mali sũt ab illo btitudis lumĩe sua voluntate cec
dissent. pculdubio multo ẽ durius nũc putarẽ angelos scõs etne sue be
atitudinis incertos. et ipos de seipis ignorare q̃ de illis p scripturas scãs
nosse potuim⁹. Quis enĩ catholic⁹ xpianus ignoret nullũz nouuz
dyabolũ ex bonis angelis ulti⁹ futurz sic nec istũz i societatẽ bonorz an
gelorz ulti⁹ rediturz. Veritas quippe in eũuãlio scĩs fidelibusqz pmittit
q̃ erũt equales angelis dei. Quib⁹ ecia pmittit q̃ ibũt in vitã eter
nam. Porro aũt si nos certi sum⁹ nũq̃ nos ex illa imorta
li felicitate casuros. illi võ certi nõ sũt iam pociores nõ
equales erim⁹ s3 q2 nequaq̃ veritas fallit. et equales eis
erim⁹. Profecto ẽe ipi certi sũt sue felicitatis etne. Cui⁹
illi alii qr̃ certi nõ fuerũt nõ enĩ erat eorz etna felicitas
cui⁹ certi eẽnt / q̃ finẽ fuãt hĩtura / restat ut aũt impares
fuerint. aut si pares fuerũt illorz ruinã / illis certa sciã sue
sempitne felicitatis accessent / nisi forte quis dicat id qd dñs ait de dyabolo i
ewanlio. Ille homicida erat ab inicio et in veritate nõ stetit sic ẽe accipiendũ
ut nõ solũ homicida fuit ab inicio .i. i inicio humani gñis ex quo (angl) homo f
factus ẽ quẽ decipiendo possit occidẽ. Verũ et ab inicio sue cõdicionis in
veritate nõ stetit. et iõ nũq̃ btus cũ scĩs angelis fuit suo recusans ee
subditus creatori. et p suã supbiã velut puata ptãte letatus. ac per
hoc falsus et fallax. qr̃ neqz quisq̃ ptãtem oipotentis euadit et qui p
pia subiectõm noluit tenẽ quod vẽ ẽ. affectat p supbie elacõm simulare
qd nõ ẽ ut sic intelligatur. Etiã qd btus iohẽs aplus
ait ab inicio dyabolus peccat hoc ẽ ex quo creatus ẽ iusti
ciam recusans quã nisi pia deoqz subdita voluntas hr̃e
nõ posset. Huic sñie quisq̃s acquiescit nõ cũ illis hereticis
sapit .i. manicheis et siqũe alie illa senciũt q̃ sua quãdaz

Ex angelis bonis nullus malus creabit⁹ nec mal' ad bonos rũti f

Quid maichei et eius modi senciat de angelis mal'

appiam tāq̄ credulo quodā p̄ncipio · dyabol⁹ habeat hanc naͣz mali qui tāta vani
tate desipiūt · ut cū v̄ba iste ewāᵍˡⁱᶜᵃ in auc̄te nobiscū hēnt nō attendant
nō dixisse dn̄m a veritate alien⁹ fuit · s; ī veritate nō stetit ubi a veritate lap
sū intelligi voluit In qua utiq; si stetisset ei⁹ p̄ticeps fac⁹ b̄tus cū scīs
angelis p̄maneret Quid senciendū de eo q̄d sc̄ptū est de dyaˡᵒ q̄ ī verita
te nō stetit · xiiij ·

Subiecit indicāns q̄ quesissem⁹ q̄ ī veritate nō stetit atq; ait · q̄ nō ē veritas in eo si ī illa ste
tisset locucōe aut̄ dictū est minus usitata Sic eni videtur
sonare in veritate nō stetit · q̄ veritas nō ē in eo tamq̄ ea sit cā ut
ī veritate nō stetit q̄ in eo veritas nō sit cū potius ea sit cā ut ī ea ve
ritate nō sit q̄ ī veritate nō stetit Ista locucio ē et in psalmo Ego
clamaui qm̄ exaudisti me deus cū dicendū fuisse videatur Exaudis
ti me deus qm̄ clamaui s; cū dixiss; Ego clamaui tamq̄ ab eo quere
retur Vnde se clamasse monstraret ab effectū exaudicōis dei clamoris
ostendit affectū tamq̄ dicēt Hinc ostendo clamasse me qm̄ exaudisti me

De gradibus et de differencijs creaturarum q̄s alit̄ pendit usus utilitatis alit̄ ordo rōnis · xv ·

Illud v̄o q̄d ait de dyaˡᵒ Johēs ab inicio dyabolus peccat nō intelligētes si nāe ē nullo mō eē pec
catū Sz quid r̄ndetur p̄pheticis testimonijs siue q̄d ysaias
ait sub figurata p̄sona p̄ncipis babilonie dyabˡᵐ notans quō
cecidit lucifer qui mane oriebat siue q̄ ezechiel in delicijs pa
radisi dei fuisti oī lapide p̄cioso ornatus es Vbi intelligit
aliquū fuisse sine p̄cto · Nam expressius ei paulo p̄ dr̄ Ambulasti in diebus
tuis sine vicio Que si alit̄ conueniencius intelligi nequeūt oport; eē et
illud q̄d dcm̄ ē ī veritate nō stetit sic accipiam⁹ q̄ ī veritate fuit
s; nō p̄mansit Et illud q̄ ab inicio dyabolus peccat nō ab inicio ex quo
creatus ē peccare reputandus ē s; ab inicio p̄cti q̄ ab ip̄ius sup̄bia ce
pit eē p̄ctm̄ Nec illud q̄d sc̄ptū ē in libro Job cū de dyaˡᵒ s̄mo eēt
hoc ē iniciū figmenti dn̄i q̄d fecit ad illudendū angelis suis Cui cōsonare
videt̄ eē p̄s ubi legit̄ · Draco hic quē finxisti ad illudendū ei sic in
telligendū ē ut existimem⁹ talē ab inicio creatū cui ab angelis illu
der̄et · sed in hac pena post p̄ctm̄ ordinatū Iniciū g̊o ei⁹ figmentū ē
dn̄i Non eni ē ulla nā eciā in extremis infimis q; bestiolis q̄ non
ille cōstituit a quo ē omnis modus omnis spes omnis ordo sine quib⁹
nichil rerū inueniri uel cogitari p̄t · quāto magis angelica creatura
q̄ oīa cetera q̄ deus creauit nāe dignitate precedit

Quid sit dcm̄ de dyabˡᵒ ī eww̄ homicida erat ab inicio

Vicium malicie nō naturā esse sed cōtra nām cui ad p̄ccandū nō conditor cā ē sed voluntas · xvi ·

In his eni q̄ quoquo mō sūt et nō sūt q̄ deus ē a quo facta sūt p̄ponunt viuencia nō viuentib⁹ sic ea q̄ vim gig
nendi uel eē appetendi hn̄t his q̄ isto mō carent Et in his
q̄ viuūt p̄ponitur senciencia nō sencientib⁹ sic arbori
bus et animalia · et in his que senciunt p̄ponit intelligen
cia nō intelligentib⁹ sicut hoīes pecorib⁹ · et in his
q̄ intelligūt p̄ponitur ī mortalia mortalib⁹ sic angeli
hoībus si ita p̄ponitur nāe ordine est aut̄ alius atq; alius p̄ suo
cuiusq; usu estimacōis modus quo fit ut queda sensu carencia quib⁹
dam sencientib⁹ p̄ponam⁹ in tm̄ ut si p̄tas eēt prorsus de nā rerum auffer
re velim⁹ siue quē in ea locū hēant ignorātes siue eē sciam⁹ nr̄is ea
comodis p̄ponētes Quis eni nō domui sue panē hr̄e q̄ mures nu
mos q̄ pulices malit Sz quid mirū cū in ip̄orū eē hoīm estimacione
quorū c̄te nātā tante ē dig̃tatis plerūq; carius compet equus q̄ ser
uus gēma q̄ famul Ita libertate iudicādi plurimū distat rō cōside
rantis a nāte indigentis seu voluptate cupientis cū ista q̄ p̄ se ip̄m
in rerū gradib⁹ pensat Necessitas aut̄ quid p̄p̄ quid expediat cogitat
et ista quid verū luci mētis appareat voluptas v̄o quid iocūdū corporis +

Qz adeo sunt omnes creature facte ec nume bestiole

sensibus blandiatur expectat. Quoniam tantum valet in naturis rationabilibus quoddam
veluti pondus voluntatis et amoris ut cum ordine nature angeli hominibus
tamen lege iusticie boni homines malis angelis preferantur. De pulchritudine
vniuersitatis que per ordinacionem dei eciam ex contrariorum fit opposicione lucencior

Propterea natura igitur non propter maliciam dyaboli dicitur vite intelli xvij
gimus hoc est inicium figmenti domini quia

Ordine nate angeli hominibus boni homines malis angelis preferunt

sine dubio ubi est vicium malicie natura non viciata +
contra naturam est ut non possit nisi nocere nature Non itaque esset +
vicium recedere adeo nisi nature cuius id vicium est pocius com
peteret esse cum deo qua propter eciam voluntatis male grande tes
timonium est nature bone (natura bona) Quoniam deus sicut naturarum bonarum optimus
creator est ita malarum voluntatum iustissimus ordinator ut cum ille male utuntur
naturis bonis ipse bene utatur eciam voluntatibus malis Itaque fecit ut dyabolus
institucione illius bonus voluntate sua malus in inferioribus ordinatus
illuderetur ab angelis eius i. ut prosint temptaciones eius sanctis quibus eas obesse
desideat Et quoniam deus tamen eum conderet future malignitatis eius non erat
utique ignarus et previdebat que bona de malo eius esset ipse facturus propterea ait
Draco hic quem finxisti ad illudendum ut in eo ipso quod eum finxit licet per
suam bonitatem bonum iam per suam presciam preparasse intelligatur quomodo illo
uteretur et malo. Quid sentiendum videatur divisit deus inter lucem et tenebras xviij

+ [illegible]

Neque enim deus ullum non dico angelorum sed vel hominum
crearet quem malum futurum prescisset nisi pariter nosset quibus eos
bonorum usibus commodaret atque ita ordinem seclorum tanquam pulcherri
mum carmen eciam ex quibusdam quasi antithetis honestaret. Antitheta enim
que appellantur in ornamentis elocucionis sunt decentissima que latine
ut appelletur opposicio et vel quod expressius dicitur contraposita
non est apud nos huius vocabuli consuetudo cum tamen eisdem or
namentis locucionis et sermo latinus utatur immo lingue omnium
gencium. His antithetis et paulus apostolus in secunda ad cho
rinthios epistula illum locum suaviter explicat ubi dicit per arma iusticie
a dextris et sinistris per gloriam et ignobilitatem per infamiam et bonam fa
mam ut seductores et veraces ut qui ignoramur et cognoscimur quasi mo
rientes et ecce vivimus ut coherciti et non mortificati ut tristes semper
aut gaudentes sic egeni multos aut ditantes tanquam nichil habentes et omnia
possidentes. Sicut ergo contraria contrariis opposita sermonis pulchritudinem
reddunt ita quadam non verborum sed rerum eloquencia contrariorum opposicione seculi pul
chritudo componitur. Apertissime hoc positum est in libro ecclesiastico isto modo Contra malum
bonum et contra mortem vita sic contra pium peccator et sic intuere in omnia opera
altissimi bina et bina unum contra unum. Quamvis itaque divini
sermonis obscuritas eciam ad hoc sit utilis quod plures sentencias veri
tatis parit et in lucem noticie perducit dum alius eum sic alius
intelligit sic ita tamen ut quod in obscuro loco intelligitur vel at
testacione rerum manifestarum vel aliis locis minime dubiis as

Quo deus antitheta sermonis ornavit in creacione angelorum hominum

De pulchro ordine deus quam creavit contra malum boni

seratur sive tamen multa tractantur ad id quoque perveniatur quod sensit ille qui scripsit
sive id lateat sed occasione tractande obscuritatis alia quedam vera dicantur
non mihi videtur ab operibus dei absurda sentencia si cum lux prima illa facta
est angeli creati intelliguntur inter sanctos angelos et inmundos fuisse discretum
ubi dictum est et divisit deus inter lucem et tenebras noctem. Solus quippe ille — + et tenebras vocavit +
ista discernere potuit qui potuit eciam prescire casuros et priva
tos lumine veritatis in tenebrosa superbia remansuros. Nam inter istum no
bis notissimum diem et noctem i. inter hanc lucem et has tenebras vulga
tissima sensibus nostris luminaria celi ut dividerent imparavit. Fiant in
quit luminaria in firmamento celi ut luceant super terram et dividant inter diem
et noctem. Et paulo post. Fecit inquit deus duo magna luminaria luminare
maius in principio diei luminare minus in principio noctis et stellas et posuit

illa deus in firmamento celi lucē sup t̄ra et p̄ eē diei et nocti
et diuidē int' lucē et tenebras Inter illā vō lucē q̄ s̄ta socie
tas angelor̄ ē illustracōe v̄itatis intelligibilis fulgens et ei
contrarias tenebras .i. malor̄ anglor̄ auersor̄ a luce iusticie te
tras mētes ipē diuidē potuit cui et futur̄ nō nate sed vo
luntatis malū occultū aut incertū eē nō potuit

Qr deus fecit duo lumīaria firma
m̄tū et
alia

De eo q' post discrecōm lucis ac tenebrarū dictū ē Et vidit deus lucē q2 bona est xix

Deniq3 illud nō ē p̄tereundū silencio qd dixit deus fiat lux et fcā ē lux continuo subiunctū ē et vidit lucē quia bona ē non postea q̄ separauit int' lucē et tenebras et vocauit lucē diē et tenebras noctē ne sil' cū luce etiā talibus tenebris testimoniū placiti sui p̄buisse videretur Nam ubi tenebre inculpabiles sūt int' quas et lucē istā huius oculis cōspicuā lumīaria celi diuidūt nō ante sed post infert Et vidit deus q2 bonū posuit inquit ea in firmamento celi lucē sup t̄ra et p̄esse diei et + nocti et separare int' lucē et tenebras et vidit deus q2 bonū ē et post modū infert Et separauit deus int' lucē et tenebras et vocauit lucem diem et tenebras noctē Non hoc loco additū ē et vidit deus q2 bonū ē ne utrūq3 appellaret bonū cū eēt hor' alter' malū vicio ppriō nō nāt' et iō sola lux ibi placuit conditori tenebre aut angelice et si fuerant ordinande nō tū fuerant approbande

+ utrūq3 placuit q2 utrūq3 sine pctō ē · vō aut dixit d's fiat lux et fcā ē lux statim sequit' et vidit deus lucē q2 bō ē et p9 modū infert ++

De eterna et i'comutabili dei sciā et voluntate quia semp illi et vniūsa que fecit sic placuerit faciēda q̄admodū facta xx

Quid illud intelligendū in eo q' p' oiā dr̄ Vidit deus quia bonū est · n' opis approbacio scd'm artem facti que sapiā dei ē · deus aut usq3 adeo nō cū factū ē tū didicit bonū ut nichil eor̄ fiūt si ei fuiss3 incognitū Dū g° videt q2 bonū ē q2 n' vidiss3 an q̄ fieret nō utiq3 fiet docet bonū eē nō discit Et plato quidem plus ausus dicē elatū eē sz deū gaudio mūdi vniuersitate fcā ubi et ipē nō usq3 adeo desipiebat ut putaret diuinū sui opis nouitate fcm̄ beaciorē · s3 sic ostendē voluit artifici suo placuisse iam factū qd placuerat in arte faciendū nō q' ullo mō dei sciā varietur ut aliud in ea faciat q̄ fcā nō sūt aliud q̄ iam sūt aliud q̄ fuerūt Non eī more nro ille ul' qd futur̄ est prospicit ul' qd p̄ns ē aspicit ul' qd p̄teritū ē respicit s3 alio mō quodā altior̄ cogitacōnū cōsuetudie longe alteq3 diuiso Ille quippe nō ex hoc in illud cogitacōe mutata s3 oio incōmutabilit' videt ita ut illa quidē q̄ tpalit' fiunt et futura nō dū sint et p̄ncia iā sint et p̄tita nō sint ipē vō hec oiā stabili ac sempīna sciā cōp̄hendat nec alit' oculis nec alit' mēte nō eī ex aīo cōstat et corpe nec alit' · aliter antea alit' postea quippe fiant nra ita eius q̄ sciā triū tpm p̄ntis videl3 et p̄titi ul' futuri varietate mutat' apud quē nō est trāsmutacio nec momenti obumbracio nec eī eius intencio de cogitacōe in cogitacōem trāsit in cuius incorpeo cōtuitu simul adsūt cūcta q̄ nouit qui tpa ita nouit nullis sine tpalibus motōnibus quemadmodū tpalia mouet nullis suis tpalibus motibus Ibi g° vidit bonū eē qd fecit ubi bonū eē qd vidit ut faceret nec q2 factū vidit sciēciam duplicauit ul' ex aliqua pte auxit tamquā minoris approbacio sciē fuerit p'us quā faceret qd videret q̄ tam pfc̄o nō operaret' n' tam pfc̄a sciā cui nichil ex eius opibus addetur Quapropter si tantū nobis insinuandū eēt quis fecit lucē sufficeret dicē fecit deus lucē Si aut nō solū quis fecerit verū et p' quid fecit satis eēt intimari Et dixit deus fiat lux et fcā ē lux ut nō tantū deū sed et p' vbū lucē eē nossem9 Quia vō tria quedā maxie sciēda de creatura nobis oportuit intimari quis eam fecerit p' quid fecit quare fecit dixit deus inquit fiat lux et fcā ē lux et vidit deus lucē q2 bona ē Si g° querim9 quis fecit deus ē

quibus

De errore plonis qui deū sui nouitate opis factū eē beaciorē dixit

Deus vidit bonū esse qd fecit ubi bonū eē vidit et faceret

fieret

6 fecisse

si p quid fecit dixit fiat et factum ē Cur quare fecit qz bona ē Nec
auctor ē excellencior deo nec ars est efficacior dei ubo
nec cā melior quā ut bonum creatur a bono · hanc etiam
plato cām condendi mūdi iustissimā dicit ut bono deo bo
na opa fierent siue ista legerit siue ab hijs qui legerant forte
cognouit siue acerrimo ingenio inuisibilia dei p ea q facta
sunt intellecta cōspexit siue ab hijs qui ita cōspexerant
et ipe didicerit · hanc tamē cām .i. ad bona creanda bonitate
De hijs quibus cum in uniuersitate rerum a bono creatore bene

plato dic abono deo bona opa ee facta qd ē cōtra qsdam hereticos

H anc inquā cām tam iustam quidē displicet et putant
atqz ydoneam que diligenter considerata et
pie cogitata omēs cōtrouersias querencium mūdi originē finiat qui
dam heretici nō viderunt qz egenā carnis huius fragileqz mortalitatem
iam de iusto supplicio venientē dum ei nō conueniunt plurima offendunt
sic ignis aut frigus aut fera bestia aut quid eiusmodi · nec attendunt quō
vl in suis locis naturisqz vigeant pulchroqz ordine disponantur quā
tumqz vniuersitati rerum pro suis porcionibus decoris tamq in cōmunem rem
publicā cōferant vl nobis ipis si eis cōgruenter vtamur comodi
tatis attribuunt ita ut venena ipa que p incōueniencia pniciosa
sunt cōuenienter adhibita in salubria medicamenta

conditarum quedam displicent et putant aliquā malam esse naturam · xxi ·

deus auctor est in magnis ut minor nō sit i paruis

vertuntur · quamq contrario et hec quibus delectantur sicut cibus
et potus · et ista lux inmoderato et inportuno usu
noxia mox senciantur Vnde nos admonet diuina prouiden
cia nō res insipienter vituperare · sed vtilitatem rerum dili
genter inquirere et vbi nostrum ingenium vl infirmitas deficit
ita credere occulta sic erant que vix potuimus inuenire · qz et ipa uti
litatis occultacio aut humilitatis exercitacio est aut elacionis attricio
cum omnino natura nulla sit malum nomenqz hoc nō sit nisi priuacionis boni · sed a terre
nis usqz ad celestia · et a uisibilibus usqz ad inuisibilia sunt aliis bonis
alia bona meliora · Ad hoc inequalia ut essent omnia · Deus autem ita ē arti
fex magnus in magnis ut minor nō sit in paruis · que parua nō sua gran
ditate · nam nulla est · sed artificis sapiencia meciendasunt sicut in spe visibili
hominis si vnum radatur supercilium quā prope modum nichil corpori · et quam multum
detrahitur pulchritudini que nō mole cōstat sed paritate membrorum
ac dimensione Nec sane multum mirandum ē quod hij qui nō nullā putant
naturam ee quodam contrario exortam propagatam principio noluerunt accipere istā cām cre
acionis rerum ut bonus deus conderet bona credentes pocius ad eum
danda molimina rebellantis aduersum se mali extrema necessitate ꝑductum
sua qz naturam bonā cohercendo superandoqz miscuisse quod turpissime pollu
tam · et crudelissime captiuatam et oppressam, vix mundet labore et
magno ac liberet · nō tamen totam · sed quod eius nō potuit ab illa inquinatione
purgari tegimen ac vinculum futuri hostis victi et inclusi Sic autem
manichei nō desiperent et pocius desanirent dei naturam sic ē immutabi
lem atqz omnino incorruptibilem crederent cui nocere nulla res
vero que voluntate mutari in deterius et peccato corrumpi
potuit atqz ita incōmutabilis veritatis lucem priuari nō
dei ptē nec eius naturam que dei est sed ab illo conditum
legem imparem conditori xana sanitate sentirent

possit animam

Cōtra manicheos qui animam adeo condita dicunt sp fuisse ptē dei

S ed multo ē mirandum De errore in quo origenis doctrina incul
amplius quod ee quidam qui unum nobiscum cre patur · c · xxij ·
dunt omnium principium ee rerum nullamqz naturam q nō est qd deus nisi ab
illo conditore ee noluerunt · cum istam causam fabricandi tam bonam
ac simplicem bonum ac simpliciter crederent ut deus bonus conderet bona et
essent post deum q nō essent qd ē deus bona tamen q nō faceret nisi bonus
Sed animas dicunt nō quidem ptes dei · sed factas a deo peccasse a conditore

marg.: + noxia · + malo

recedendo et diversis progressibus pro diversitate peccatorum a celestibus usque ad ista diversa corpora quasi vincula meruisse et hunc esse mundum eamque causam mundi fuisse faciendi non ut conderentur bona sed ut mala cohiberentur. Hinc origenes iure culpatur. In libris enim quos appellat periarchon id est de principiis hoc sensit hoc scripsit. Ubi plus quam dici possit miror hominem in ecclesiasticis litteris tam doctum tam exercitatum non attendisse primum quam hoc esset contrarium scripture huius tante auctoritatis intentioni que per omnia opera dei subiungens et vidit deus quia bonum est completisque omnibus inferens et vidit deus omnia que fecit et erant valde bona nullam aliam causam faciendi mundi intelligi voluit nisi ut bona fierent a bono deo ubi si nemo peccasset tantummodo naturis bonis esset mundus ornatus et plenus. Et quia peccatum est non ideo cuncta sunt impleta peccatis cum bonorum longe maior numerus in celestibus sue nature ordinem servet nec mala voluntas quia nature ordinem servare noluit ideo iusti dei leges omnia bene ordinantis effugit quoniam sicut pictura cum colore nigro loco suo posito ita universitas rerum si quis possit intueri etiam cum peccatoribus pulchra est quamvis per se ipsos consideratos sua deformitas turpet. Deinde videre debuit origenes et quicumque ista sapiunt quia si hec opinio vera esset mundum ideo factum ut anime pro meritis peccatorum suorum tamquam ergastula quibus penaliter includerentur corpora acciperent superiora et leviora que minus inferiora vero et graviora que amplius peccaverunt demones quibus deterius nichil est terrena corpora quibus inferius et gravius nichil est potius quam homines etiam bonos habere debuisse. Nunc vero ut intelligeremus animarum merita non qualitatibus corporum esse pensanda aereum pessimus demon homo autem et nunc licet malus longe minoris mitiorisque malicie et certe ante peccatum tamen luteum corpus accepit. Quid autem stultius dici potest quam istum solem ut in uno mundo unus esset non decori pulchritudinis vel etiam saluti rerum corporalium consuluisse artificem deum sed hoc potius evenisse quia una anima sic peccaverat ut tali corpore mereretur includi. Ac per hoc si contigisset ut non una sed due immo non due sed decem vel centum similiter equaliterque peccassent centum soles haberet hic mundus. Quod ut non fieret non opificis provisione mirabili ad rerum corporalium salutem decoremque consultum est sed contigit potius tantum unius anime progressione peccantis ut sola corpus tale mereretur. Non plane animarum de quibus nescit quid loquatur sed eorum ipsorum qui talia sapiunt multum longe a veritate est merito cohercenda progressio. Hec ergo tria que superius commendavi cum in unaquaque creatura requiruntur quis eam fecerit per quid fecerit quare fecerit ut respondeatur deus per verbum quia bona est utrum altitudine mistica nobis ipsa trinitas intimetur hoc est pater et filius et spiritus sanctus an aliquid occurrat quod hoc loco scripturarum accipiendum esse prohibeat multi sermonis est questio nec omnia uno volumine ut explicemus urgendum est.

[Margin: Contra errores origenis quos sensit in libris suis periarchon]
[Margin: Quis creavit fecit per quid quare fecit videt deus per verbum]
[Margin: or] [Margin: intentioni]

De trinitate divina que per omnia opera sua significationis sue sparsit indicia. c. xxiiij.

Credimus et tenemus et fideliter predicamus quod pater genuerit verbum hoc est sapientiam per quam facta sunt omnia unigenitum filium unus unum eternus coeternum summe bonus equaliter bonum et quod spiritus sanctus simul et patris et filii sit spiritus et ipse consubstantialis et coeternus ambobus atque hoc totum et trinitas sit propter proprietatem personarum et unus deus propter inseparabilem divinitatem [sicut unus omnipotens propter inseparabilem] omnipotentiam ita tamen ut et cum de singulis queritur unusquisque eorum et deus et omnipotens esse videatur cum vero de omnibus simul non tres dii vel tres omnipotentes sed unus deus omnipotens. Tanta ibi est in tribus inseparabilis unitas que sic se voluit predicari. Utrum autem bonus pater et bonus filius spiritus sanctus quia communis ambobus est recte bonitas dici possit amborum temerariam non audeo precipitare sententiam verum

[Margin: pater genuit verbum et spiritus sanctus simul patris et filii est spiritus coeternus]
[Margin: divinitatem sicut unus omnipotens propter inseparabilem]

PRocurrente igitur per tempora civitate dei primo in umbra futuri in terrena scilicet ierusalem regnavit david. Erat david in canticis eruditus qui armoniam musicam non vulgari voluptate sed fideli voluntate dilexerit eaque deo suo qui verus est deus mystica rei magne figuratione servierit. diversorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus concordi varietate compactam bene ordinate civitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere prophetia eius in psalmis est quos centum quinquaginta liber continet quem psalmorum vocamus. In quibus nonnulli eos volunt esse solos factos a david qui eius nomine inscripti sunt. Item qui putant non ab eo factos nisi qui prenotantur ipsius david ab aliis factos persone ipsius fuisse coaptatos. Que opinio voce evangelica salvatoris ipsius refutatur ubi ait quod ipse david in spiritu christum dixit esse dominum suum quoniam psalmus C.ix sic incipit. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et certe idem psalmus non habet in titulo ipsius david sed ipsi david sicut plurimi. Michi autem credibilius videntur existimare qui omnes illos C.l. psalmos eius operi tribuunt eumque aliquos prenotasse etiam nominibus aliorum aliquid quod ad rem pertineret figurantibus. Ceteros autem nullius hominis nomen in titulo habere voluisse sicut ei varietatis huius dispositionis quamvis latebrosam non tamen inanem dominus inspiravit. Nec movere debet ad hoc non credendum quod nonnullorum nomina prophetarum qui longe post david tempora fuerunt quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta et que ibi dicuntur vel ab eis videntur. Neque enim non potuit propheticus spiritus prophetanti regi david haec etiam futurorum prophetarum nomina revelare ut aliquid quod eorum persone conveniret prophetice cantaretur sicut rex iosias exorturus et regnaturus post annos amplius quam trecentos cuidam prophete qui etiam facta eius futura predixit cum suo nomine revelatus est.

Quod non intelligendum sit quis C.l. psalmos composuit cum varii tituli in eis ponantur

De hiis que in psalmis ad christum et ecclesiam pertinentia aperte dicuntur et tropice. C. xv.

NUnc iam a me expectari video ut hoc loco huius libri aperiam quid in psalmis david de domino nostro ihesu christo vel eius ecclesia prophetaverit. Ego autem ut hoc non faciam sicut videtur ipsa expectatio postulare quamvis iam in uno fecerim copia magis quam inopia impedior. Omnia enim ponere vitandi prolixitatis causa prohibeor quedam vero si aliqua elegero vereor ne multis qui ea noverunt videar magis necessaria preterisse. Deinde quia testimonium quod profertur de contextione totius psalmi debet habere suffragium aut certe nichil sit quod ei refragetur si non omnia suffragantur ne more centonum ad rem quam volumus tamquam versiculos decerpere videamur velut de grandi carmine quod non de re illa sed de alia longeque diversa reperiatur esse conscriptum. Hoc

Quod de psalmo quedam uerba de domino ihesu et ecclesia augustinus exponit sicut ante ei exposuit

nit ut quocumq; psalmo possit omnibus exponendis e totus q quanti opis sit et aliorum
et nra volumina in quibus h fecimus satis indicat. Legat ergo ille qui voluit et potu
it i nevnire q et quanta rex david idemq; propheta de xpo et ecclesia prophetavit de
rege sz et civitate quam condidit. Non habet enim de quacumq; re proprie sic atq; ma
nifeste propheticae locutiones ut eis et tropice misceat que maxime propter
tardiores i genere doctoribus laboriosi disputandi exponendiq; negocium q tri
xpm et ecclesia ipa prima facie mox ut dicitur ostendunt et si ex ocio restant ex
ponenda q in eis minus intelligunt quale illud e i eodem psalmorum libro Eructa
vit cor meum verbum bonum dico ego opa mea regi Lingua mea calamus scribe
velociter scribentis. Speciosus forma p filiis hominum diffusa e gra in labiis tuis
propterea benedixit te deus in eternum. Accingere gladio tuo sup femur tuum potentissime
Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna propter veri
tatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute potentissime
populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi virga
directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unx
it te deus deus tuus oleo exultationis p participibus tuis. Mirra et gutta et
cassia a vestimentis tuis a domibus eburneis ex quibus delectaverunt te filie re
gum in honore tuo. Quis non hic xpm quem predicamus et in quem | In ps david eructavit cor meum verbum bonum multa de vero xpo exponit
credimus qualiscumq; sit tardus agnoscat cum audiat deum cuius sedes
est in secula seculorum et unctum a deo utiq; sicut unguit deus non visibi
li sz spirituali atq; intelligibili crismate. Quis enim tam rudis
est in hac religione vel tam surdus adversus eius famam lo
ge lateq; diffusam ut xpm a crismate hoc e ab unctione appella
tum ee non noverit. Agnito autem rege xpo iam cetera q hic tropi
ce dicta sunt quo sit speciosus forma p filiis hominum quadam tanto magis ama
da atq; miranda quanto minus corporea pulchritudine quis gladius eius
q sagitte et cetera istorum non proprie sz tropice posita iam subditus ei q regnat propter
veritatem et mansuetudinem et iusticiam inquirat ex ocio. Deinde aspiciat eius
ecclesiam tanto viro suo spirituali connubio et divino amore coniunctam de qua dr
i his que secuntur. Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circumamic
ta varietate. Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum
et domum patris tui. Concupivit rex speciem tuam qui ipe e dominus deus | Non est opinandum q david ubi dr audi filia et cetera loquitur de muliercula coniuge illius tu deum e sedes tua deus
tuus et adorabunt eum filie tyri i muneribus tuum vultum deprecabu
buntur divites plebis. Omnis gloria eius filie regis intrinsecus i
fimbriis aureis circumamicta varietate. Afferentur regi virgines
post eam proxime eius afferentur tibi. Afferentur in leticia et ex
ultatione adducentur i templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi
filii constitues eos principes sup omnem terram. Memores erunt
nominis tui domine in omni generatione propterea populi confitebuntur tibi in eternum
et in seculum seculi. Non opinor quemquam ita desipere ut hic aliquam mulierculam
predicari credat atq; describi coniugem videlicet illius cui dictum e Sedes tua deus
in seculum seculi virga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea un
xit te deus deus tuus oleo exultationis p participibus tuis. xpm utiq; p
xianis. Hii sunt enim participes eius et quorum i omnibus gentibus unitate atq;
concordia fit ista regina sicut in alio ps de illo dr Civitas regis magni i
... est syon spiritualis qd nomine latino interpretatum speculatio est. Speculatur
enim futurum seculi magnum bonum qui illuc dirigitur eius intentio ipa e ierusalem
eodem modo spiritualis. Unde inimica illi e civitas dyaboli babi
lon q confusio interpretatur. Ex qua tamen babylone regina ista i | Quid sit civitas magni syon speculacio ierusalem celestis visio dei vel videns deum
omnibus gentibus regeneratione liberatur et a pessimo rege ad
optimum regem i. a dyabolo transit ad xpm propter qd ei dr Obliviscere po
pulum tuum et domum patris tui. Cuius civitatis in parte porcio
sunt et israhelite sola carne non fide inimici etiam ipi magni regis
huius eiusq; regine. Ab ipis enim veniens et ab eis xps oc
cisus magis aliorum factus e quos non vidit i carne. Unde

per quendam psalmum prophetiam dicit ipse rex noster Eripies me de contradictionibus
populi constitues me in caput gentium. populus quem non cognovi servivit mihi. populus
g' iste gentium quem non cognovit Christus presentia corporali in quem tamen Christum sibi
annunciatum credidit ut merito de illo diceretur In auditu auris obaudivit mihi quia
fides ex auditu est. Iste inquam populus additus veris et carne et fide israhelitis
civitas est dei que ipsum quoque secundum carnem peperit Christum quando in solis illis is
rahelitis fuit Inde quippe erat virgo Maria in qua carnem Christus ut homo esset
assumpsit De qua civitate psalmus alius ait Mater syon dicet homo et homo factus
est in ea et ipse fundavit eam altissimus Quis est altissimus nisi deus Et per
hoc Christus deus antequam in illa civitate per Mariam fieret homo Ipse in patriarchis et
prophetis fundavit eam. Cum igitur huic regine civitati dei tanto ante dictum sit
per prophetiam quod iam videmus impletum pro patribus tuis nati sunt tibi filii con
stitues eos principes super omnem terram Ex filiis quippe eius per omnem terram sunt
prepositi et patres eius cum ei confiteantur populi concurrentes ad eam in confessionem
laudis eterne in seculum seculi procul dubio quidquid hic tropicis locutionibus subob
scure dictum est quomodo intelligatur debet hiis rebus manifestissimis convenire ¶Sicut et xvi
in illo psalmo ubi sacerdos Christus quemadmodum hic rex apertissime predicatur Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Sedere Christum ad dexteram patris creditur non videtur eius et inimicos poni
sub pedibus eius nondum apparet nunc id agitur apparebit in fine et hoc nunc cre
ditur postea videbitur. Verum quod sequitur Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon
dominare in medio inimicorum tuorum. ita clarum est ut et non solum infideliter et infe
liciter sed et impudenter negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici ex syon missam
fuisse legem Christi quod nunc evangelium nos vocamus et eam virgam virtutis eius agnos
cimus. Dominari vero eum in medio inimicorum suorum idem ipsi inter quos dominatur dentibus
suis frendendo et tabescendo et nichil adversus eum valendo testantur. Deinde quod
paulo post dicit Iuravit dominus et non penitebit eum quibus verbis inmutabile
futurum esse significat quod adiungit Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech
ex eo quod iam nusquam est sacerdotium et sacrificium secundum ordinem aaron
et ubi offertur sub sacerdote Christo quod protulit melchisedech quando
benedixit abraham quis ambigere permittitur de quo ista dicantur
Ad hec itaque manifesta referuntur que paulo obscurius in eodem psalmo
posita sunt que quomodo recte intelligantur quod in nostris popularibus sermonibus fe
cimus. Sic et in illo ubi humilitatem passionis sue per prophetiam
Christus eloquitur dicens Foderunt manus meas et pedes meos
dinumeraverunt omnia ossa mea Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me. quibus
utique verbis in cruce significavit corpus extentum manibus pedibusque con
fixis et clavorum transverberatione confossis eoque modo se spectaculum consideranti
bus et conspicientibus prebuisse. Addens etiam Diviserunt sibi vestimenta mea
et super vestem meam miserunt sortem. Que prophetia quemadmodum impleta sit evan
gelica narrat hystoria. Tunc profecto et alia recte intelliguntur que ibi minus a
perte dicta sunt cum congruunt que tanta manifestatione claruerunt presertim quia
et illa que non transacta credimus sed presentia contuemur sicut in eodem psalmo leguntur
tanto ante predicta ita nunc exhibita iam toto orbe cernuntur Ibi enim pau
lo post dicitur Commemorabuntur ad dominum et convertentur universi fines terre Et adorabunt
in conspectu eius universe patrie gentium quoniam domini est regnum et ipse dominabitur
gentium ¶De resurrectione quoque eius nequaquam psalmorum oracula tacuerunt xvii
Nam quid est aliud quod in psalmo tercio ex persona eius canitur Ego dormivi et
sompnum cepi et exsurrexi quoniam dominus suscepit me An forte quisquam ita
desipit ut credat vel ut aliquid magnum nobis indicare voluisse prophe
tam quod dormierit et exsurrexerit nisi sompnus iste mors esset et evigilatio
resurrectio quam de Christo oportuit sic prophetari Nam et in xl. psalmo Be
atus qui intelligit manifestius id ostendit ubi ex persona eiusdem medi
atoris more solito tamquam preterita narrantur que futura prophetabantur quoniam que ven
tura erant iam in predestinatione et prescientia dei velut facta erant quia certa erant

De psalmo Dixit
dominus domino meo
item virga vir
tutis item et se
cundum ordinem
melchi
sedech

Inimici inquit mei dixerunt mala michi qn̄ morietur et peribit nomē eius. Et
si ingrediebatur ut videret vana loquitur c̄ cor eius egrediebatur foras et loquebatur
simul in vnū adūsus me cogitabāt mala michi v̄bum iniquū disposuerunt ad
uersus me. Nunquid qui dormit adiciet ut resurgat hic c̄te ita posita sunt
ūba hec ut nichil aliud dixisse intelligatur q̄ si diceret Nunquid
qui moritur adiciet ut resurgat reuiuiscat Superiora
quippe demōstrauit mortem ipsius cogitasse et disposuisse
inimicos eius. et hoc actū esse p eū qui ingrediebatur ut
videret et egrediebatur ut proderet Cum aūt h̄ nō occurrat ex
disciplō eius fuis traditor iudas qui g° factum erant q̄d
mo hebat .i. occisum erat eū ondens illos vana malicia frustra occi
suros resurrecturum sic adiecit hunc ūsum velut si diceret Quid agitis
vani Qz ūm scelus est meus sopnius est Nunquid qui dormit non
adiciet ut resurgat Etenim hō pacis me in quid speraui qui edebat panes
meos āplificauit sup me calcaneū. hoc ē cōculcauit me
Tu aūt inquit dn̄e miserere mei et resuscita me et reddā
illis Quis hoc iā neget qui iudeos post passionē resur
rectionē x̄ de sedibus suis bellica strage et excidio funditus era
dicatos videt Occisus eū ab eis resurrexit et reddidit
eis interim t̄paria disciplinā excepto q̄ nō correctis fuat
qū viuos et mortuos iudicabit Nam dn̄s ipe ihūs istū ipm̄
traditorē suū p panem porrectum ondens aplīs. hunc ec ūsum psalmi huius
cōmeorauit et ibi se dixit ipletum Qui edebat panes meos meum āplifica
uit sup me calcaneū Qz aūt inquē speraui nō cōgruit capiti sz corpi
.n. nesciebat eū ipe saluator de quo ante iā dixerat Vnus ex vobis dyabolus
ē sz solet ibi se mēbrorū suorū trāsferre psonā ut sibi tribue q̄ eēt illorū q̄a
capunt et corpus vnus ē x̄ps Vnde illud ē in eūn Esuriui et dedisti michi
manducare Quod exponens ait qn̄ vni ex minimis meis fecistis michi fe
cistis Se itaqz dixit sperasse q̄ tunc sperat de iuda discipli eius qui est
cōnūatus aplīs Iudei aūt x̄pm̄ quē sperant morturum esse nō sperant
quē lex et p̄phete annūciauerūt illum eē nō putat sed nescio quē suum q̄
sibi aliūm admortuus passionem cōfingit Ideo mirabili
vanitate atqz cecitate ūba que posuimus nō mortē et re
surrectōm sz somni et euigilacōnis significasse cōtendūt
Sz clamat eis ec ps̄ xv. Confixua me p̄p hoc iocūditū ē
cor meū et exultauit lingua mea insup et caro mea
requiescet in spe Qm̄ nō derelinques aīam meā in infer
no. nec dabis scm̄ tuū videre corrupcōm Quis in ea spe
diceret requieuisse carnē suā et nō derelictā aīam suā in inferno. sz cito ad
eam redeūte reuiuiscē ne corrūperet sic cadauera corrumpi solent nisi qui
die tercio resurrexit q̄d utiqz dicere nō pnt de p̄p̄hā et rege dauid clamat
et xlvii° Exurgat deus. deus nr̄ deus saluos faciendi et dn̄i dei exitus
mortis Quid apertius diceret deus eū saluos faciendi dn̄s ē ihūs q
interp̄tatur saluator siue salutaris Nam ro nois huius hic reddita ē qn̄
priusq̄ ex v̄gine nasceret. Dcm̄ ē pariet filiū et vocabis nomē eius ihm̄ ipe
ipe eīm saluū faciet p̄plm̄ suū apertius eorum In quorum pctōrum remissionem
qm̄ sanguis eius effusus ē nō utiqz oportuit eum de hac vita exitus alios
hre q̄ mortis Ideo cū dcm̄ ē deus nr̄. deus saluos faciendi cōtinuo
subiunctum ē et dn̄i exitus mortis ut ondetur moriendo saluos eē factu
ros Sz mirando dcm̄ ē. et dn̄i dei. tamq̄ diceret Talis ē ista vita mor
talium ut nec ipe dn̄s aliter ab illa exiret nisi p mortem
xviii Sz ut iudei tam manifestis huius p̄phetice testiōnis et
iam rebus ad effectū tā clarum etiāqz p ductis .crō nō credit
p̄fecto in eis illud implet q̄d in eo psalmo qui hunc seq
tur Saluū me fac scriptū est Cum eīm et illic ex psona

In ps̄ B(eatu)s qui intelligit agit de passione et psona x̄i

Quis dubitet iudeos post dn̄i passionē et resurrectionē e sedibus suis eē expulsos

Quid dix̄ ps̄ Confixua me de resurrectione dn̄i et de passione. ps̄ Exurgat deus

Quid dicat psalmus Saluū me fac deus qui inuenit aque de passione esca et po tu

ẜ que ad eius passionez ptinet. pphetice dicent͛ comẽorata ẽ qd͛ in eiꝰ
patitur dederūt in escā meā fel. et in siti mea potū in dederūt acetū Et re
lut post tale cōuiuiuz epulasqȝ sibi hmōi exhibitas mox intulit. fiat me
sa eoꝝ corā ipis ĩ muscipulū et in retributōm et in scandalū obscurentur
ocli eoꝝ ne videant et dorsuz eoꝝ sp̄ in curua ꝛc͂ q̄ nō optando sūt dcā
sȝ optandi spūs pphetando pdcā. Quid ergo miꝝ si hec manifesta non
vident quoꝝ ocli sūt obscurati ne videant quid miꝝ si celestia nō sus
cipiūt qui ut admittāt sint pronī dorsū eoꝝ semp curuū est. Hijs eniz
v̄bis trāslatis a corpe vicia significant͛ anīoꝝ. Ista de psalmis hoc ẽ de
pphecia regis david satis dicta sūt ut aliqͥs modus sit. Ignoscat aūt
qui hec legūt et cūcta illa nouerūt et de hijs q̄ fortasse firmiora me p
termisisse ul̄ intelligūt ul̄ existimāt nō q̄rāt. De regno ac merito da
uid et de filio ipius salōne eaqȝ pphecia q̄ ad xp̄m ptines inuenit͛
ul̄ ĩ eis libris q̄ scriptis ipius copulat͛ ul̄ in eis quos ipiꝰ eē nō dubiū ẽ xix

Regnauit aūt david in t͛rena ierlm filius celestis ierlm diuino multū testiō pdicatꝰ qr̄ et delicta eius tanta pietate supata sūt psaluberrimā penitēdi hūilitatē ut prorsus inter eos sit de quibꝰ ipe ait Bti quoꝝ remisse sūt iniquitates et quoꝝ tecta sūt pcta. post hūc regnauit idem ppl̄o vniuso salon eiꝰ

filius qui ut sup̄ dcm̄ ẽ p̄re suo cepit viuēte regnare
hic bonis inicijs malos exitus hūit quippe ide res q̄ sa
pienciū anīos fatigāt magis hūc obfuerūt qr̄ pfuit ipa
sapiā eē inne et de incepis meorablis et tūc longe late
qȝ laudata pphetasse eciā ipe reperit͛ in suis libris qui tres
recepti sūt in auctez canoīcā prou͛bia ecclastes et can
ticū canticoꝝ. Alij vō duo quoꝝ vnꝰ sapie alt͛ vō ecclasticus dr̄ ppter
eloquij ĩnullam silitudinē ut salonis dicat͛ obtinuit cōsuetudo nō
aūt eē ipius nō dubitāt doctores eos tn̄ in auctez marie occidētalis
antiquitus recepit eccla quoꝝ in vno qui appellatus sapia salonis pas
sio xp̄i aptissime pphatur Impij quippe interfectores eius comēorāt dicē
tes Circūueniamꝰ iustuz qm̄ insuauis ẽ nob et ꝯtrarius ẽ opibꝰ nris et
impperat nobis pcta legis et infamat in nos pcta disciplīe nr̄e. pmit
tit sciam dei se hr̄e et filiū dei se nōiat. factus ẽ nobis in traductoꝫ
cogitacōnū nraꝝ grauis eē nobis eē ad videndū qm̄ dissilis ẽ alijs
vita illius et ĩ mutate vie eius Tanq̄ nugaces estimati sumꝰ ab
illo et abstinet se a vijs nris q̄i ab ĩ mundicijs. pfert nouissīa iustoꝝ et
glatur p̄rem dm̄ se hr̄e Videamꝰ g° si sermones illiꝰ veri sint et tepte

mꝰ q̄ ventura sint illi et sciemꝰ q̄ erūt nouissīa illius
Si eni ẽ iustus filius dei suscipiet illū et liberabit eū de
manu ꝯtrarioꝝ Contumelia et tormēto ĩterogemꝰ illū ut
sciamꝰ reuerēciā illiꝰ et pbemꝰ paciēciaz ipius. Morte
turpissīa cōdēpnemꝰ illuz erit eni ei respectus ex sermoni
bus illiꝰ Hec cogitauerūt et errauerūt excecauit eniz
illos malicia ipoꝝ In ecclastico aūt fides gencīu futura pdicat͛ isto mo
Miserē nri dn̄ator deus om̄i et ĩ mitte timorē tuū sup om̄s gentes
extolle manū tuā sup gentes alienas et videant potenciā tuā Sic co
ram illis sctificatus es in nob ita corā nob magnificeris in illis agnoscāt
te scdm̄ qd͛ et nos agnouimꝰ te qr̄ nō ẽ deꝰ pter te dn̄e Hanc optādi
et pcandi spē pphecīā p ihm̄ xp̄m videmꝰ impletaz Sȝ ad ūsus ꝯdic
tores nō tanta firmitate pferūt in canone iudeoꝝ in tribꝰ uō illis
quos salonis eē constat et iudei canoīcos hn̄t ut ostēdat͛ ad xp̄m et
ecclam ptinē q̄ in eis eiusmōi reperit͛ opōsa disputacio neccia ẽ q̄ nos ul͛
q̄ oportet si nūc adhibet offendit Tū qd͛ in puūbijs legit͛ viros im
pios dixisse. Abscondamꝰ in t͛ra viꝝ iustū ĩ iuste absorbeamꝰ nō eū
tanq̄ ĩ fernus viuentez et auferamꝰ eiꝰ meoriaz de t͛ra passione eiꝰ

preciosam apprehendamus Non ita obscurum est ut de xpo et passione eius eciam
sine laboriosa exposicione non possit intelligi tale quippe aliquid et dominus
ipse ihesus per ewangelicam parabolam ostendit dixisse malos
colonos Hic est enim heres venite occidamus eum et nostra erit
hereditas Itemque illud in eodem libro quod iam ante perstrinxi
mus cum agerem de sterili que peperit septem Non nisi de xpo et
et ecclesia mox ut fuit pronunciatum consuevit intelligi ab
eis qui xpm sapienciam dei esse noverunt Sapiencia edificavit
sibi domum et suffulsit columpnas septem ymolavit suas

In proverbiis legitur de passione xpi in ewangelio Hic est heres veni te occidamus eum

victimas miscuit in cratere vinum suum et paravit mensam suam Misit servos suos
convocans cum excellenti predicacione ad craterem dicens Quis est insipiens
divertat ad me Et inopibus sensu dixit Venite manducate de panibus meis
et bibite vinum quod miscui vobis Hic certe agnoscimus dei sapienciam hoc est verbum
patri coeternum in utero virginali domum sibi edificasse corpus humanum huic tamquam
capiti membra ecclesiam subiunxisse martirum victimas ymolasse mensam in vino
et panibus preparasse Ubi apparet eciam sacerdocium secundum ordinem melchisedech in
sipientes et inopes sensu vocasse quia sicut dicit apostolus Infirma huius
mundi elegit ut confunderet fortia quibus tamen infirmis quod sequitur dicit De
relinquite insipienciam ut vivatis et querite prudenciam ut habeatis vitam participem
autem fieri mense illius ipsum est incipere habere vitam Nam et in alio
libro qui vocatur ecclesiastes ubi ait non est bonum homini nisi quod
manducabit et bibit Quid credibilius dicere intelligitur quam
ad participacionem mense huius pertinet quam sacerdos ipse mediator tes
tamenti novi exhibet secundum ordinem melchisedech de corpore
et sanguine suo Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis
veteris testamenti que ymolabantur in umbra futuri propter quod eciam vocem
illam in psalmo xxxix Expectans expectavi dominum eiusdem me
diatoris per prophetiam loquentis agnoscimus sacrificium et oblacionem
noluisti corpus autem perfecisti michi quia pro illis omnibus sacrificiis et ob
lacionibus corpus eius offertur et participantibus ministratur

Quod sit manducare de panibus meis et bibere vinum quod miscui et iterum non est bonum homini nisi quod manducabit et bibit etc.

Nam istum ecclesiasten
in hac sentencia manducandi et bibendi quam sepe repetit plurimumque commendat non
sapere carnales epulas voluptatis satis illud ostendit ubi ait Melius est ire
in domum luctus quam ire in domum potus Et paulo post Cor inquit sapiencium
in domo luctus et cor insipiencium in domo epularum Sed illud magis comme
morandum existimo de hoc libro quod pertinet ad civitates duas unam dyaboli
alteram xpi et earum reges dyabolum et xpm Ve tibi terra inquit cuius rex tuus est adoles
cens et principes tui mane comedunt Beata tu terra cuius rex tuus filius
ingenuorum et principes tui in tempore comedunt in fortitudine et non in confusio
ne Adolescentem dixit dyabolum propter stulticiam et superbiam et
temeritatem et petulanciam ceteraque vicia que huic etati asso
lent habundare xpm autem filium ingenuorum scilicet sanctorum patri
archarum pertinencium ad liberam civitatem ex quibus est in carne
progenitus principes illius civitatis mane manducantes id est
ante horam congruam quia non expectant oportunam que vera est
in futuro seculo felicitatem festinantes inebriari seculi cele
britate cupientes principes autem civitatis xpi tempus non
fallacis beatitudinis pacienter expectant Hoc ait in forti
tudine et non in confusione quia non eos fallit spes de qua dicit apostolus Spes
autem non confundit dicit et psalmus Etenim qui te expectant non confunde
tur Iam vero canticum canticorum spiritualis vero quedam est voluptas mencium
in coniugio illius regis et regine civitatis quod est xpus et ecclesia Sed hec
voluptas allegoricis tegminibus involuta est ut desideretur ardencius
nudeturque iocundius et appareat sponsus cui dicitur in eodem cantico Equitas
dilexit te et sponsa que ibi audit caritas in deliciis tuis Tacita multa
transimus cura huius operis terminandi De regibus post salomonem sive in iuda
sive in israel xx

In psalmo Expectans expectavi et alibi de corpore et sangwine xpi tractatur quod refectio sit civium illius et de eius principe

Ceteri post salomonem reges hebreorum vix inveniuntur per aliqua enigmata dictorum suorum rerumve gestarum quod ad christum et ecclesiam pertineat prophetasse sive in iuda sive in israel. Sic enim appellati sunt illius populi partes ex quo propter salomonis offensam tempore filii eius roboam qui patri successit in regnum deo vindicante divisus est. Proinde tribus decem quas accepit jeroboam servus salomonis rex eis in samaria constitutus proprie vocabatur israel quamvis hoc universi populi illius nomen esset. Duabus vero tribubus iuda scilicet et beniamin que propter david ne penitus regnum stirpis eius fuisset eradicatum remanserant subiacentes civitati ierusalem iuda nomen fuit quia ipsa erat tribus una david et. Beniamin vero tribus postea altera ad idem .x. tribuum regnum de quibus dixi pertinens erat. Sed simul iste due tribus iuda vocabantur et hoc nomine discernebantur ab israel qui appellabantur proprie decem tribus habentes suum regem. Nam tribus levi que sacerdotalis fuit dei non regni servicio mancipata tercia decima numerabatur. Joseph quippe unus de duodecim filiis israel non unam sicut ceteri singulas sed duas tribus fecerat effraym et manasse. Verumtamen et tribus levi ad regnum ierusalitanum pertinebat magis ubi erat dei templum cui serviebat. Divisio igitur populo primus regnavit in israel jeroboam rex iuda filius salomonis et in samaria jeroboam rex israel servus salomonis. Et cum voluisset roboam tamquam tyrannidem divise illius partis bello persequi prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis dicente deo per prophetam se hoc fecisse. Unde apparuit nullum in ea re vel regis israel vel populi fuisse peccatum sed voluntatem dei vindicantis impletam. Qua cognita pars utraque inter se pacata conquievit. Non enim religionis sed regni facta fuerat divisio. Verum rex israel jeroboam mente perversa non credens deo quem veracem promisso sibi regno datoque probaverat timuit ne veniendo ad templum dei quod erat in ierusalem quo secundum divinam legem sacrificandi causa universe illi genti veniendum fuit seduceretur ab eo populus et stirpi david tamquam regio semini redderetur et constituit ydolatriam in regno suo et populum dei secum simulachrorum cultu obstrictum nephanda impietate decepit. Nec tamen omnino cessavit deus non solum illum regem verum et successores eius et impietatis imitatores populumque ipsum arguere per prophetas. Nam extiterunt et illi magni insignesque prophete qui et mirabilia multa fecerunt helyas et helyzeus discipulus eius. Etiam ibi dicente helya Domine prophetas tuos occiderunt altaria tua suffoderunt et ego relictus sum solus et querunt animam meam responsum est esse illic septem milia virorum qui non curvaverunt genua ante baal. Itemque in regno iuda pertinente ad ierusalem etiam regum succedentium temporibus non defuerunt prophete sicut deo placebat eos mittere vel ad prenuntianda quod opus erat vel ad corripienda peccata preceptandamque iusticiam. Nam et illic etsi longe minus quam in israel tamen extiterunt reges qui suis impietatibus deum graviter offenderent et moderatis flagellis cum populo suo plecterentur. Piorum sane regum merita ibi non parva laudantur. In israel autem reges alios magis alios minus omnes tamen reprobos legimus. Utraque igitur pars sicut iubebat divina providentia vel sinebat variis et erigebatur prosperitatibus et adversitatibus premebatur et sic affligebatur non solum externis verum et intestinis bellis ut certis existentibus causis misericordia dei vel ira pateret donec eius indignatione crescente universa gens illa chaldeis debellantibus non solum subverteretur in sedibus suis sed etiam maxima sui parte transferretur in terras assyriorum prius illa pars que vocabatur israel in tribubus x. Postea vero etiam iudas eversa ierusalem et templo illo nobilissimo in quibus terris per annos lxx captivum egit otium

De iuda et beniamin que remanserunt roboam et de x tribubus quas accepit jeroboam cum eorum cultu etc

De tribu levi que serviebat in templo domino et effraym et manasse filiis joseph in divisione tribuum etc

De captivitate x tribuum ab assyriis qui in samaria habitabant et israel et effraym dicebantur

post quos inde dimissa templum quod eversum fuerat instauravit et quamvis plurimi eius in alienigenas degerent, tribus non habuit tamen deinceps duas tribus, sed unum populum, in singulis partibus regis, atque in Ierusalem unum templum quod ibi erat. omnes undique, ubicumque erant, et undecumque possent per certa tempora veniebant. Sed nec tunc eis hostes ex aliis gentibus expugnatoresque defuerunt. Nam et Romanorum iam tributarios eos Christus invenit. Toto autem illo tempore ex quo redierunt de Babilonia post Malachiam, Aggeum et Zachariam qui tunc prophetaverunt et Esdram non habuerunt prophetas usque ad salvatoris adventum nisi alium Zachariam patrem Iohannis et Elizabeth eius uxorem Christi nativitate iam proxima, et eo iam nato Symeonem iam senem et Annam viduam iamque grandevam et ipsum Iohannem novissimum qui iuvenis iam iuvenem Christum non quidem futurum predixit sed tamen incognitum prophetica cognitione monstravit, propter quod ipse dominus ait: Lex et prophete usque ad Iohannem. Sed istorum quinque prophetatio ex evangelio nobis nota est, ubi et ipsa virgo mater domini ante Iohannem prophetasse invenitur. Sed hanc istorum prophetiam Iudei reprobi non acceperunt. Acceperunt autem qui ex eis innumerabiles evangelio crediderunt. Tunc enim vere Israel divisus in duo divisione illa que per Samuelem prophetam Sauli regi est inmutabilis prenunciata. Malachiam vero, Aggeum, Zachariam et Esdram etiam Iudei reprobi in auctoritatem canonicam receptos novissimos habebant. Sic enim est scriptura eorum sicut aliorum qui in magna multitudine prophetarum perpauca scripserunt que auctoritatem canonis obtinerent. De quorum predictis que ad Christum ecclesiamque eius pertinent nonnulla mihi in hoc opere video esse ponenda, quod commodius domino adiuvante fiet in sequenti libro, ne hunc tam prolixum ulterius oneremus.

De eversione templi Ierusalem et captivitate duarum tribuum a Chaldeis per lxx annos et prophetis eorum ultimis

Explicit liber decimusseptimus. Incipiunt tytuli libri decimi octavi

De hiis que usque ad tempora salvatoris decem et septem voluminibus disputata sunt
i De terrene civitatis regibus atque temporibus quibus ab exitu Abrahe sanctorum tempora supputata conveniunt
ii Quibus regnantibus apud Assyrios atque Sicionios Abrahe centenario Ysaac de promissione sit natus vel ipsi Ysaac sexagenario Esau et Iacob gemini de Rebecca sint editi
iii De temporibus Iacob et filii eius Ioseph
iiii De Api rege Argivorum quem Egypti Serapim nominatum divino honore coluerunt
v Quo regnante apud Argivos quo ve apud Assyrios Iacob in Egypto sit mortuus
vi Quorum regum tempore Ioseph in Egypto defunctus est
vii Quorum regum etate Moyses natus sit et quorum deorum isdem temporibus sit orta religio
viii Quando Atheniensium sit civitas condita et quam causam nominis eius Varro perhibuit
ix Quid Varro tradat de nuncupatione Ariopagi et de diluvio Deucalionis
x Quo tempore Moyses populum dei ex Egypto eduxerit et Ihesu Nave qui eidem successit quorum regum etate sit mortuus
xi De sacris falsorum deorum que reges Grecie illis temporibus instituerunt que ab exitu Israel de Egypto usque ad obitum Ihesu Nave numerantur
xii Qualium fabularum figmenta exorta sint eo tempore quo Hebreis iudices preesse ceperunt
xiii De theologis poetis
xiiii De occasu regni Argivorum quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit
xv De Dyomede post Troye excidium in deos relato cuius socii traditi sunt in volucres esse conversi
xvi De incredibilibus hominum commutacionibus quid Varro tradiderit
xvii Quid credendum sit de transformacionibus que arte demonum hominibus videntur accidere
xviii Quod eo tempore Eneas in Ytaliam venit quo Labdon iudex presidebat Hebreis
xix De successione ordinis regum apud Israelitas post iudices
xx De regibus Latii quorum primus Eneas et duodecimus Aventinus dii facti sunt
xxi Quod eo tempore Roma sit condita quo regnum Assyriorum intercidit quo Ezechias regnavit in Iudea
xxii De Sybilla Erictea que inter alias Sybillas cognoscitur de Christo evidentia multa cecinisse

xxiii Quod regnante romulo septem sapientes claruerunt quo tempore decem tribus que
israel dicebantur in captivitatem a chaldeis ducte sunt idemque romulus mortuus
divino honore datus est xxiiii Qui philosophi eminuerunt regnante apud romanos
tarquinio prisco apud hebreos sedechia cum ierusalem capta est templumque sub-
versum xxv Quod eo tempore quo impletis lxx annis iudeorum est resoluta captivi-
tas romani quoque adnatu sunt regio liberati xxvi De temporibus prophetarum
quorum oracula habentur in libris quique tunc de vocatione gentium multa cecinerunt
quo romanum regnum cepit assyriumque defecit xxvii De hiis que ad evangelium
christi pertinet quod ozee et amos prophetaverunt xxviii Que ab ysaia de christo et
ecclesia sint predicta xxix Que micheas et ionas et ioel novo testamento
congruentia prophetaverunt xxx Que in abdya et naum et abacuk de salu-
te mundi in christo prenunciata reperiuntur xxxi De prophetia que in oratione abacuk et can-
tico continetur xxxii De christo et vocatione gentium que ieremias et sophonias
prophetico spiritu sunt prefati xxxiii De prophetia danielis et ezechielis que in christum
ecclesiamque concordat xxxiiii De trium prophetarum vaticinio id est aggei zacharie et
malachie xxxv De esdra et machabeorum libris xxxvi Quod prophetica auctoritas
omni origine gentilis philosophie inveniatur antiquior xxxvii Quod quedam sanctorum scripta
ecclesiasticus canon propter nimiam non recepit vetustatem nec per occasionem eorum falsa veris
insererentur xxxviii De hebraicis litteris que numquam in sue lingue xxxix De egyptiorum
mendacissima vanitate que antiquitati scientie sue centum milia ascribit
annorum xl De philosophicarum opinione dissensionibus et canonicarum apud ecclesiam
scripturarum concordia xli Qua dispensatione providentie dei scripture sacre
veteris testamenti ex hebreo in grecum eloquium translati sint ut cunctis gentibus
innotescerent xlii De auctoritate lxx interpretum que salvo honore hebrei stili
omnibus sit interpretibus preferenda xliii Quomodo intelligendum sit de excidio
ninivitarum cuius denunciatio in hebreo xl dierum spacio tenditur in lxx autem triduum brevitate concludit xliiii Quod post instaurationem
templi prophetas iudei habere destiterunt ut exinde usque ad nativitatem christi
continuis adversitatibus sint afflicti ut probaretur alterius templi edificationem
propheticis vocibus fuisse promissam xlv De ortu salvatoris nostri secundum quod verbum
caro factum est et dispersione iudeorum per omnes gentes sicut fuerat prophetatum
xlvi An ante tempora christi aliqui fuerint extra israeliticum genus qui ad celestis
civitatis consorcium pertinerent xlvii Prophetiam aggei qua dixit maiorem fu-
turam gloriam domus dei quam primum fuisse non in reedificatione templi sed
in ecclesia christi esse completam xlviii De indiscreta multiplicatione ecclesie qua in hoc se-
culo multi reprobi miscentur electis xlix De predicatione evangelii que per passiones
predicancium clarior et pacientior facta est l Quod etiam per hereticorum dissensiones
fides catholica roboretur li An credendum sit quod quidam putant
impletis decem persecutionibus que fuerunt nullam superesse preter undecimam
que in ipso antichristi tempore sit futura lii De tempore novissime persecutionis occulto
liii De stultissimo mendacio paganorum quo christianam religionem non ultra
trecentos lxv annos mansuram esse finxerunt liiii Incipit xviii liber
De hiis que usque ad tempora salvatoris decem et septem voluminibus disputata sunt c. i

[D]e civitatum duarum quarum dei una seculi huius est altera in qua est quantum ad hominum genus per-
tinet ecce ista peregrina exortu et procursu et debitis finibus condi-
scripturum esse promisi cum prius inimicos civitatis dei qui conditori
eius christo deos suos preferunt et livore sibi perniciosissimo invident christianis quantum me adiuvaret eius gra-
tia refellissem quod voluminibus x prioribus feci De hac nostra
qua modo commemoravi tripertita promissione undecimo sequentibus quatuor libris
digestus est exortus Deinde procursus ab homine primo usque ad di-
luvium libro uno qui est huius operis xv atque inde usque ad abraham rur-
sum ambe sunt in temporibus ita et in nostris litteris cucurrerunt Sed a patre a-
braham usque ad regum tempus israelitarum ubi sextum decimum volumen

absolvimus et inde usque ad tempus in carne salvatoris adventum quousque xvii liber tendit sola videtur meo stilo cucurrisse dei civitas cum hoc seculo non sola cucurrerit sed ambe utique in genere humano sicut ab initio simul suo procursu tempora variaverint. Verum hoc ideo feci ut primus atque apertiores dei promissiones esse ceperunt usque ad eius ex virgine nativitatem in quo fuerant que primo promittebantur implenda sine interpellatione a contrario alterius civitatis ista que dei est procurrens distinctius appareret quamvis usque ad revelationem testamenti novi non in lumine sed in umbra cucurrerit. Nunc ergo quod intermiseram video esse faciendum ut ex abrahe temporibus quomodo etiam illa cucurrerit quantum satis videtur attingam ut ille inter se possint consideratione legentium comparari.

De ordine libri huius augustinus et origine duarum civitatum et de ortu abrahe

Cum regnantibus aput assyrios atque sicioniis abrahe centenario ysaac de promissione situs vel ipsi ysaac sexagenario esau et iacob gemini de rebecca sint editi

Societas igitur usquequaque mortalium diffusa per terras et in locorum quantislibet diversitatibus unius tamen eiusdemque nature quadam communione devicta utilitates et cupiditates suas quibusque sectantibus dum id quod appetitur aut nemini aut non omnibus sufficit quia non est id ipsum adversus se ipsam plerumque dividitur et pars partem que prevalet opprimit. Victrici enim victa succumbit dominationi scilicet vel etiam libertati qualemcumque pacem prevalens ac salutem ita ut magne fuerint admirationi qui perire quam servire maluerunt. Nam in omnibus fere gentibus quodammodo vox nature personuit ut subiugari victoribus mallent quibus contigit vinci quam bellica omnifaria vastatione deleri. Hinc factum est ut non sine dei providentia in cuius potestate est ut quisque bello aut subiugetur aut subiuget quidam essent regno prediti quidam regnantibus subditi. Sed inter plurima regna terrarum in qua terrene cupiditatis est divisa societas quam civitatem mundi huius universali vocabulo nuncupamus duo regna cernimus longe ceteris provenisse clariora assyriorum primum deinde romanorum ut temporibus ita locis inter se ordinata distincta. Nam quomodo illud prius hoc posterius eo modo illud in oriente hoc in occidente resurrexit. Denique in illius fine huius initium confestim fuit. Regna cetera ceterosque reges velut appendices istorum dixerim. Ninus ergo iam secundus rex erat assyriorum qui patri suo belo successerat regni illius primo regi quando in terra chaldeorum natus est abraham. Erat etiam tempore illo regnum sicioniorum admodum parvum a quo ille undecumque doctissimus marcus varro scribens de gente populi romani velut antiquo tempore exorsus est. Ab his enim sicioniorum regibus ad athenienses pervenit a quibus ad latinos inde ad romanos. Sed ante conditam romam in comparatione regni assyriorum per exigua ista memorantur quamvis athenienses in grecia plurimum claruisse fateantur etiam salustius romanus historicus plus tamen fama quam re ipsa. Nam loquens de illis atheniensium inquit res geste sicuti ego existimo satis ample magnificeque fuere verum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia per terrarum orbem atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui fecere virtutes tanta habetur quantum eas verbis extollere potuere preclara ingenia. Accidit huic civitati non parva etiam ex litteris et philosophis gloria quod ibi potissimum talia studia viguerunt. Nam quantum attinet ad imperium nullum maius primis temporibus quam assyriorum fuit nec tam longe lateque diffusum. Quippe ubi ninus rex beli filius universam asiam que totius orbis ad numerum partium tertia dicitur ad magnitudinem vero dimidia reperitur usque ad lybie fines subegisse traditur. Solis quippe indis in partibus orientis non dominabatur. Quos tamen eo defuncto Semiramis

De principalibus regnis assyriorum romanorum quorum unum in oriente aliud in occidente

Quo regnum sicioniorum pervenit ad athenas deinde ad latinos deinde ad romanos quibus scribunt marcus varro et salustius

mis uxor eius est aggressa bellando Ita factum est ut quicumque in illis terris populi
sive reges erant assyriorum regno dicionique parerent et quidquid impera
retur efficerent Abraham igitur in eo regno apud chaldeos Nini temporibus
natus est Sed quoniam res grece hystorie multo sunt nobis quam assyrie noto
res et per grecos ad latinos ac deinde ad romanos qui etiam ipsi latini sunt temporum
seriem deduxerunt qui gentem populi romani in originis eius anti
quitate rimati sunt ob hoc debemus ubi opus est assyriorum meo
rare reges ut appareat quemadmodum babilonia quasi prima roma
cum peregrina in hoc mundo dei civitate procurrat Res autem
propter quas comparacionem civitatis utriusque terrene scilicet et celestis
huic operi oportet inserere magis ex grecis et latinis ubi
et ipsa Roma quasi secunda babilonia est debemus assumere Quando ergo
natus est abraham secundi reges erant apud assyrios ninus
apud sycionios europs primi autem illic belus hic egialeus fue
runt Cum vero egresso abraham de babilonia promisit deus ex illo mag
nam gentem futuram et in eius semine omnium gentium benedictionem Assyrii quartum
regem habebant Sycionii quintum apud illos enim regnabat filius nini
post matrem Semiramidem que ab illo interfecta perhibetur ausa filium ma
ter incestare concubitu hanc putant nonnulli condidisse babilonem quam quidem
potuit instaurare Quando autem vel quomodo condita fuerit in sextodecimo
libro diximus Filium porro Nini et Semiramidis qui matri successit in
regnum Quidam etiam ipsum ninum quidam vero derivato a patre vocabulo niniam
vocant Sycioniorum autem regnum tunc tenebat telxion Quo regnante
usque adeo ibi mitia et leta tempora fuerunt ut eum defunctum
velut deum colerent sacrificando et ludos celebrando quos
ei primitus institutos ferunt Huius temporibus etiam ysaac ex pro
missione dei natus est centenario patri filius abrahe
de Sara coniuge que sterilis et anus iam spem prolis amiserat Tunc
et assyriis quintus erat rex arrius Ipsi vero ysaac sexa
genario nati sunt gemini et esau et iacob quos ei re
becca uxor peperit avo eorum abraham adhuc vivente et centum
lx etatis annos agente Qui expletis centum lxxv defunctus est
regnantibus apud assyrios xerse illo antiquiore qui etiam baleus voca
batur et apud Sycionios Thuriacho quem quidam thurimachum scribunt
septimis regibus Regnum autem argivorum simul cum abrahe nepotibus ortum
est ubi primus regnavit inachus Sane quod pretereundum non fuit etiam apud
sepulchrum septimi sui regis thuriaci sacrificare Sycionios solere varro
refert Regnantibus porro octavis regibus armamitre
assyriorum leucippo Sycioniorum et primo argivorum inacho
deus locutus est ad ysaac atque ipsi quoque eadem que patri eius
duo illa promisit semini scilicet eius terram chanaan et in eius
semine benedictionem cunctarum gentium hec ipsa promissa sunt etiam
filio eius nepoti abrahe qui est appellatus primo iacob
post israel cum iam beletus rex nonus assyrie et phoro
neus inachi filius secundus regnaret argivis leucippo
adhuc apud Sycionios permanente De api rege
argivorum quem egyptii serapim nominatum divino honore coluerunt

His temporibus grecia sub phoroneo argolico rege legum et iudiciorum
quibusdam clarior facta est institutis phegous tamen frater huius
phoronei iunior cum esset mortuus ad eius sepulchrum templum est
constructum in quo coleretur ut deus et ei boves ymolarentur
credo honore tanto deo dignum putarunt quod regni sui parte patris quippe
loca ambobus distribuerat in quibus eo vivente regnarent iste sacella
constituerat ad colendos deos et docuerat observari tempora per menses atque
annos quid eorum quatenus metirentur atque numerarent hinc in ea nova mi

Ninus filius beli cuius uxor erat Semiramis totam assyriam subiugavit usque ad indiam et lybiam

De egressu abrahe de babilonia et promissione a deo facta et de nominibus regum assyriorum et sycioniorum

De ortu ysaac esau iacob regni argivorum de morte abrahe et promissione dei ad ysaac pro terra chanaan

rantes rudes adhuc homines morte obita deum esse finxisse sive opinati sint sive voluerint. Nam egea filia machi fuisse perhibetur que postea ysis appellata ut magna dea culta est in egypto quamvis alii scribant eam ex ethiopia in egyptum venisse reginam et quod late iusteque imperavit eisque multa commoda et litteras instituit hunc honorem illi habitum esse divinum posteaquam ibi mortua est et tantum honorem ut capitali crimine reus fieret si quis eam hominem fuisse diceret. Regnantibus assyriorum decimo rege baleo et sycioniorum nono messapo qui et cephisus a quibusdam traditur si tamen duorum nominum unus homo fuit ac non potius alterum pro altero putaverunt fuisse hominem qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen cum rex argivorum tertius apis esset mortuus est ysaac annorum c.lxxx. et reliquit geminos suos annorum c.xx. quorum minor iacob pertinens ad civitatem dei de qua scribimus maiore quippe reprobato habebat xii. filios quorum illum qui vocabatur ioseph mercatoribus in egyptum transeuntibus fratres eius adhuc ysaac avo eorum vivente vendiderant. Stetit autem ante pharaonem ioseph quando ex humilitate quam pertulit sublimatus est cum xxx. esset annorum quoniam somnia regis divine interpretatus prenuntiavit septem ubertatis annos futuros quorum habundantiam prepollentem consequentes alii septem steriles fuerant consumpturi et ob hoc eum rex prefecerat egypto de carcere liberatum quo eum coniecerat integritas castitatis quam fortiter servans male amanti domine et male credulo domino mentiture veste etiam derelicta de manibus attrahentis aufugiens non consensit ad stuprum. Secundo autem anno septem annorum sterilium iacob in egyptum cum suis omnibus venit ad filium agens annos c. et xxx. sicut interroganti regi ipse respondit cum ioseph ageret xxx et novem ad xxx scilicet quos agebat quando a rege honoratus est additis septem ubertatis et duobus famis.

De machio rege argivorum et post eum regibus et filia sua ethea ut iam postea deum ysis rege argolico

De morte ysaac de iacob et specialiter de filio eius ioseph qui apud pharaonem regem egypti sublimatus est et somnia exposuit et iacob in egyptum venit

iiij De api rege argivorum quem egyptii serapim nominatum divino honore coluerunt. iiij

His temporibus rex argivorum apis navibus transvectus in egyptum cum ibi mortuus fuisset factus est serapis omnium maximus egyptiorum deus. Nominis autem huius cur non apis etiam post mortem sed serapis appellatus sit facillimam rationem varro reddidit. Quia enim archa in qua mortuus ponitur quod omnes iam sarcophagum vocant soros dicitur grece et ibi eum venerari sepultum ceperunt priusquam templum eius esset extructum velut soros et apis sorapis primo deinde una littera ut fieri assolet commutata sarapis dictus est. Et constitutum est etiam de illo ut si quis eum hominem dixisset fuisse capitalem penderet penam. Et quoniam fere in omnibus templis ubi colebantur ysis et serapis erat ~~in pisso admonere~~ etiam simulacrum quod digito in pisso admonere videretur ut silentium fieret hoc significare idem varro existimat ut homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos quem mirabili vanitate decepta egyptus in honorem eius deliciis affluentibus alebat quoniam eum sine sarcophago vivum venerabantur apis non serapis vocabatur. Quo bove mortuo quoniam querebatur et reperiebatur vitulus coloris eiusdem hoc est albis quibusdam maculis similiter insignitus mirum quoddam et divinitus sibi procuratum esse credebant. Non enim magnum erat demonibus ad eos decipiendos fantasiam talis tauri quam sola cerneret ostentare vacce concipienti atque pregnanti unde libido matris attraheret quod in eius fetu iam corporaliter appareret sicut iacob de virgis variatis ut oves et capre varie nascerentur effecit. Quod enim homines coloribus et corporibus veris hoc demones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere. Apis ergo rex non egyptiorum sed argivorum mortuus est in egypto huic filius argus successit in regnum ex cuius nomine et argi et ex hoc argivi ap

Apis rex argivorum postea dictus est serapis ut dicit varro et de ysyde

De bove api in egypto deificato ludificatione demonum et fantasia et eorum potestate

pellati sunt ex propriis aut regibus nondum vel locus vel gens habebat hoc nomen v
hoc regnante apud argivos et sycionios eratho apud assyrios vero adhuc
manente baleo mortuus est iacob in egypto annorum c xlvii cum moriturus
filios suos et nepotes ex ioseph benedixisset christumque apertissime prophetasset di
cens in benedictione iude non deficiet princeps ex iuda et dux de femoribus
eius donec veniant que reposita sunt ei et ipse est expectatio gentium. Regnante
autem argo suis cepit uti frugibus grecia et habere segetes in agricultura de
latis aliunde seminibus. Argus quoque post obitum deus haberi
cepit templo et sacrificiis honoratus qui honor eo regnan
te ante illum delatus est homini privato et fulminato cuidam
homogiro eo quod primus ad aratrum boves iunxit. Regnantibus vi
assyriorum xii mamitho et xi sicyoniorum plemmeo et ar
gis adhuc manente argo mortuus est ioseph in egypto
annorum c x. Post cuius mortem populus dei mirabiliter crescens
mansit in egypto cxlv annos tranquille primus donec morerentur quibus io
seph notus fuit. Inde quia invidebatur incrementis eius eratque suspectus quo
usque inde liberaretur persecutionibus inter quas tamen divinitus fecundata multiplica
tione crescebat et laboribus premebatur intollerabilis servitutis vii
In assyria vero et in grecia per idem tempus regna eadem perma
nebant. Cum ergo regnaret assyriis quartus decimus saffrus
et sicyoniis xii orthopolis et criasus quintus argivis
natus est in egypto moyses per quem populus dei de servitute
egypciaca liberatus est in qua eum ad desiderandum sui creatoris
auxilium sic exerceri oportebat. Regnantibus memoratis regi
bus fuisse a quibusdam creditur prometheus quem propterea ferunt
de luto formasse homines quia optimus sapientie doctor fuisse per
hibetur nec tamen ostenditur qui eius temporibus fuerint sapientes. Frater eius
athlans magnus fuisse astrologus dicitur. Unde occasionem fabula invenit
ut eum celum portare confingeret quamvis mons eius nomine nuncupetur cuius alti
tudine potius celi portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Multa quoque
alia ex illis in grecia temporibus confingi fabulosa ceperunt sed usque ad cecro
pem regem atheniensium quo regnante eadem civitas et tale nomen ac
cepit et quo regnante deus per moysen eduxit ex egypto populum suum
relati sunt in deorum numero aliquot mortui ceca et vana consuetudine ac
superstitione grecorum in quibus criasi regis coniux melanthonice et for
bas filius eorum qui post patrem rex argivorum septimus fuit et septimi
regis triope filius iasus et rex nonus stenelas sive
stheneleos sive stenelos varie quippe in diversis aucto
ribus invenitur. His temporibus etiam mercurius fuisse perhibetur
nepos athlantis ex maia filia quod vulgatiores etiam littere
personant. Multarum autem artium peritus claruit quas et ho
minibus tradidit quo merito eum post mortem deum esse vo
luerunt sive etiam crediderunt. Posterior fuisse hercules dicitur
ad ea tamen tempora pertinens argivorum quamvis non nulli eum mercu
rio preferant tempore quos falli existimo. Sed quolibet tempore
nati sint constat inter historicos graves qui hec antiqua litteris
mandaverunt ambos homines fuisse et quod mortalibus ad istam vitam commo
dius ducendam beneficia multa contulerunt honores ab eis meruisse divinos.

Quid varro tradat de nuncupatione ariopagi et de diluvio deucalionis viii

Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus ogigi ad lacum qui
tritonis dicitur virginali apparuisse fertur etate. Unde et
tritonia nuncupata est. Multarum sane operum inventrix et tanto
propensius dea credita quanto minus origo eius innotuit.
Nam quod de capite iovis nata sit poetis et fabulis non hy
storie rebusque gestis applicandum. Quamquam ogiges quando fuit

De morte iacob in egypto benedictione iude filiis eius et de regnis super dictis

De morte ioseph in egypto et populo dei relicto et post multum afflicto

De ortu moysi prometheo et atlante

Quod moyses israel eduxit de egypto per mare rubrum de regibus regnorum sibi succedentibus perditorum superstitionibus grecorum

De minerva hercule ortu minerve quod tritonia dicitur de diluvio quod tempore egypti varro fuisse dicit

cuius temporibus esse diluvium; magnum factum est non illud maximum in quo nulli homines e
vaserunt nisi qui in archa potuerunt quod gentium nec greca nec latina novit
hystoria sed tamen maius quam postea tempore deucalionis fuit inter scriptores hysto
rie non convenit. Nam varro inde exorsus est librum cuius mentionem superius
feci et nichil sibi ex quo perveniat ad res romanas proponit antiquius quam
ogygi diluvium hoc est ogygi factum temporibus. Nostri autem qui cronica scripserunt pri
us eusebius post Jeronimus qui utique precedentes aliquos hystoricos in
hac opinione secuti sunt post annos amplius quam trecentos iam secundo ar
givorum phoroneo rege regnante ogygi diluvium fuisse commemorant. Sed
quolibet tempore fuit iam tamen minerva tamquam dea colebatur regnante athenien
sibus Cecrope. Sub quo rege etiam iam ipsam vel instauratam ferunt
vel conditam civitatem. Nam ut athene vocarentur quod certe no
men a minerva est que grece athena dicitur hanc causam varro
indicat. Cum apparuisset illic repente olive arbor et alio loco
aque erupissent regem prodigia ista moverunt et mi
sit ad apollinem delphicum sciscitandum quid intelligendum
esset quidve faciendum. Ille respondit quod olea minervam sig
nificaret unda neptunum et quod esset in civium potestate ex cuius
potius nomine duorum deorum quorum illa signa essent civitas
vocaretur. Iste cecrops oraculo accepto cives omnes utri
usque sexus mos enim tunc in eisdem locis erat ut etiam femine publicis consulta
tionibus interessent ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine
mares pro neptuno femine pro minerva tulere sententias. et quia una plus inventa est
feminarum minerva vicit. Tunc neptunus iratus marinis fluctibus exestuans
terras atheniensium populatus est quam spargere latius quaslibet aquas difficile
demonibus non est. cuius ut iracundia placaretur triplici supplicio dicit idem
auctor ab atheniensibus affectas esse mulieres ut nulla ul
terius ferrent suffragia ut nullus nascentium maternum nomen acciperet
ut ne quis eas athenas vocaret. Ita illa civitas mater aut
nutrix liberalium doctrinarum et tot tantorumque philosophorum qua ni
hil habuit grecia clarius atque nobilius ludificantibus demonibus
de lite deorum suorum maris et femine et de victoria per
feminas femine athenas nomen accepit et victo leso ipsam vic
tricis victoriam punire compulsa est plus aquas neptuni
quam minerve arma formidans. Nam in mulieribus que sic puni
te sunt et minerva que vicerat victa est nec affuit suffragatrici
bus suis ut suffragiorum deinceps perdita potestate et alienatis filiis a nominibus
matrum athenas saltem vocari liceret et eius dee mereri vocabulum quam
viri dei victricem fecerant ferendo suffragium. Que et quanta hinc dici pos
sint nisi sermo ad alia properaret. et tamen marcus varro non vult fabulosis adver
sus deos fidem habere figmentis ne de maiestatis eorum dignitate indignum a
liquid sentiat. et ideo nec ariopago ubi cum atheniensibus paulus apostolus
disputavit ex quo loco ariopagite appellati sunt curiales urbis eiusdem
vult inde accepisse nomen quod mars qui grece ares dicitur cum
homicidii crimine reus fieret iudicantibus xii diis in eo pago
sex sententiis absolutus est quia ubi pares numero sententie fuissent pro
absolucione dampnacioni solebat. Sed contra istam que multo amplius
est celebrata opinionem aliam quandam de obscurarum noticia lit
terarum causam nominis huius conatur astruere ne ariopa
gon athenienses de nomine martis et pagi quasi martis pagum
nominasse credantur in iniuriam videlicet numinum a quibus litigia vel iudi
cia existimat aliena non minus hoc quod de marte dicitur falsum esse asserens
quam illud quod de tribus deabus iunone scilicet et minerva et venere que pro malo aureo
adipiscendo apud iudicem paridem de pulcritudinis excellencia certasse narran
tur et ad placandos ludis deos qui delectantur seu veris seu falsis istis criminibus

Quid senciant
eusebius et Jeronimus
de diluvio sub
tempore egypti et quo
modo athene co
dite sint et de
demonum
pote
state

Unde ortum sit quod
femine publicis
consultacionibus in
teresse non debent
et ut nullus
nascentium ma
ternum no
men ac
ciperet

De ludificacione
demonum et quomodo mar
cus varro dicit ario
pagum ubi paulus
disputavit deno
minatum ubi
absolu
tus

sive inter theatricos plausus cantant atque saltant. Hec varro non credit
ne deorum nature seu moribus credat iniuriam et tamen non fabulosam sed
historicam racionem de athenarum vocabulo reddens tantam neptuni et miner
ue litem sive lites inserit de cuius nomine pocius illas civitas vocaretur et
cum deorum ostentacione contenderent inter eos iudicare nec appollo consultus
auderet sed ad deorum iurgium finiendum sic iniouitarum trium dearum ad paride
iupiter ita et iste ad homines mitteret vt vinceret minerua suffragiis et ipsa
earum suffragatricum vinceretur que in aduersarios suos viros obtinere athenas
potuit et amicas suas feminas athenas habere non potuit. hiis
temporibus ut varro scribit regnante athenis cranao successore
cecropis ut autem nostri eusebius et ieronimus adhuc eo-
dem cecrope permanente diluuium fuit quod appellatum est deuca-
lionis eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus ubi maxime
factum est. hoc autem diluuium nequaquam ad egyptum atque ad eius vicina
peruenit. Quo tempore moyses populum dei ex egypto eduxerit ad
hiesum naue qui eidem successit quorum regum etate sit mortuus

Eduxit ergo moyses ex egypto populum dei nouissimo tempore
cecropis atheniensium regis cum apud assyrios regnaret ascha-
tades apud sicyonios maratius apud argiuos triopas. Educto
autem populo in monte syna diuinitus acceptam tradidit legem quod vetus dicitur testamentum
quia promissiones terrenas habet et per iesum christum futurum fuerat testamentum nouum quo
regnum celorum promitteret. Hunc enim ordinem seruari oportebat sicut in vno quoque
homine qui in deum proficit id agitur quod ait apostolus ut non sit
prius quod spirituale est sed quod animale. postea spirituale quoniam sicut dicit
et verum est primus homo de terra terrenus secundus homo de celo celestis.
Rexit autem populum moyses per annos xl. in deserto et mor-
tuus est annorum c. et xx. cum christum etiam ipse prophetasset per figuras
obseruacionum carnalium in tabernaculo et sacerdocio et sa-
crificiis aliisque mysticis plurimisque mandatis. Moysi successit
iesus naue et in terram promissionis introductum populum collocauit et auctoritate diuina
debellatis gentibus a quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mor-
tem moysi xxvii annis et ipse defunctus est regnante apud assyrios xviii co
rathe apud argiuos decimo apud athenienses quarto erichthonio. per hec tempora
id est ab exitu israel ex egypto usque ad mortem iesu naue per quem populus idem terram
repromissionis accepit idem sacra sunt instituta diis falsis a regibus grecie que
memoriam diluuii et ab eo liberacionis hominum vitequem tunc erumpnose modo ad alta mo-
ad plana migrancium sollempni celebritate reuocarunt nam et
lupercorum per sacram viam ascensum atque descensum sic interpretantur
ut ab eis significari dicant homines qui propter aque inundacionem
summa petiuerunt moncium et rursus eadem residente ad yma
redierunt. Hiis temporibus dyonisium qui etiam liber pater dictus est et post
mortem deus habitus vitem ferunt ostendisse in attica terra hospiti suo. tunc appollini delphico instituti sunt ludi musici
ut placaretur ira eius qua putabant afflictas esse sterilitate grecie
regiones quia non defenderint templum eius quod rex danaus cum easdem terras bello
inuasisset incendit. hos autem ludos ut instituerent oraculo sunt eius ammoniti
In attica vero rex erichthonius ei ludos primos instituit nec ei tantum sed et miner-
ue ubi premium victoribus oleum ponebatur quod eius fructus inuentricem miner-
uam sicut vini liberum patrem tradunt. per eos annos a rege xanto cretensium cuius
apud alios aliud nomen inuenimus rapta perhibetur europa ut inde genitus radama-
natus sarpedon et minos quos magis ex eadem muliere filios eius esse vul-
gatum est. Sed talium deorum cultores illud quod de rege cretensium
suam diuinis historie veritati hoc autem quod de ioue poete cantant
theatra concrepant populi celebrant vanitati deputant fabularum
ut esset vnde ludi fierent placandis numinibus etiam falsis eorum

Quid varro de lite deorum pro marte lite dearum iunone minerua venere et de diluuio tempore deucalionis facto

Delege veteris testamenti quam accepit moyses in monte syna et de obitu et morte moysi

Qui ihesu naue successit moysi de morte eius et de festis deificacione plurium et diis falsis

De dyonisio qui liber deus est appollinis delphico numina et de instituicione ludorum fabularum regibus et hominibus

xvii

xvi

eciam hiis temporibus hercules in syria clarus habebatur sed nimirum alius non ille de quo supra locuti sumus. Secreciore quippe hystoria plures fuisse dicuntur et liberi patres et hercules. Hunc sane herculem cuius ingencia duodecim facta numerant, inter que anthei afri necem non commemorant quod ea res ad alterum herculem pertinet, in oetha monte a se ipso incensum produnt sue littere, cum ea virtute qua multa subegerat morbum tamen quo languebat sustinere non posset. Illo tempore vel rex vel pocius tyrannus busiris suis diis suos hospites ymolabat, quem filium perhibent fuisse neptuni ex matre libia filia paphi. Verum non credatur hoc stuprum perpetrasse neptunus ne dii accusentur sed poetis et theatris ista tribuantur ut sit unde placeant. Erichtonii regis atheniensium cuius novissimis annis ihesus nave mortuus reperitur, wlcanus et minerva parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam minervam virginem volunt, in amborum contencione wlcanum commotum fudisse aiunt semen in terram. Atque inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Greca enim lingua eris contencio, chon terra est, ex quibus duobus compositum vocabulum est erichtonius. Verum quod fatendum est refellunt et a suis diis repellunt ista docciores qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt quia in templo wlcani et minerve quod ambo unum habebant athenis expositus inventus est puer dracone involutus qui eum significavit magnum futurum, et propter commune templum cum essent parentes eius ignoti wlcani et minerve dictum esse filium. Nominis tamen originem fabula pocius illud quam ista designat hystoria. Sed quid ad nos? Hoc in veracibus libris homines instruat religiosos, illud in fallacibus ludis demones delectet impuros, quos tamen illi religiosi tamquam deos colunt. Et cum de illis hec negant, ab omni eos crimine purgare non possunt, qui ludos eis poscentibus exhibent ubi turpiter aguntur que velut sapienter negantur. Et hiis falsis ac turpibus dii placantur, ubi etsi fabula cantat crimen numinum falsum, delectari tamen falso crimine crimen est.

De neptuno erichtonio minerva wlcano et aliis fal sis numinibus

Qualium fabularum figmenta exorta sint eo tempore quo hebreis iudices preesse ceperunt. C. xiii

Verum post mortem ihesu nave populus dei iudices habuit, quibus temporibus alternaverunt apud eos et humilitates laborum pro eorum peccatis et prosperitates consolacionum propter miseracionem dei. Hiis temporibus fabule ficte sunt de triptolomeo quod iubente cerere anguibus portatus alitibus indigentibus terris frumenta volando contulit. De minothauro quod bestia fuit inclusa laborincto quo cum intrassent homines inextricabili errore inde exire non poterant. De ypocenthauris quod equorum hominumque fuit una coniunctio. De cerbero quod sit triceps inferorum canis. De frixo et helle eius sorore quod vecti ariete volaverunt. De gorgone quod fuit crinita serpentibus et aspicientes convertebat in lapides. De bellerophonte quod equo pennis volante sit vectus, qui equus pegasus dictus est. De amphione quod cythare suavitate lapides mulserit et attraxerit. De fabro dedalo et ycaro filio quod sibi coaptatis pennis volaverint. De edippo quod monstrum quoddam quod spinga dicebatur humana facie quadrupedem soluta que ab illa proponi solebat velut insolubili questione suo precipicio perire compulerit. De antheo quem necavit hercules quod filius terre fuit propter quod cadens in terram forcior solet assurgere. Et si qua forte alia pretermisi. Hee fabule bellum usque ad troyanum ubi secundum librum marcus varro de populi romani gente finivit ex occasione hystoriarum que res veraciter gestas continent ita sunt ingeniis hominum ficte ut non sint obprobriis numinum affixe. Porro autem quicumque finxerunt a iove ad stuprum raptum pulcherrimum puerum gannimedem, quod nephas rex tantalus fecit et iovi fabula tribuit, vel danee per ymbrem aureum appetisse concubitum, ubi intelligitur pudicicia mulieris auro fuisse corrupta, que illis temporibus vel facta sunt aut facta ab aliis

Post mortem iosue populus dei iudices habuit. De fabulis triptolomeo minotauro centhauro laborincto ypocenthauris cerbero gorgone bellerophonte dedalo et ycaro

De edippo hercule antheo gannimede equo pegaso ione cum danaa clacoe et appolline eius filio

ficta de ione dici no pt quitu mali de homi psupserunt cordibus q possent
ista pacient ferre medacia q tn ee libent amplexi sut qui utiqz quito deuo
cius ione colut tanto eos qui hoc de eo dice ausi sunt seuerius punire de
buerut Nunc vo no solu eos q ista finxerut irati no sut sed talia figmeta ee
in theatris agerent ipos deos pocius iratos timuerut hys tpibus latona pe
perit appollinez no illu cuius oracla sole consuli supius loqbamur s illu qui
cu hercule fuiunt ameto qui tn sic e deus creditus ut plurim
ac pene omes viri eundeqz appolline fuisse opinet Tunc et
liber pr bellauit i iudea qui multas hūit meratu feias qui
bacte appellate sut no tn vtute nobiles q furore aliquo i sane
et victuz scbut istu libz et vinctu no nulli et occisuz a perseo
nec ubi fuit sepultus tacet et tn eius velut dei homis p in
mudos demones bachanalia sacra ul pocius sacilegia sut insti
tuta de quoz rabiosa turpitudie post tn multos annos sic erubu
it senatus ut i vrbe roma ee phibet pea tpa pseus et uxor eius andromeda
postea qua sut mortui sic eos i celos receptos ee crediderut ut ymagines
eoz stellis designae eorzqz appellare noibus no erubescent no timent pide
tpis intuallu extiterunt poete qui ee theologi dicerent qm de hys carmina fi
ciebant s3 talibus dns qui lz magni hoies tn hoies fuiut aut mudi huius que
verus deus fecit elemeta sut a in principatibus et ptatibus pvolutate creatoris xii
et suis meritis ordinatisset siquid de diuino vo deo int multa vana et falsa cea
nerut colendo cu illo alios qui dy no sut eisqz exhibedo famulatu qui uni
tu debet deo no ei utiqz rite fuerut nec a fabuloso deoz
snoz dedecore ee ipi abstine potuerut velut orpheus museus
linus Verz isti theologi deos coluerut no p dys culti st qms
orpheu nescio quo inferius sacris ul pocius sacilegys phicere
soleat ciuitas impioz vxor aut regis adamatis q vocaba
ino et eius filius melicertes pcipicio spontaneo i mari pe
rierut et homi opinione inddeos relati sut sic aly homies
eoz tepoz castor et pollux Illa sane melicttis matre leuthothe
theam greci latuca latini vocauerut utqz tn putates deam

De occasu regni argiuoz quo tpe apud laurentes picus satur
ni filius regnu patris pmus accepit xiiij

Per ca tpa regnu fi
nituz e argiuoz translatu admicenas vn fuit agamenon et exor
tu e regnu laurentiu ubi satin filius picus regnu p
mus accepit iudicate apud hebreos feia debora s3 p illa dei
spus id agebat nam et phetissa erat cuius phecia minus a
perta e q ut possimus enim diuitina expositione de xpo demo
strare platu iam g regnabat laurentes utiqz i ytalia erebus
emidencior ducat origo romana post grecos et tn ad huc reg
nu assyrioz pmanebat i erat rex vicesimus et tercius lampa
res cu pimus laurentiu picus ee cepisset De huius pici pre
satino viderit quid senciat taliu deoz cultores qui negut fuis
se de quo et aly scripserut qui au pici filiu sui i ytalia ipe regna
uerut et virgilius notioribus lris dicat Is genus i docile et dispsuz motibus
altis Composuit legesqz dedit latiuqz vocari maluit hys qm latuisst tutus
moris Aurea q phibent illo sub rege fuere secla s3 h poetica opinet ee fig
meta et pici prem sterten pocius fuisse asseueret a quo peritissima agricola
inuentu fuit ut fimo animaliz agra fecudaret qd ab eius noie stercus e dicu
huic quida stercutiu vocatu ferut Qualibz aut ex tn saturnu appellae volu
erut certe tu hunc sterten siue stercuciu mito agriculture fecerut deu pici
quoqz silr eius filiu i taliu deoz nu receperut que pclaru augurem et be
lligeratore fuisse asserut Picus faunu genuit laurencium rege sedm et
iam iste deus illis ul e ul fuit hos aut troianu bellu diuinos honores mortuis xv
hominibus detulerut Troya uo eusa et excidio illo usqz quaqz cantato puericqz

Perseus maritus adromede vicit liber i iudea de bacus femine et bachanalibus instituit pr demo nes

De poetis et theologis cultoribz deoz falsis dns orpheo museno lino et alys uxore regis adamatis yno et filio eius melicertes castore 7 polluce

De fine regni argiuoz qd translatu est admycenas agamenonis deoz tu regni laurenti de bora phetissa de origine rome post grecos in ytalia it

notissimo quod et magnitudine sui et scriptorum excellentibus linguis insigniter diffamatum atque vulgatum est gestumque regnante iam latino fauni filio ex quo latinorum regnum dici cepit laurentumque cessante greci victores deleta troyam relinquentes et ad propria remeantes diversis et horrendis cladibus dilacerati atque contriti sunt et tamen etiam ex eis deorum suorum numerum auxerunt. Nam et dyomedem fecerunt deum quem pena divinitus irrogata perhibent ad suos non revertisse eiusque socios et volucres fuisse conversos non fabuloso poeticoque mendacio sed hystorica attestatione confirmant quibus nec deus ut putant factus humanam revocare naturam vel ipse potuit vel certe a iove suo rege tamquam celicola novicius impetravit. Quin etiam templum eius esse aiunt in insula dyomedia non longe a monte gargano qui est in apulia et hoc templum circumvolare atque incolere has alites tam mirabili obsequio ut aqua rostra impleant et aspergant. et eo si greci venerint vel grecorum stirpe progeniti non solum quietas esse verum et insuper adulari si autem alienigenas viderint subvolare ad capita tamque gravibus ictibus ut etiam perimant vulnerare. Nam duris et grandibus rostris satis ad hec prelia perhibentur armate. Hec varro ut astruat commemorat alia non minus incredibilia de magna illa famosissima arte circe que socios quoque ulixis mutavit in bestias et de archadibus qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum atque ibi convertebantur in lupos et cum similibus feris per illius regionis deserta vivebant. Si autem carne non vescerentur humana rursus post novem annos eodem renatato stagno reformabantur in homines. Denique etiam nominatim expressit quendam demenetum gustasse de sacrificio quod archades ymolato deo puero suo liceo facere solerent et in lupum fuisse mutatum et anno decimo in figuram propriam restitutum pugillatum sese exercuisse et olimpiaco vicisse certamine. Nec idem propter aliud arbitratur hystoricus in archadia tale nomen affictum pani liceo et iovi liceo nisi propter hanc in lupos mutationem hominum quod eam nisi vi divina fieri non putarent. lupus enim grece licos dicitur unde licei nomen apparet inflexum. Romanos etiam lupercos ex illorum misteriorum velut semine dicit exortos.

De pico patre dei saturni quem sterculium appellabant de visibus virgilii et de troya deleta · *it*
De dyomede et deitate et sociorum templo in monte gargano in apulia
Quid dicit varro de arte archadibus inventa licea et lupercis

Quid credendum sit de transformationibus que arte demonum hominibus videntur accidere

Sed de ista tanta ludificatione demonum nos quid dicamus qui hec legent fortassis expectent. et quid dicemus nisi de medio babilonis esse fugiendum. quod preceptum propheticum ita spiritualiter intelligitur ut de huius seculi civitate que profecto et angelorum et hominum societas impiorum est fidei passibus que per dilectionem operatur in deum vivum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in hec yma potestatem demonum maiorem videmus tanto tenacius mediatori est inherendum per quem de ymis ad summa conscendimus. Si enim dixerimus ea non esse credenda non desunt etiam nunc qui eiusmodi quedam vel certissima audisse vel etiam expertos se esse asserant. Nam et nos cum essemus in ytalia audiebamus talia de quadam regione illarum partium ubi stabularias mulieres imbutas hiis malis artibus in caseo dare solere dicebant quibus vellent vel possent viatoribus unde in iumenta illico verterentur et necessaria queque portarent postque perfuncta opera iterum ad se redirent nec tamen in eis mentem fieri bestialem sed rationalem humanamque servari sicut apuleius in libris quos asini aurei titulo inscripsit sibi ipsi accidisse ut accepto veneno humano animo permanente asinus fieret aut indicavit aut finxit. Hec vel falsa sunt vel tam inusitata ut merito non credantur. Firmissime tamen credendum est omnipotentem deum posse omnia facere que voluit sive vindicando sive prestando nec demones aliquid operari secundum nature sue potentiam quia et ipsa angelica creatura est licet proprio vitio sit maligna nisi quod ille permiserit cuius iudicia occulta sunt multa iniusta nulla. Nec sane demones naturas creant sed aliquid tale faciunt de qualibus factis ista vertitur questio sed specie tenus que a vero deo sunt creata commutant ut videantur esse quod non sunt. Non itaque so

De ludificacione demonum stabulariis mulieribus imbutis maleficiis quibus homines vertunt in bestias et de apuleio · *it*

hum anim sed nec corpus quidez ulla rone credideri demonu arte vl ptate in
mebra et lineamenta bestialia veracit posse conti sz fantasticu hois qd eciam
cogitando sive sopniando p rez i^n^nuabilia genera variatur et cu corpus
no sit corpoz tn sil'es mira celeritate formas capit sopitis aut oppressis
corporeis hois sensibus ad alioz sensum nescio quo ineffabili mo figura cor
porea posse pduci ita ut corpa ipa homi alicubi iaceat vivencia quide sz
multo gravius atz vehemencius qua sopno suis sensibus obseratis fantasti
cu ante illud veluti corpatu in alicuius aialis effigie appe
at aliems talis qz ee sibi ho ee videat sic alius sibi vide
ri posset in sopnis et portare onera Que onera si vera st cor
pora portant a demonibus ut illudant a demonibus partim ho
oneruz corpa ptim iumentoz falsa cernentibus Nam quida no
mine perstancius pri suo contigisse indicabat ut venenu
illud p caseu in domo sua sumeret ut iacet in lecto suo qi dor
miens q tn nullo mo poterat excitari · Post aliquot aut dies eu velut evigila
sse dicebat et qi sopnia narrasse que passus e et caballu se scz fcm annona
m alia iumenta baiolasse militibus que dr rethica qm ad restias depor
tabat Quod ita ut narravit fcm fuisse copertu e que tn ei sua sopnia
videbant Indicavit et alius se domi sue p nocte anteq requiesceret vidis
se venientez ad se phm quedam sibi notissimuz sibi expostulasse nonnulla pla
tonica que antea rogatus expone noluissz et cu ab eodez phs quesitu fuisset
cur i domo eius fecerit qd i domo sua petenti negaverat Non feci inquid
sz me fecisse sopniam ac ac p hoc alti p ymagine fantastica exhibitu est vi
gilanti qd alter vidit in sompnis Hoc ad nos no quibuscumqz qualibus crede
putaremus indignu sed eis referentibus pvenerunt quos
nobis no existimaremus fuisse mentitos Proinde qd hoies
dicunt mendatumqz e litteris adque vl pocius a demonibus archa
dibus in lupos sole conti et qd carminibus arte socios um
tavit ulixi scdm istu modu mi videt fieri pocius que dixi
si tn fcm e dyomedeas aut volucres quqdez genus earz
per successione ppaginis durare phibentur no mutatis hoibus
factas sed subtractis credo fuisse suppositas sic cerua p effigenia
regis agamenonis filia Neqz enim demonibus iudicio dei pmissis huioi ps
tigie difficiles ee potuerunt Sed qz illa vgo postea viva repta suppositam
pilla ee cerua facile cognituz est · Socii vo dyomedis qz nusq subito comp
neruit p denitibus eos ultoribus angelis malis i eas que p illis occulte ex a
liis locis ubi e h genus avium ad ea loca pducte ac repente
supposite sunt credunt ee conusi qd aut dyomedis templo aqua
rostris afferunt ut aspergunt et qz blandiunt greci genis atz
alienigenas p secunt mirandu no e fieri demonum instinctu quz
interest psuade deu factu ee dyomedem ad decipiendos hoi
nes ut falsos deos cu veri dei iniuria multos colant et hominibus
mortuis q nec cu viverent vere vixerunt templis altaribus sacrificiis sa
cerdotibus q oia cu ita sint nisi uni deo vivo et vero debentur inseruiant

Eo tempore Cz · eneas in ytaliam venit quo nabdon iudex psidebat xvij

Eo tempore post captaz troyam atqz deletam eneas indere
cu viginti navibus quibus portabat reliquie troya
noz in ytalia venit regnante ibi latino et apud atheniesses nesteo
apud sicionios polifide apud assyrios anthane · apud hebreos aut iudex
lapidon fuit · Mortuo aut latino regnavit eneas tribus
annis eisdez in supradictis locis manentibus regibus ubi qm in
Sycionioz iam pelenus erat et hebreoz iudex sapson Qui
cu mirabiliter fortis eet putatus est hercules sz eneaz qm
qm mortuus est no compererunt deu sibi fecerunt latini Sabi
ni ec regem suu pmu saneu sive ut aliq appellat sanctuz

Quid facere possit demones deo permittente et non possint in sopnis fantasiis et in vigiliis

De eo qz quidam dictus perstancius pri suo contigisse dixit qm aut se caballu esse factuz et de huioi it

Quid sit sentiendu de demonibus archadibus carminibus circe de dyomedis avibus it

Post troiaz capto mortuo rege latino eneas regnavit apud hebreos lapidon iudex fuit post hunc sapson Codrus rex p victoria suorz sponte morti se dedit

retulerunt iudeos per idem tempus Codrus rex atheniensium peloponensibus eiusdem hostibus civitatis se interficiendum ignotus obiecit Et factum est hoc modo eum perhibent patriam liberasse Responsum enim acceperant peloponenses tunc demum se superaturos si eorum regem non occidissent. fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo et in suam necem per iurgium provocando Unde ait virgilius et iurgia Codri Et hunc athenienses tamquam deum sacrificiorum honore coluerunt Quarto latinorum rege Silvio enee filio non de creusa de qua fuit ascanius qui tercius ibi regnavit Sed de lavinia latini filia quem postumum eneas dicitur habuisse Assyriorum autem vicesimo et nono enee et melanto atheniensium xvi° iudice autem hebreorum hely sacerdote Regnum sycioniorum consumptum est quod per annos nongentos quinquaginta et novem fuisse traditur porrectum. Mox eisdem per loca memorata regnantibus israhelitarum regnum finito tempore iudicum a saule rege sumpsit exordium Quo tempore fuit samuel propheta.

xviii Ab illo ergo tempore hii reges latinorum esse ceperunt quos cognominabant silvios. Ab eo quippe qui filius enee primus dictus est silvius ceteris propria nomina imponebant et hoc non defuit cognomentum. sicut longe postea cesares cognominati sibi qui successerunt cesari augusto. Reprobato autem saule ne quisquam ex eius stirpe regnaret eoque defuncto david successit in regnum. Post annos saulis imperii xl. tunc athenienses habere deinde reges post codri interitum destiterunt et magistratus habere ceperunt administrande rei publice. post david etiam qui ipse xl regnavit annos filius eius salomon rex israhelitarum fuit qui templum illud nobilissimum dei ierosolimitanum condidit cuius tempore apud latinos condita est alba. ex qua deinceps non latinorum sed albanorum reges appellati in eodem tamen lacio ceperunt. Salomoni successit filius eius roboam sub quo in duo regna populus iste divisus est et singule partes suos singulos reges habere ceperunt.

xix Lacium post eneam quem deum fecerat undecim reges habuit quorum nullus deus factus est. Aventinus autem qui duodecimo loco eneam sequitur cum esset prostratus in bello et sepultus in eo monte qui etiam nunc eius nomine nuncupatur deorum talium quales sibi faciebant numero est additus. Alii sane noluerunt eum in prelio scribere occisum sed non comparuisse dixerunt nec ex eius vocabulo appellatum montem sed ex adventu avium dictum esse aventinum. Post hunc non est deus factus in lacio nisi romulus conditor rome. Inter istum nunc et illum reges reperiuntur duo quorum primus est ut eum virgiliano versu eloquar: proximus ille procas troiane gloria gentis Cuius tempore iam quodammodo roma parturiebatur et illud omnium regnorum maximum assyriorum finem tante diuturnitatis accepit. Ad medos quippe translatum est post annos ferme mille ccc quinque ut etiam beli qui Ninum genuit et illic parvo contentus imperio primus rex fuit tempora computentur. Procas autem regnavit ante amulium. porro amulius fratris sui numitoris filiam ream nomine que etiam ylia vocabatur romuli matrem vestalem virginem fecerat que voluit de marte geminos concepisse isto modo stuprum eius honorantes vel excusantes vel adhibentes argumentum quod infantes expositos lupa nutrierit. Hoc enim genus bestie ad martem existimant pertinere ut videlicet ideo lupa credatur admovisse ubera parvulis quia filios domini sui martis agnovit. Quamquam non desint qui dicant cum expositi vagientes iacerent a nescio qua primum meretrice fuisse collectos et primas eius suxisse mamillas. Meretrices autem lupas vocabant Unde etiam nunc turpia loca lupanaria nuncupantur. et eos postea ad faustulum pervenisse pastorem atque ab eius acca uxore nutritos. Quamquam ad arguendum hominem regem qui eos in aquam proici crudeliter iusserat eis infantibus per quos tanta civitas condenda erat de aqua divinitus liberatis per lactantem feram deus voluit subvenire quid mirum est.

Quo tempore roma sit condita quo regnum assyriorum intercidit quo ezechias regnavit in iudea capitulum xx

Amulio successit in regnum laciale frater eius numitor avus romuli cuius numitoris primo anno condita est roma ac per hoc cum suo deinceps .i. romulo nepote regnavit Ne multis morer: condita est

De hely sacerdote et exordio regni saul de samuele propheta de exordio david successit in salomone roboam et de regibus gentium

De ortu albanorum fine regni assyriorum translati ad medos de origine romuli et remi et quo nati et nutriti

roma ciuitas velut altera babilon et velut prioris filia babilonis
per quam deo placuit orbem debellare terrarum et in vnam societatem
reipublice legumque perductum longe lateque pacare Erant enim iam
populi validi et fortes et armis gentes exercitate que non facile
cederent et quas opus esset ingentibus periculis et vastacione
vtrimque non paruo atque horrendo labore superari Nam quando regnum
assiriorum totam pene asyam subiugauit licet bellando sit
factum non tamen multum asperis et difficilibus bellis fieri potuit
quia rudes adhuc ad resistendum gentes erant nec tam
multe vel magne Siquidem post illud maximum atque vniuersa
le diluuium cum in archa noe octo soli homines euasissent anni
non multo amplius quam mille transierant quando ninus asyam totam
excepta india subiugauit Roma vero tot gentes orientis
et occidentis quas imperio romano subditas cernimus non
ea celeritate ac facilitate perdomuit quia paulatim crescendo
robustas eas et bellicosas quaqua versum dilatabatur inuenit
Tempore igitur quo roma condita est populus israel habebat in terra pro
missionis annos septingentos xviii. Ex quibus xxvii pertinet
ad ihesum naue deinde ad tempus iudicum trecenti xxix. Ex quo
autem reges esse ceperunt anni erant trecenti lxii. Et rex tunc erat in iuda cuius no
men erat achas vel sicut alii computant qui ei successit ezechias quem quidem
constat optimum et pyssimum regem romuli regnasse temporibus In ea vero hebrei po
puli parte que appellabatur israel regnare ceperat ozeas Eodem tempore non nulli sybillam
mentream vaticinatam ferunt Sybillas autem varro prodit
plures fuisse non vnam Hec sane eritrea sibilla quedam de xpo
manifesta conscribit quod et nos prius in latina lingua versibus
male latinis et non stantibus legimus per nescio cuius interpre
tis inpericiam sicut post cognouimus Nam vir clarissimus flac
cianus qui etiam proconsul fuit homo facillime facundie multeque doc
trine cum de xpo colloqueremur grecum nobis codicem protulit
carmina esse dicens sibille eritree vbi ostendit quodam loco in
capitibus versuum ordinem litterarum ita se habentem ut hec in eo verba
legerentur Ihesus xpus theonos sother quod est latine ihesus xpus dei filius
saluator Hii autem versus quorum prime littere istum sensum quem diximus reddunt sic
eos qui latinis et instantibus versibus est interpretatus hec continet De verbis
grecis sybille et in verborum expositione Ihesus xpus theoy yoos sother quod est
latine ihesus xpus dei filius saluator Iudicii signum tellus sudore ma
descet E celo rex adueniet per secla futurus Scilicet in carne presens ut
iudicet orbem Vnde deum cernent incredulus atque fidelis Celsum cum
sanctis eui iam termino in ipso Sic anime cum carne aderunt quas iudicat ipse
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis Reicient simulachra viri cunctam
quoque gazam Exuret terras ignis pontumque polumque Inquirens tetri portas
effringet auerni Sanctorum sed enim cuncta lux libera carni Tradetur sontes
eterna flamma cremabit Occultos actus retegens tunc quisque loquetur Se
creta atque deus reserabit pectora luci Tunc erit et luctus stridebunt de
tibus omnes Eripitur solis iubar et chorus interit astris Voluet celum lu
naris splendor abibit Deiciet colles valles extollet abysmo Non erit in
rebus hominum sublime vel altum Iam equantur campis montes et cerula ponti
Omnia cessabunt tellus confracta peribit Sic pariter fontes torrentur flumina
que igni Sed tuba cum sonitum tristem dimittit ab alto Orbe gemens fa
cinus miserum variosque labores Thartareumque chaos monstrabit terra dehi
scens Et coram hic domino reges sistentur ad vnum Recidet e celo ignisque
et sulphuris amnis In hiis latinis versibus de greco utcumque translatis i
bi non potuit ille sensus occurrere qui fit cum littere que sunt in eorum capitibus
conectuntur ut vbi y littera in greco posita est quod non potuerunt latina verba in

A quo roma in
ceperit et quod ve
lut altera babi
lon dicitur et quod do
dynus post mi
lle annos post
diluuium asyam
totam sub
iuga
uit

Quot annis fuit po
pulus dei in ter
ra promissionis
roma condita
et quod achaz vel
ezechias reg
nauit tempore ro
muli re
gis

De Sybilla e
ritrea et eius
vaticinio Sybi
lla eritrea quod de
xpo vaticinata
est et quod varro
plures dicit
esse sibil
las

neniri que ab eadem lrā incipent ut sine conciret hy aut
sut u'sus tres quīto et octauus decimus et nonus decimus Deīn
qz sil ras q̄ sūt in capitibȝ om̄ u'suū conectētes horū nūz
q̄ septe sūt nō legam⁹ Sz pro eis y lram tamq̄ in eisdez
locis ipā sit posita recordemur exprimim⁹ in quīqz vbis Ihus
xpus dei filius saluator sz tū grece h̄ dr̄ nō latine Et sūt v's
xxvij qui numerus quadratū ternariū solidū reddit Tria enī ter
ducta fiūt nouē et ipā nouē si ter ducunt ut exlatū ī altū figuā cōsurgat
ad xxvij puenniūt hoz aūt grecoz quīqz uboz ihūs xpus theos sother
qd̄ ē quidem latine ihūs xpus dei filius saluator si p̄mas lrās iūgas erit
ixoic ixoi i. piscis In quo noie mistice intellr̄ xpc eo q' in huius mortalitatis
abysso velut in aquaz pfunditate viuus hoc est sine pctō ee potuit. Hec
aūt sybilla siue eritrea siue ut quidā magis cumea ita nichil h̄t in toto
carmine suo cui⁹ exigua ista ptīcla ē qd̄ ad deoz falsoz siue factoz cultū p-
tineat Quinymo ita etiā cont eos et cōtra cultores eoz loqtur ut in eoz nūo
deputanda videat' q̄ ptinz ad ciuitatē dei. Inserit etiā lactanci⁹ opi suo
qdam de xpo vaticinia sibille quāuis nō exprimat cui⁹. Sz q̄ ipe singulatī
posuit ego arbitratus sum cuncta ee ponēda tamq̄ vnū sit plura q̄ ille plura
cōmemorauit et breuia In manus inquit fidelium postea ve
niet Dabit aūt deo alapas manibus incestis et inpurato
ore expuent venenatos sputus Dabit vō ad ūbea simpl'
r sanctum dorsūz et colaphos accipiens tacebit ne quis agnō
scat quo u'bū vl' vn̄ venit ut inferis loqt' et corona spi
nea coronet. Ad cibū aūt fel et ad sitīz acetū dederūt in
hospitalitatis hac mōstrabūt mēsez Ipa enī insipiens tuū
deūz nō intellexisti ludentē mortaliū mētibus sz spinis coro
nasti et horridū fel miscuisti Templi vō veluū scindet et medio
dio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis et morte morietur
tribus diebus sompno suscepto Et tūc ab inferis regressus ad lucē veniet primus
resurrectionis pricipio reuocatus ostenso Ita lactancius carptim p intualla
disputacōis sue sic ea posuit videbant' que pbare intenderat adhibuit testio
nia sibillina q̄ nos nichil interponētes sz in vna serie cōnexa ponentes solis
capitibus sitū scriptores deinceps ea suae nō negligant distinguenda cura
uimus Non nulli sane erithream sibillaz nō romuli sz belli troiani tpe fuisse
scripserunt Eodem romulo regnante thales milesius fuisse phibetur vnus e sa
pientibus qui post theologos poetas in quibus orpheus maxiē omū nobilitatus
ē sophi appellati sūt qd̄ est latinū sapientes Per idem tpus x tribus q̄ i diui
sione pp̄li vocati sūt isrl' debellate a chaldeis et in eas terras captiue ducte
sūt remanentibus in iudea terra duabus illis tribubus q̄ noīe inde vocabant' Iudam
qz regnū h̄ebant in ierlm. Mortuū romulū cū et ipe nusq̄ cōparuisset in deos qd̄
et vulgo notissimū ē retulere romani qd̄ usqz adeo fieri iā desierat ut postea n̄
adulando nō errando fierī ē tpibus cesaz ut Cycero magnis romuli laudibus
tribuat qd̄ nō rudibus et indoctis tpibus qn facile hoies fallebant' sz iā expolitis
et eruditis meruit hos honores qūuis nōdū efferbuerat ac pullulauerat philoz
subtilis et acuta loqacitas. Sz etsi posteriora tpa deos hoies mortuos nō institu
erūt tamq̄ ab antiquis institutos colere ut deos et hre nō destiterunt qn ee
simulachris q̄ veteres nō h̄ebant auxerunt vane atqz inpie supsticionis illece
braz id efficientibus ut fabulosa ee carmīa deoz q̄ ia viciore scelō nō fingebat
pludos tū in eoz de flor nomi obsequiu turpit' agentes Regnauit deinde
numa post romulū qui cū illā ciuitatē putauit deoz pfec
to flor̄ numositate numienda ī eandez turbaz referri mor
tuus nō meruit tamq̄ ita putatus sit celū multitudīe nuīnū co
stipasse ut locū ibi repire nō posset Sz regnante romu
lo septem sapientes claruerunt quo tpe decē tribus q̄ isrl' di
cebant' ī captiuitatē a chaldeis ducte sūt idemqz romulus mortuus diuino
honore ditatus ē

Sz lactancius ponit q̄dam ūba de vaticinio sibil le cumee de passione et resurrexōne xpi

Quo tpe fuit sibilla thales millesius orpheus et x tribus du cte capte a chal deis et romulus deificatus ut dicit varro ī numa rit

Quo tpe sanā sibil la ee dicit et aput hebreos manasses regnauit q̄ ysaiaz occidit et sedechi as sb' q° pplus iudeoz captus et ierlm destructa est

Hoc regnāte rome et apud hebreos initio regni manasse a quo impio xxv
rege ꝑpheta ysaias ꝑhibet̄ occisus samiā fuisse sibillā ferūt Regnāte
vō apud hebreos Tarquinio prisco qui successerat ancomarcio ductꝰ ē cap
tiuus in babiloniā ꝑplus iudeoꝝ euersa ī ierlm et teplo illo a salomone constructo
Increpantes eum eos ꝑphē de iniquitatibꝰ et impietatibꝰ suis · h' eis uentura
ꝑdixerant maxime Ieremias qui et num'͂ diffiniunt annoꝝ. Eo tpe pictacus mithi
lenꝰ alius e septē sapientibꝰ fuisse ꝑhibet et quīqꝫ ceteros qui ut septē nume
rent' thaleti quē sup' comemorauimꝰ et huic pictaco addut' eo tpe fuisse sc̄
bit / Eusebius quo captiuus dei ꝑplus in babiloniā tenebat
hy aūt sūt Salon atheniensis · chilon lacedemonius · periandr
us · chorinthius · cleobulus · lidius · bias · prienensis · omēs
hy septē appellati sapientes post poetas theologos clarueīt
(quia genere vite quodā laudabili pstabant hoībꝰ ceteris ī moꝝ
nōnulla pcepta sniaꝝ breuitate cōplexi sūt Nichil aūt moi
mētoꝝ q' ad lr̄as attinet posteris reliquerūt / n' q' solō quasdā
leges atheniensibꝰ dedisse ꝑhibet / Thales vō phisicus fuit et
suoꝝ dogmatū libros reliquit Eo captiuitatis iudaice tpe et anaximāder
et anaximenes et xenophanes phisici clarueīt / Tūc et pictagoras ex
quo ceperūt appellari ph'i · per idem tpus Cyrus rex psaꝝ et chaldeis et
assyriis impabat qui relaxata aliquāta captiuitate iudeoꝝ quīquaginta ho
m̄i milia ex eis ad restaurandū templū regredi fecit A quibꝰ tm̄ pma cep
ta fundamenta et altare cōstructū est In cursantibꝰ aūt hostibꝰ nequaquā
pgredi edificando valueīt dilatatūqꝫ opus ē usqꝫ ad dariū
(per idem tpus et illa sūt gesta q' conscripta sūt in libro iu
dith q' sane in canone scripturaꝝ iudei nō recepisse dicitur
Sub dario g° rege psaꝝ impletis lxx annis quos Ieremias ꝑph
eta pdixerat reddita est iudeis soluta captiuitate libertas
regnante romanoꝝ septīo rege Tarquinio Quo expulso et
ipi aregū suoꝝ dn̄acōe liberi ee ceperūt Usqꝫ ad hoc tpus
ꝑphetas habuit ꝑplus isrl̄ Qui tm̄ multi fueīt paucoꝝ et apud
iudeos et apud nos canonica scriptura retinet de quibꝰ me aliq̄
positūꝫ esse ꝑmisi in hoc libro cū clauderē superiorē q' iā video xxvi
ee faciendū / Tpa igr̄ eoꝝ ut possimꝰ aduertere et intercurrā pmi
libri recurramꝰ In capite libri ozee ꝑphete qui pmꝰ et xii ponit' ita scriptū
ē vbū dn̄i q' fcm̄ ē azee in diebꝰ ozie et ioathan et achaz / et ezechie
regū iuda. Amos quoqꝫ in diebꝰ regis ozee ꝑphetasse se scribit addidit et
Ieroboam rege isrl̄ qui p eosdem dies fuit Nec nō ysaias fi
lius amos siue sup'dicti ꝑphete siue q' magis ꝑhibet alte
rius qui nō ꝑpheta eodem noīe vocabat' eosdem reges qua
tuor quos posuit ozee in capite libri sui ponit quoꝝ diebꝰ
se ꝑphetasse ploquitur Micheas et eo eadē sue ꝑphetie co
memorat tpa post dies ozie Nam tres qui sequit' reges
noiat quos et ozee noiauit Ioathan et achaz et ezechiaz
hy sūt quos eodē tpe simul ꝑphetasse ex eoꝝ lr̄is inueīt' hys
adiungit' Ionas eodem ozia rege regnāte · et Iohel cū iā reg
naret Ioathan qui successit ozie Sꝫ istoꝝ ꝑphetaꝝ duoꝝ
tpa in cronicis nō ī eoꝝ libris potuimꝰ inuenire qui de suis diebꝰ tacent
Tendunt' aūt hy dies a rege latinoꝝ pcace siue superiore auentino usqꝫ ad
regem romulum iam romanū ul' et usqꝫ ad regē pmordia
successoris eius nume pompilii Ezechias quippe rex iuda
eo usqꝫ regnauit Ac p ea tpa ista velut fontes ꝑphetie
pariter erupnerūt qn̄ regnū defecit assyrioꝝ cepitqꝫ ro
manū ut scꝫ quēadmodū regni assyrioꝝ pmo tpe extitit
abraham cui ꝑmissiones aptissime fieret ī eius semine bn̄
dictōis omū gentiū ita ī occidentalis babilonis exordio

Marginal notes (right):

Eusebius scribit tpe quo ꝑplus dei in babiloniā captiuꝰ tenebat / septē sapientes apud grecos floruerūt pictagoras et alii

De cyro rege psaꝝ et medoꝝ dario sub quibꝰ iudeoꝝ soluta captiuitas quā eis pre dixit Ieremias
De Iudith de tarquinio a romanis pulso

Quo tpe ꝑphete ꝑphetauit et reges de quibꝰ ꝑphetia fcā ē ozee amos ysaias micheas ionas Iohel Reges ozias Ioathan achaz et ezechias

Quo tpe regnū assyrioꝝ defecit romanū cepit ut ꝑmissiones quō da fecit abrahe in semine bn̄dictiones gentiū imple rentur xxvii

qua fuerat xpe imperante venturus in quo implerentur illa promissa oracula prophetarum loquencium non solum verum eciam scribencium in tante rei future testimonium scilicet Cum enim prophete numquam fere defuissent populo israel ex quo ibi reges esse ceperunt in usum tantummodo eorum fuerunt non gencium Quando autem ea scriptura manifestius prophetica condebatur que gentibus quoque prodesset tunc oportebat inciperet quando condebatur hec civitas que gentibus imperaret De hiis que ad ewangelium xpi pertinent que ozee et amos prophetaverunt

xxv Osee igitur propheta quanto profundius quidem loquitur tanto operosius penetratur sed aliquid inde sumendum est et hic ex nostra promissione ponendum Et erit inquid in loco quo dictum est eis non plebs mea vos vocabuntur et ipsi filii dei vivi Hoc testimonium propheticum de vocacione gencium qui prius non pertinebat ad deum eciam apostoli intellexerunt Et quia ipse eciam plebs gencium spiritualiter est in filiis abrahe Ac per hoc recte dicitur israel propterea sequitur et dicit Et congregabuntur filii iuda et filii israel in idipsum et ponent sibimet principatum unum et ascendunt a terra Hoc si adhuc velimus exponere eloquii prophetici obtundetur sapor Recolatur tamen lapis ille angularis et duo parietes unus ex iudeis alter ex gentibus ille nomine filiorum iuda iste nomine filiorum israel eidem uni principatui suo in idipsum innitentes et ascendentes agnoscatur a terra Istos autem carnales israelitas qui nunc nolunt credere in xpistum postea credituros id est filios eorum Nam utique isti ad suum locum moriendo transibunt idem propheta testatur dicens Quoniam diebus multis sedebunt filii israel sine rege sine principe sine sacrificio sine altari sine sacerdocio sine manifestacionibus Quis non videat nunc sic esse iudeos Sed quid adiungit audiamus Et postea inquit revertentur filii israel et inquirent dominum deum suum et david regem suum et stupescent in domino et in bonis ipsius in novissimis diebus Nichil est ista prophecia manifestius cum david rex significatus intelligitur xpistus quia factus est sicut dicit apostolus ex semine david secundum carnem Prenunciavit iste propheta eciam tercia die resurrectionem futuram sicut eam prophetica altitudine prenunciari oportebat ubi ait Sanabit nos post biduum in die tercio resurgemus Secundum hoc enim nobis dicit apostolus Si resurrexistis cum xpisto que sursum sunt querite Amos quoque de rebus talibus sic prophetat Para inquit te ut invoces deum tuum israel quia ecce ego firmans tonitruum et creans spiritum et annuncians in hominibus xpistum suum Et in alio loco In illa die inquit resuscitabo tabernaculum david quod cecidit et reedificabo que ceciderunt eius et destructa eius suscitabo et reedificabo ea sicut dies seculi ita ut exquirant me residui hominum et omnes gentes in quibus invocatum est nomen meum super eos dicit dominus faciens hec. Ysaias propheta non est in libro xii prophetarum qui dicuntur minores quia sermones eorum sunt breves in eorum comparacione qui maiores ideo vocantur quia prolixa volumina condiderunt Ex quibus est hic ysaias quem propter eadem prophetie tempora subiungo supradictis duobus Ysaias igitur inter illa que arguit iniqua et iusta precepit et peccatori populo mala futura predixit eciam de xpisto et ecclesia hoc est de rege et ea quam condidit civitate multo plura quam ceteri prophetavit ita ut a quibusdam ewangelista quam propheta pocius diceretur Sed propter racionem operis consummandi unum de multis hoc loco ponam Ex persona quippe dei patris loquens Ecce inquit intelliget puer meus et exaltabitur et glorificabitur valde Quemadmodum stupescent super te multi ita gloria privabitur ab hominibus species tua et gloria tua ab hominibus Ita mirabuntur gentes multe super eum et continebunt reges os suum quoniam quibus non est nunciatum de illo videbunt et qui non audierunt intelligent Domine quis credidit auditui nostro et brachium domini cui revelatum est Annunciabimus coram illo ut infans ut radix in terra siciente Non est species illi neque gloria Et vidimus eum et non habebat speciem neque decorem sed species eius sine honore deficiens pre omnibus hominibus homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem quoniam aversa est facies eius inhonoratus est nec magni estimatus Hic peccata nostra portat et pro nobis dolet

est. Sed quibus modis et quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia
quam nunc valet consequi ad perfectum hominum intelligentia. Existimo tamen eo quo a me com-
memorata sunt ordine esse ventura. Duo nobis ad hoc opus pertinentes reliqui sunt
libri, ut adiuvante domino promissa compleamus. Quorum enim unus de malorum sup-
plicio, alius de felicitate iustorum, in quibus maxime sicut deus donaverit argumenta
refellentur humana, que contra predicta ac promissa divina sapienter sibi miseri videre
videntur et salubris fidei nutrimenta velut falsa et ridenda contempnunt. Qui
vero secundum deum sapiunt, omnia que incredibilia videntur hominibus tamen in scripturis sanctis quarum
iam veritas multis modis asserta est continentur, maximum argumentum tenent veracem
dei omnipotenciam, quem certum habent nullo modo in eis potuisse mentiri et posse fa-
cere quod impossibile est infideli. Explicit liber vicesimus. Incipiunt tytuli

De ordine disputacionis qua prius disserendum est de perpetuo libri xxi. I. A
supplicio dampnatorum cum dyabolo quam de eterna felicitate sanctorum. I
An possint corpora in ustione ignis esse perpetua. II. An consequens sit ut
corporum dolorem sequatur carnis interitus. III. De naturalibus exemplis quorum con-
sideracio doceat posse inter cruciatus posse viventia corpora permanere. IIII. Quanta
sint quorum racio nequeat agnosci et tamen eadem vera esse non sit ambiguum. V. Quod
non omnia miracula naturalia sint, sed pleraque humano ingenio modificata, pleraque
autem demonum arte composita. VI. Quod in rebus miris summa credendi racio sit omnipo-
tencia creatoris. VII. Non esse contra naturam cum in aliqua re cuius natura innotuit aliquid
ab eo quod erat notum incipit esse diversum. VIII. De iehenna et eternarum qualitate pe-
narum. IX. De igne iehenne si corporalis est posset malignos spiritus id est demones
incorporeos tactu suo adurere. X. An hoc iusticia habeat ut non sint extensiora
penarum tempora quam fuerint peccatorum. XI. De magnitudine prevaricacionis prime qua eterna
pena omnibus debeatur qui extra graciam fuerint salvatoris. XII. Contra opinionem eorum
qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgacionis adhiberi. XIII. De pe-
nis temporalibus istius vite quibus subiecta est humana condicio. XIIII. Quod omne opus
gracie dei eruentis nos de profunditate veteris mali ad futuri seculi pertineat
novitatem. XV. Sub quibus gracie legibus omnes generacionis habeantur etates. XVI.
De hiis qui putant nullorum hominum penas mansuras esse perpetuas. XVII. De hiis qui
in novissimo iudicio propter intercessiones sanctorum neminem hominum putant esse dampnan-
dum. XVIII. De hiis qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam hereticis per participacionem
corporis christi. XIX. De hiis qui non omnibus sed eis tantum qui apud catholicos sunt
renati, etiam si postea in multa crimina errores proruperint, indulgenciam pollicentur.
XX. De hiis qui eos qui permanent in catholica fide etiam si pessime vixerint
et ob hoc vivi meruerint tamen propter fidei fundamentum salvandos esse diffiniunt. XXI.
De hiis qui putant ea crimina que inter elemosinarum opera committuntur ad dampna-
cionis iudicium non vocari. XXII. Contra opinionem eorum qui dicunt nec dyaboli nec homi-
num malorum perpetua futura supplicia. XXIII. Contra eorum sensum qui in iudicio dei omnibus
reis propter sanctorum preces putant esse parcendum. XXIIII. An qui inter hereticos bapti-
zati sunt et deteriores postea male vivendo facti sunt, vel hii qui apud catho-
licos renati ad hereses aut scismata transierunt, vel hii qui a catholicis
apud quos renati sunt non recedentes criminose vivere persisterint, possint privilegio
sacramentorum remissionem eterni sperare supplicii. XXV. Quid sit in fundamento habere christum
et quibus spondeat paulus per ignem salutem. XXVI. Contra eorum persuasionem qui pu-
tant sibi non obfutura peccata in quibus cum elemosinas facerent persisterunt. XXVII.

Cum per ihesum christum dominum De ordine disputacionis qua prius dis-
iudicem vivorum atque mortuorum serendum est de perpetuo supplicio dampna-
torum cum dyabolo quam de eterna felicitate sanctorum
debitos fines ambe pervenerint civitates quarum una est dei altera
dyaboli, cuiusmodi supplicium sit futurum dyaboli et omnium ad eum per-
tinencium in hoc libro nobis quantum ope divina valebimus diligencius

disputandum est Ideo autem hunc tenere ordinem malui ut postea desseram de
felicitate sanctorum quia utrumque cum corporibus erit et incredibilius videtur esse in eternis
durare cruciatibus quam sine dolore ullo in eterna beatitudine permanere ac per hoc cum
illam penam non debere esse incredibilem demonstrauero adiuuabit me plurimum
ut multo facilius omni carens molestia inmortalitas corporis in sanctis futura
credatur Nec diuinis ordo iste abhorret eloquijs ubi aliquando quidem bonorum beati-
tudo prius ponitur ut est illud Qui bona fecerunt in resurrectionem vite qui autem mala
egerunt in resurrectionem iudicii Sed aliquando et posterius ut est mittet filius hominis angelos
suos et colligent de regno eius omnia scandala et mittent in caminum ignis ar-
dentem illic erit fletus et stridor dencium Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris sui Et illud sic ibunt isti in supplicium eternum iusti autem in vitam eternam Et in
prophetis quod commemorare longum est nunc ille nunc iste ordo si quis inspiciat inve-
nitur Sed ego istum qua causa elegerim dixi. An possint corpora in ustione ig-
Quid ostendam igitur unde conuincantur increduli posse nium esse perpetua. ij.
humana corpora animata atque viuencia non solum morte dissolui sed in-
tium quoque ignium durare tormentis Nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre
potenciam sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant Quibus si respondebimus esse
animalia profecto corruptibilia quia mortalia que tamen in medijs ignibus viuant
non nullum etiam genus vermium in aquarum calidarum scaturigine reperiri quarum fer-
uorem nemo impune contrectat Illos autem non solum sine ulla sui lesione ibi
esse sed extra esse non posse aut nolunt credere si ostendere non valemus aut si voluerimus sine
oculis demonstrare res ipsis sine per testes ydoneos edocere non satis esse hoc ex-
emplum rei de qua quod est eadem infidelitate contendunt quia hec animalia nec semper
viuunt et in illis feruoribus sine doloribus viuunt sue quippe nature conuenientibus ve-
getantur illis non cruciantur elementis quasi non incredibilius sit vegetari quam cruciari
talibus rebus Mirabile est enim dolere in ignibus et tamen viuere sed mirabilius viuere in
ignibus nec dolere Si autem hoc creditur cur non et illud An consequens sit ut
Sed nullum est inquiunt corpus quod dolere possit corporum dolorem sequatur
nec possit mori Et hoc unde scimus Nam de corporibus quis certus est c. iij.
est demonum utrum in eis doleant quando se affligi magnis cruciatibus confitentur
Quod si respondetur terrenum corpus solidum scilicet atque conspicuum nullum esse atque ut uno po-
cius nomine id explicem nullam esse carnem que dolere possit morique non possit Quid
aliud dicitur nisi quod sensu corporis homines et experiencia collegerunt Nullam namque car-
nem nisi mortalem sciunt et hec est eorum tota racio ut quod experti non sunt nequaquam
esse posse arbitrentur Nam cuius racionis est dolorem facere mortis argumentum cum vite
pocius sit indicium Et si enim querimus utrum semper possit viuere certum tamen est viuere omne
quod dolet doloremque omnem nisi in re viuente esse non posse Necesse est ergo ut viuat dolens
non est necesse ut occidat dolor quia nec corpora ista mortalia et utique moritura
omnis dolor occidit et ut dolor aliquis possit occidere illa causa est quoniam sic est anima
connexa huic corpori ut summis doloribus cedat atque discedat quoniam et ipsa compa-
go membrorum atque vitalium sic infirma est ut eam vim que magnum vel summum dolo-
rem facit non valeat sustinere Tunc autem tali corpori anima et eo connectetur modo ut
illud vinculum sicut nulla temporis longitudine soluitur ita nullo dolore rumpatur
Proinde et si caro nunc talis nulla est que sensum doloris perpeti possit mo-
remque non possit erit tamen tunc talis caro qualis nunc non est sicut talis erit qualis
et nunc mors non est Non enim nulla sed sempiterna mors erit quando nec viuere
anima poterit deum non habendo nec doloribus corporis carere moriendo Prima mors
animam nolentem pellit de corpore Secunda mors animam nolentem tenet in cor-
pore ab utraque morte communiter id habetur ut quod non vult anima de suo cor-
pore paciatur Attendunt autem isti contradictores nullam esse nunc carnem que do-
lorem pati possit mortemque non possit et non attendunt esse tamen aliquid tale quod
corpore maius sit Ipse quippe animus cuius presencia corpus viuit et regitur et
dolorem pati potest et mori non potest Ecce inuenta res est que cum sensum doloris habeat
mortalis est Hoc igitur erit et tunc in corporibus dampnatorum quod nunc esse scimus in
animis omnium Si autem consideremus diligencius dolor qui dicitur corporis magis ad animam

ptinz aie e enim dolere no corpis ec qui ei dolendi ca existit acorpe cu i eo loco dolet ubi ledit corpus Dicimt g° dicimus corpa sencientia et corpa viuentia cu ab aia sit corpis sensus et vita ita corpa dicimus q dolentia cu dolor cor poris n ab aia ee no possit Dolet itaqz aia cu corpe in eo loco eius n aliquid cotingit ut doleat dolet et sola quis sit in corpe cu aliqua ca ec invisibili tristis e ipa corpe incolomi dolet ec nondum corpe costituta Nam utiqz dolebat diues ille apud inferos qui dicebat crucior in hac flamma Corpus aut nec exaie dolet nec exanimatum sine aia dolet Si g° a dolere argumentum recte sumetur ad morte ut io mori possit accide quia potuit accide et dolor magis ad aiaz ptinet mori ad qd magis ptinz et dolere Cuz vo illa q magis dolere pt non possit mori qz momenti affert cur illa corpora quia futura sut i doloribus io ec mortua credamus Dixerunt qdaz platonici ex terreis corporibus morbidisqz me bris ee aie et metuere et cupere et dole atqz gaude Unde virgilius Hinc ei inquit e i ex morbidis terrem corpis mebris Metuunt cupiuntqz dolentqz gaudentqz Sz conuincimus eos in duodecimo huius opis libro hre aias s'm ipos ab omi ec corpis labe purgatas dira cupiditate qua rursus i ci piut in corpa velle reuti Ubi aut pot ee cupiditas pfecto ec dolor pt frustrata quippe cupiditas siue puenido quo tendebat siue amittedo quo puenerat vtit i dolore Quia pp si aia que ul sola ul maxie dolet ht tn quadaz pro suo mo i mortalitate si ia no io mori potuerit illa corpa qz dolebant Postremo si corpa faciunt ut aie doleant cur eis dolore put morte vo inferre no put n qz cosequens no est ut morte faciat qd dolore facit Cur g° incredibile e ita ignes illis corporibus dolore posse inferre no mortez sicut ipa corpa dolere aias faciunt quas tn no io mori cogunt Non e g° necessariuz futuri mortis argumentum dolor **De naturalibus exemplis quorum consideratio doceat posse inter cruciatus viuentia corpa permanere. iii.**

Quapropter sicut scripserunt qui naturas animalium curiosius inquisierunt salamandra i ignibus viuit Et qdaz notissimi sicilie montes qui tanta diuturnitate tpis ac vetustate usqz nunc ac deinceps flammis estuant atqz integri pseuerant satis ydonei testes sut no omne qd ardet absumi et aia indicat no omne qd dolere pt posse et mori Quid adhuc anob rerum poscunt exempla qbus doceamus esse no incredibile ut homi corpa sempiterno supplicio punitorum et i igne aiaz no amittat et sine detrimento ardeant et sine interitu doleant Habebit em tunc ista carnis sba qualitate ab illo inditam q tam miras et varias tot rebus indidit quas videmus ut eas qz multe sut no miremur Quis em n deus creator omium dedit carnis pauonis i mortui ne putresceret Quod cu auditu incredibile videtur euenit ut apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hec auis de cuius pectore pul parum quantuz visuz e decerptum seruari iussimus qd post dierum tm spacium quanto alia caro quecuqz cocta putresceret prolatum atqz oblatum nichil nim offendit olfactum Item qz repositum post dies amplius q triginta i nim qd erat inuentum e Idemqz post annuz nisi q aliquantum corpulencie siccio ris et contractioris fuit Quis palee dedit ul tam frigidam vim ut obrutas niues seruet ul tam feruidam ut poma i matura maturent De ipo igne mira quis explicet quo queqz adusta nigrescunt cu ipe sit lucidus et pene omia ambit et lambit colore pulcherrimus decolorat atqz ex pruina fulgida carbone teterrimum reddit Neqz id qi regulariter difinitum e Nam econtrario lapides igne candente p cocti et ipi fiunt candidi et qmuis ille magis rubeat illi albicent congruit tn luci quod albu e sic nigrum tenebris Cuz itaqz ignis i lignis ardeat ut lapides coquat contrarios ht no i contrariis rebus effectus Et si em lapides et ligna diuisa sut contraria tn no sut sicut albu et nigrum quorum i lapidibus facit vnum alterum i lignis clarus illos clarificans hec obfuscans Nonne in illis deficeret n in istis vinceret Quid in carbonibus Nonne miran cuz i illis deficeret n in istis vinceret

res est et tanta infirmitas ut ictu leuissimo frangantur et pressu fa-
cillimo conterantur et tanta firmitas ut nullo humore corrumpantur nulla
etate uincantur usque adeo ut eos substernere soleant qui limites figunt
ad conuincendum litigatorem Quisquis post quantalibet tempora extiterit fixumque
lapidem limitem non esse contenderit Quis eos intra humida infossos
ubi ligna putrescerent tamdiu durare incorruptibiles posse nisi rerum ille corrup-
tor ignis efficit Intueamur et miraculum calcis excepto eo de quo iam satis di-
ximus quod igne candicat quo alia tetra reddit etiam occultissime ab igne ignem
concipit eumque iam gleba tangentibus frigida tam latenter seruat ut nullo nostro
sensui prorsus appareat sed compertus experimento etiam dum non apparet sciatur inesse
sopitus propter quod eam calcem uiuam loquimur uelut ipse ignis latens anima sit in-
uisibilis uisibilisque corporis Iam uero quam mirum est quod cum extinguitur tunc
accenditur Ut enim occulto igne careat aqua infunditur aqua perfunditur et
cum antea sit frigida inde feruescit unde feruentia cuncta frigescunt Velut
expirante ergo illa gleba discedens ignis qui latebat apparet ac deinde tamquam
morte sic frigida est ut adiecta unda non sit arsura et quam calcem
uocabamus uiuam uocemus extinctam Quid est quod huic miraculo addi posse
uideatur et tamen additur Nam si non adhibeas aquam sed oleum quod magis fo-
mes est ignis nulla eius perfusione uel infusione feruescit Hoc miraculum
si de aliquo indico lapide legeremus siue audiremus et in nostrum experimentum ue-
nire non posset profecto aut mendacium putaremus aut certe granditer miraremur
Quarum uero rerum ante nostros oculos cottidiana documenta uersantur non genere
minus mirabili sed ipsa assiduitate uilescunt ita ut ex ipsa india que remo-
ta est pars orbis a nobis desierimus nonnulla mirari que ad nos potuerunt mira-
da perduci Adamantem lapidem multi apud nos habent et maxime aurifi-
ces insignitoresque gemmarum qui lapis nec ferro nec igni nec alia ui
ulla perhibetur preter hircinum sanguinem uinci Sed qui eum habent atque nouerunt
numquid ita mirantur ut hi quibus primum potentia eius ostenditur Quibus autem
non ostenditur fortasse nec credunt aut si credunt inexperta mirantur et con-
tigit experiri adhuc quidem mirantur insolita sed assiduitas experiendi paulatim
subtrahit admirationis incitamentum. Magnetem lapidem nouimus mirabilem ferri
esse raptorem Quod cum primum uidi uehementer inhorrui Quippe cernebam a lapi-
de ferreum anulum raptum atque suspensum Deinde tamquam ferro quod rapuerat
uim dedisset id est anulus alteri admotus est eundemque suspendit atque ut ille priori la-
pidi sic alter anulus priori anulo cohebat. Accessit eodem modo tertius accessit
et quartus Iamque sibi permutua circulis nexis non implicatorum intrinsecus
sed extrinsecus adherentium quasi cathena pependerat anulorum Quis istam ui-
lapidis non stupeat que illi non solum inerat uerum etiam per tot suspensa transibat
et inuisibilibus ea uinculis subligabat Sed multo est mirabilius quod a fratre et
coepiscopo meo seuero mileuitano de isto lapide cognoui Se ipsum namque ui-
disse narrauit quemadmodum bathanarius quondam comes affrice cum apud
eum conuiuaretur episcopus eundem protulerit lapidem et tenuerit sub argento fer-
rumque super argentum posuerit deinde sicut subter mouebat manum qua lapidem
tenebat ita ferrum desuper mouebatur atque argento medio nichilque paciente
concitatissimo cursu ac recursu infra lapis ab homine super ferrum rapieba-
tur a lapide Dixi quod ipse conspexi dixi quod ab illo audiui cui tamquam ipse ui-
derem credidi Quid etiam de isto magnete legerim dicam Quando iuxta eum ponitur
adamas non rapit ferrum et si iam rapuerat ut ei approximauerit mox re-
mittit India mittit hos lapides Sed et si eos nos cognitos iam desisti-
mus admirari quanto magis illi a quibus ueniunt si eos facillimos habent ut
nos calcem quam miro modo aqua feruescentem qua solet ignis extingui et
oleo non feruescentem quo solet ignis accendi quia in promptu nobis est non miramur

Quanta sint quorum ratione queat agnosci et tamen eadem uera esse non sit ambiguum · c · v ·

Verumtamen homines infideles qui cum diuina uel preterita uel futura miracula predicamus que illis

expenda nō valem⁹ oñdē rōm a nobis eorꝫ flagitant rerꝫ Quam qui non
possum⁹ reddē extēdunt eū vires mētis hūane existimat falsa eē q̄ dicūt
ipi de tot mirabilib⁹ reb⁹ quas ul' vidē possum⁹ ul' videm⁹ debent reddere
racōm Quia si fieri ab hoīe nō posse prudent fatendū ē eis nō iō aliquid
nō fuisse ul' futurū eē q̄z rō nō pt inde reddi. quāquidē sūt ista de quib⁹
silr nō pt Non itaqꝫ p̄go p plurima q̄ mandita st' lrīs nō gesta atꝫ
trāsacta sꝫ ī locis quibusqꝫ manentia Quo nō si quisq̄ ire uolunt et potunt
utrū vā sint explorabit sꝫ pauca comemoro Agrigentinum sicilie salem
phibent cū fuīt admotus igni velut ī aqua fluescē cū vō ipi aque ve
lut ī igne crepitarē Apud garamantas quedā fontē tā frigidū dieb⁹
ut nō bibat tam fervidū frigidū noctib⁹ ut nō tangat Ēn vō exurunt ignes
eiūs unitis inde Ēi vō extinguunt fontes eius uinitis ignes Istos v
sus vidi rome in camerā aplīca et in pictura hui⁹ fontis In epyro ali
ū fonte ī quo faces ut in cetis extinguunt accense sꝫ nō ut in cetis acce
dūt extincte Asbesto archadie lapidem ppt̄ea sic vocari q̄ accensus semel iā
nō possit extingui Ligna cuiusdam ficus egyptie nō ut ligna cetā ī a
quis natare sꝫ mergi et quid ē mirabilius cū ī ymo aliquādiu fuīt inde
ad aque supficie rursus emergē qm̄ madefactū debuit humoris pondē pre
gravari. poma in terra sodomorum gigni quidē et ad maturitatis faciē pueni
re. sꝫ morsu p̄ssu ue temptata in fumū ac favillā corio uā tistente vanes
cēt. pyritem lapidē psici tenetis manū si vehementius pmat adu
rē ppt̄ qd' ab igne nomē accepit In eadem persida gigni et lapide selenite
cui⁹ intiorē candorē cū luna crescē atꝫ deficē In capadocia et vento eq
as cōcipe eosdemqꝫ fetus nō amplius triēnio vivē Tylon indie īsulaꝫ
eā pferri cetis terris q̄ ois arbor q̄ ī ea gignitur nūq̄ nudat tegmine
foliorū. De his atꝫ aliis ī mirabilibus mirabilibus que hystoriā nō factorū
et trāsactorū. sꝫ manentiū locorū tenꝫ in aut aliud agenti ea psequi nimis
longū ē Reddant racōm si pnt infideles isti qui nolunt diuinis lrīs credē qd
aliud q̄ nō putantes eas eē diuinas eo q̄ res heant ī credibiles sicuti h
ē ī quo nūc agim⁹ Non enī admittit inquiut ulla rō ut caro ardeat nꝫ
absumat doleat nꝫ moriat Ratiocinatores videlꝫ magni q̄ de omib⁹ reb⁹
quas eē mirabiles cōstat possint reddē rōm Reddant g° de his q̄ pauca
posuim⁹ q̄ procul dubio si eē nescirent et ea futura eē dicēm⁹ multo minus
crederent q̄ q̄ nūc dicentib⁹ nobis nolunt credē aliq̄ eē venturū Quis eī
eorū nobis credēt si quēadm° dicim⁹ futura hoīm viua corpa q̄ sēp arsura
atꝫ dolitura nec tm̄ alīq̄ moritura sunt Ita dicēm⁹ in futuro sclo futurū
salē quē facēt ignis velut in aqua fluescē eūdēqꝫ facēt aqua velut ī igē
crepitarē. aut futurū fontē cui⁹ aqua ī refrigerio noctis sic ardeat ut
nō possit tangi In estib⁹ vō diei sic algeat ut nō possit tangi Aut futurū
lapidē ul' eū qui suo calore manū cōstrigentis aduret vel eū qui vn
dīqꝫ accensus extingui oīo nō possꝫ. et cetā q̄ p̄t'missis aliis innume
ris cōmemoranda interim duxi Hec g° ī illo sclo qd' futurū ē si dicēm⁹
futura nobisqꝫ increduli rñdent si vult ut ea credamus de singlis red
dite rōm Nos nō posse cōfitem͛ eo q̄ istis et similib⁹ dei mirīs ope
rib⁹ ī firma mortaliū ratiocinatio vincētur firmam tm̄ apud nos eē
racōm nō sine rōe oīpotētē facē Vnde animus hūanus ī firm⁹ rōm nō
possit reddē et ī multis quidē reb⁹ incertū nob eē quid velit Illud tm̄ eē ctissimū
nichil eorū illi eē impossīle quecūqꝫ voluīt cui que nos credē pdicētī que neqꝫ
impotētē neqꝫ mēcietēꝫ possum⁹ credē Hy tm̄ fidei rephensores exactoresqꝫ
rōnis quid ad ista rñdent de quib⁹ rō reddi ab hoīe nō pt. et tm̄ sunt ꝛ ipi
rōm nāe que vident eē cōtrariā Que si futura eē dicēm⁹ silr a nobis sic
eorū q̄ futura eē dicim⁹ ab infidelib⁹ rō poscētur ac p hoc cū in talib⁹ opi
bus dei deficiat rō cordis et smonis hūani sicut ista nō iō nō sūt nō
iō eē illa nō erunt qm̄ rō deutrisqꝫ ab hoīe nō pt reddi Quod nō oīa miracu
losa sint sꝫ pleraqꝫ hūano ingenio modificata pleraqꝫ aut demonū arte
composita. vi.

Hic forte videatur prorsus nec ista sunt nec ista credimus falsa de his dicta falsa
conscripta sunt et adiciant ratiocinantes atque dicentes Si talia credenda sunt
credite et vos quod in eisdem litteris est relatum fuisse vel esse quoddam Veneris fa
num atque ibi candelabrum et in eo lucernam sub divo sic ardentem et eam nulla tem
pestas nullus imber extingueret Unde sicut ille lapis ita sic ista lichno
sa asbestos id est lucerna inextinguibilis nominata est Quod propterea dicere potuerunt
ut respondendi nobis angustias ingerant quia si dixerimus non esse credendum scripta
illa miraculorum infirmabimus Si autem credendum esse concesserimus firmabimus
numina paganorum Sed nos sicut iam in libro huius operis diximus non habemus ne
cesse omnia credere que hystoria continet gentium cum et ipsi inter se hystorici
sicut ait Varro quasi data opera et quasi per industriam per multa dissentiunt Sed et
si volumus credimus que non adversantur libris quibus non dubitamus oportere nos cre
dere De hiis autem miraculis locorum nobis ad ea que futura persuadere incredu
lis volumus satis illa sufficiunt que nos quoque possumus experiri et eorum tes
tes ydoneos non difficile est invenire De isto autem fano Veneris et lucer
na inextinguibili non solum in nullas coartamur angustias verum etiam lati
tudinis nobis campus aperitur Addimus enim ad istam lucernam inextinguibilem
et humanarum et magicarum id est per homines demonicarum artium et ipsorum per se ipsos
demonum multa miracula Que nec si negare voluimus eidem ipsi cui credimus
sacrarum litterarum adversabimur veritati Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid
de lapide albesto ars humana molita est aut arte magica factum est quod homines
illo mirarentur in templo aut demon quispiam sub nomine Veneris tanta se effi
cacia presentavit ut hoc ibi prodigium et appareret hominibus et diutius perma
neret Illiciuntur autem demones ad inhabitandum per creaturas quas non ipsi
sed deus condidit delectabilibus pro sua diversitate diversis non ut animalia cibis
sed ut spiritus signis que cuiusque delectationi congruunt per varia genera lapidum
herbarum lignorum animalium carminum rituum Ut autem illiciantur ab hominibus
prius eos astutissima calliditate seducunt vel inspirando eorum cordibus vi
rus occultum vel etiam fallacibus amicitiis apparendo eorumque paucos discipulos
suos faciunt plurimorumque doctores Neque enim potuit nisi primum ipsis doce
tibus disci quid quisque eorum appetat quid exhorreat quo invitetur nomine quo
cogatur Unde magice artes earumque artifices extiterunt Maxime autem
possident corda mortalium qua potissimum possessione gloriantur cum se transfigu
rant in angelos lucis Sunt ergo eorum facta plurima que quanto magis mirabilia
confitemur tanto cautius vitare debemus Sed adhuc vero nunc agimus nobis
etiam ipsa proficiunt Si enim hec inmundi demones possunt quanto potentiores sunt san
cti angeli quanto potentior his omnibus deus qui tantorum miraculorum effecto
res etiam ipsos angelos fecit Quapropter si tot et tanta mirifica que mech
anemata appellant dei creatura utentibus humanis artibus fiunt ut ea que
nesciunt opinentur esse divina Unde factum est quod in quodam templo lapidibus ma
gnetibus in solo et camera proportione magnitudinis positis simulachrum
ferreum aeris illius medio inter utrumque lapidem ignorantibus quid sursum
esset ac deorsum quasi numinis potestate penderet Quale aliquid esse in illa lucer
na Veneris de lapide albesto ab artifice fieri potuisse iam diximus Si magorum
opera quos nostra scriptura veneficos et incantatores vocat in tantum demones ex
tollere potuerunt ut congruere homini sensibus sibi nobilis poeta videretur de
quadam femina que tali arte polleret dicens Hec se carminibus promittit solvere
mentes Quas velit ast aliis duras inmittere curas Sistere aquam flu
viis et vertere sydera retro Nocturnosque ciet manes mugire videbis
Sub pedibus terram et descendere montibus ornos Quanto magis deus
potens est facere que infidelibus sunt incredibilia sed illius facilia potestati quandoquidem
ipse lapidum aliarumque vim rerum et hominum ingenia que eas miris utuntur modis an
gelicasque naturas omnibus rebus potentiores animantibus condidit universa mirabi
lia mirabili vincente virtute et operandi iubendi sinendique sapientia utens
omnibus tam mirabiliter quam creavit Quod in rebus miris summa credendi ratio sit

Cur itaque facere non possit deus ut et resur- Omnipotentia creatoris · C · vii ·
gant corpora mortuorum et igne eterno crucientur corpora dampnatorum qui
fecit mundum in celo in aere in aquis innumerabilibus miraculis plenum cum sit omnibus
quibus plenus est procul dubio maius et excellencius esse ipse mundus miraculum. Sed
isti cum quibus vel contra quos agimus qui et deum esse credunt a quo factus est mundus
et deos ab illo factos per quos ab illo administratur hic mundus et defectrices
sive spontaneorum sive cultu et ritu quolibet impetratorum sive magicorum mun-
danarum vel non negant vel insuper et predicant preteritas quando eis rerum vim mirabilem
proponimus aliarum que nec animalia sunt rationalia nec ulla ratione preditis spiritibus sicut
sunt ea quorum pauca commemoravimus respondere assolent vis est ista nature natura
eorum sic se habet propriarum iste sunt efficacie naturarum. Tota itaque ratio est cur agri-
gentinum salem flamma fluere faciat aqua crepitare quia hoc est natura eius
et hoc esse potius contra naturam videtur que non igni sed aque dedit salem solvere
torrere autem igni non aque. Sed ista inquiunt salis huius naturalis sit vis ut
his contraria patiatur. Hec igitur ratio redditur et de illo fonte garamantico
ubi una vena frigeat diebus noctibus ferveat vi utraque molesta tangentibus
hoc et de illo alio qui cum sit contrectantibus frigidus et facem sicut alii fon-
tes extinguat accensam dissimiliter atque mirabiliter idem ipse accendit extinctam
hoc et de lapide albesto qui cum igne nullum habeat proprium accepto tamen sic ardet
alieno ut non possit extingui. Hec de ceteris que piget retexere quibus licet vis
insolita contra naturam inesse videatur alia tamen de illis non redditur ratio nisi ut di-
catur hanc eorum esse naturam. Brevis sane ista est ratio fateor sufficiensque responsio. Sed cum
deus auctor sit naturarum omnium cur nolunt fortiorem nos reddere rationem quando ali-
quid impossibile nolunt credere eisque redditionem rationis poscentibus respondemus hanc
esse voluntatem dei omnipotentis. Qui utique non ob aliud vocatur omnipotens nisi quia quod-
quid vult potest qui potuit creare tam multa que nisi ostenderentur aut a credendis
hodie que dicentur testibus profecto impossibilia putarentur non solum que ig-
notissima apud nos verum etiam que notissima posui. Illa enim que apud nos
preter eos quorum de his libros legimus non habent testes et ab eis conscripta sunt
qui non sunt divinitus docti atque humanitus falli forte potuerunt licet cuique sine
recta reprehensione non credere. Nam ego nec volo temere credi cuncta que po-
sui quia nec a me ipso ita creduntur tamquam nulla de illis sit in mea cogitatione
dubitatio exceptis his que vel ipse sum expertus et cuivis facile est exp-
eriri sicut de calce quod fervet in aqua in oleo frigida est de magnete lapide quod
nescio qua sorbitione insensibili stipulam non moveat et ferrum rapiat de
carne non putrescente pavonis cum non putuerint et platonis de palea sic
frigente ut fluescere nivem non sinat sic calente ut maturescere poma compel-
lat de igne fulgido quod secundum suum fulgorem lapides coquendo candificet et con-
eundem suum fulgorem urendo plurima obfuscet. Tale est et quod nigre macule
offenduntur ex oleo splendido similiter nigre linee de candido exprimuntur argento
de carbonibus esse quod accendente igne sic vertantur in contrarium ut ex lignis pul-
cherrimis tetri fragiles de duris imputribiles de putribilibus fiant. Hoc ipse
quedam cum multis quedam cum omnibus novi et alia plurima que huic libro inserere
longum fuit. De his autem que posui non experta sed lecta preter de fonte illo
ubi faces et extinguuntur ardentes et accenduntur extincte et de pomis terre
sodomorum forinsecus quasi maturis intrinsecus fumeis nec testes aliquos
ydoneos a quibus utrum vera essent audirem potui reperire. Et illum quidem fontem
non inveni qui in epyro vidisse se dicerent sed qui in gallia similem nossent non
longe a gratianopoli civitate. De fructibus autem sodomitarum arborum non
tantum littere fide digne indicant verum etiam tam multi se loquuntur expertos ut hinc
dubitare non possim. Ceterum nec sic habeo ut neque affirmanda neque neganda
decreverim sed ideo esse ipsa posui quoniam apud eorum contra quos agimus historicos
legi ut ostenderem qualia multa multique illorum nulla reddita ratione in suorum lit-
teratorum scripta litteris credant qui nobis credere quando id quod eorum experientiam sensum
que transgreditur omnipotentem deum dicimus esse facturum nec reddita ratione dignatur

Nam que melior et validior ratio de rebus talibus redditur quam cum omnipotens ea facere
perhibetur et facturus dicitur quod prenuntiasse ibi legitur ubi alia multa prenuntiavit que
fecisse monstratur Ipse quippe faciet quia se facturum esse predixit que impossibilia esse
putantur qui promisit et fecit ut ab incredulis gentibus incredibilia putarentur

Si autem respondent propterea se non **Non esse contra naturam cum in aliquo cuius natura**
credere que de humanis semper **innotuit aliquid ab eo quod erat notum incipit**
arsuris nec umquam morituris corporibus dicimus quia humanorum diversum vm-
norum corporum naturam novimus longe aliter institutam Unde nec illa ratio hinc
reddi potest que de illis naturis mirabilibus reddebatur ut dici possit vis ista
naturalis est rei huius ista natura est quoniam scimus humane carnis istam non esse naturam
habemus quidem quod respondeamus de litteris sacris hanc ipsam scilicet humanam carnem
aliter institutam fuisse ante peccatum id est ut posset numquam perpeti mortem aliter autem
autem post peccatum qualis in erumpna humane mortalitatis innotuit ut perpetuam
vitam tenere non possit Sic ergo aliter quam nobis nota est instituetur in resur-
rectione mortuorum Sed quoniam isti non credunt litteris ubi legitur qualis in paradi-
so vixerit homo quamque fuerit a necessitate mortis alienus quibus utique si
crederent non cum illis de pena dampnatorum que futura est operosius ageremus
de litteris agemus de litteris eorum quo doctissimi apud illos fuerunt aliquid proferen-
dum est quo appareat posse fieri ut aliter se habeat queque res quam prius in rebus
innotuerat sue determinatione nature Est in Marci Varronis libris quorum in-
scriptio est de gente populi romani eisdem verbis quibus ibi legitur et hic ponam
In celo inquit mirabile extitit portentum nam stellam veneris nobilissimam quam
Plautus vesperginem Homerus hesperon appellat pulcherrimam dicens
Castor scribit tantum portentum extitisse ut mutaret colorem magnitudinem
figuram cursum quod factum ita neque antea neque postea sit hoc factum Ogygo rege
dicebant Adrastus Cyzicenus et Dion Neapolites mathematici nobiles
Hoc certe Varro tantus auctor portentum non appellaret nisi esse contra naturam
videretur Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse sed non sunt Quomodo enim
contra naturam quod dei fit voluntate cum voluntas tanti utique conditoris condite
rei cuiusque natura sit Portentum ergo fit non contra naturam sed contra quam est nota natura
Quis autem portentorum numerat multitudinem que hystoria gentium continetur
Sed nunc in hoc uno attendamus quod ad rem de qua agimus pertinet Quid
ita dispositum est ab auctore nature celi et terre quemadmodum cursus ordinatissimus
siderum quid tam ratis legibus fixisque firmatum Et tamen quando ille voluit qui summo
regit imperio ac potestate quod condidit stella pre ceteris magnitudine ac splendore
notissima colorem magnitudinem figuram et quod est mirabilius sui cursus
ordinem legemque mutavit Turbavit profecto tunc si ulli iam fuerunt canones
astrologorum quos velut inenarrabili computatione de preteritis ac futuris as-
trorum motibus scriptos habent Quos canones sequendo ausi sunt dicere hoc quod de
lucifero contigit nec antea nec postea contigisse Nos autem in divinis libris legimus
esse solem ipsum stetisse donec ceptum prelium victoria terminaret et retrorsum redisse
ut regi Ezechie quindecim annos ad vivendum additi hoc esse prodigio promissionis dei
significaretur adiuncto Sed ista quoque miracula que meritis sibi concessa sanctorum quando
credunt credunt isti facta magicis artibus tribuunt Unde illud est quod supra com-
memoravi dixisse Virgilium Sistere aquam fluviis et vertere sidera retro Nam
et fluvium stetisse superius inferiusque fluxisse cum populus dei ductore supra
memorato Ihesu Nave viam carperet et Helya propheta transeunte ac postea dis-
cipulo eius Helizeo id esse factum in sacris litteris legimus et retrorsum fuisse et
magnum sydus regnante Ezechia modo commemoravimus Quod vero de lucifero
Varro scripsit Non est illic datum alicuius hominis petenti id fuisse concessum Non
ergo de notitia naturarum caliginem sibi faciant infideles quasi non possit in aliqua re
divinitus fieri aliud quam in eius natura per humanam suam experienciam cognoverunt quamvis
et ipsa que in rerum natura omnibus nota sunt non minus mira sint essentque stupenda
considerantibus cunctis si solerent homines mirari mira nisi rara Quis enim con-
sulta ratione non videat in hominum innumerabili numerositate et tanta nature similitudine

valde mirabili sic habere singulas facies ut nisi inter se similes essent non discer-
nerentur eorum species ab animalibus ceteris. Et rursus nisi inter se dissimiles essent non
discernerentur singuli ab hominibus ceteris. Quos ergo similes confitemur eosdem dissimiles
invenimus. Sed mirabilior est consideratio dissimilitudinis quoniam similitudinem iustius
videtur exposcere natura communis. Et tamen quia sunt rara ipsa sunt mira. Multo enim am-
plius admiramur quando duos ita similes reperimus ut in eis discernendis aut semper
aut frequenter erremus. Sed quod dixi scriptum a Varrone licet eorum historicus idem doc-
tissimus fortasse vere factum esse non credunt. aut quia non diu mansit alius eiusdem
sideris cursus sed reditum est ad solitum cursum minus isto movetur exemplo. Ha-
bent ergo aliud quod et nunc possit ostendi eisque puto debere sufficere quo commoneantur
cum aliquid advertunt in aliqua institutione naturae eamque sibi notissimam fecerint
non se inde debere praescribere deo quasi eam non possit in longe aliud quam eis cognita est ver-
tere atque mutare. Terra Sodomorum non fuit utique ut nunc est sed iacebat simili ce-
teris facie eademque vel etiam uberiore fecunditate pollebat. Nam dei paradiso
in divinis eloquiis comparata est. Haec postea quam tacta de celo est sicut illorum quoque
attestatur hystoria, et nunc ab eis qui veniunt ad loca illa conspicitur prodigiosa
fuligine horrori est. et poma eius interiorem favillam mendaci superficie
maturitatis includunt. Ecce non erat talis et talis est. Ecce a conditore naturarum
natura eius in hanc fedissimam diversitatem mirabili mutatione conversa est. et quod post
tam longum accidit tempus tam longo tempore perseverat. Sicut ergo non fuit impossibile de[o]
in quod quid voluit quas instituit mutare naturas. Unde illorum quoque miraculorum
multitudo silvescit quae monstra ostensa portenta prodigia nuncupantur. Quae recolere
et commemorare si velim huius operis quis erit finis. Monstra sane dicta perhi-
bent a monstrando quod aliquid significando demonstrarent et ostenta ab ostendendo
et portenta a portendendo id est praeostendendo et prodigia quod porro dicant id est futura
praedicant. Sed viderint eorum coniectores quomodo ex eis sive fallantur sive instinctu
spirituum quibus cura est tali pena dignos animos hominum noxie curiositatis re-
tibus implicare. Etiam vera praedicant sive multa dicendo aliquid in aliquid veritatis
incurrant. nobis tamen ista quae velut contra naturam fiunt et contra naturam fieri dicuntur.
Quo more hominum locutus est et apostolus dicendo contra naturam in olea insitum ole-
astrum factum esse participem pinguedinis olee. Et monstra ostenta portenta pro-
digia nuncupantur hoc monstrare debent hoc ostendere vel praeostendere hoc praedicere quod facturus
est deus quod de corporibus se praenuntiavit esse facturum nulla impediente difficulta-
te nulla praescribente lege naturae. Quomodo autem praenuntiaverit satis in libro superiore do-
cuisse me existimo decerpendo scripturis sanctis et novis et veteribus. Non quidem
omnia ad hoc pertinentia sed quae sufficere huic operi iudicavi.

De iehenna et eternarum qualitate penarum. ix

Quod igitur de sempiterno supplicio dampnatorum per suum pro-
pheta deus dixit fiet omnino fiet. vermis et non mo-
rietur et ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim vehementius commendandum
et dominus Ihesus membra quae homines scandalizant pro his hominibus ponit quos ut
sua membra dextera quis diligit eaque praecipit amputari. Bonum est inquit
tibi debilem introire in vitam quam duas manus habentem ire in iehennam in
ignem inextinguibilem ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguetur.
Non aliter autem et de oculo. Bonum est tibi inquit luscum introire in regnum dei
quam duos oculos habentem mitti in iehennam ignis ubi vermis eorum non moritur et
ignis non extinguetur. Non eum piguit uno loco eadem verba tibi dicere. Quem non
terreat ista repetitio et illius pene comminatio tam vehemens ore divino.
Utrumque autem horum ignem scilicet atque vermem qui volunt ad animi penas non ad cor-
poris pertinere dicunt esse uri dolore animi sero atque infructuose penitentes eos
qui fuerint a regno dei separati et ideo ignem pro isto dolore urente non incon-
grue poni potuisse contendunt. Unde illud apostoli Et quis scandalizatur et
ego non uror. Eundem etiam vermem putant intelligendum esse. Nam scriptum est
inquiunt Sicut tynea vestimentum et vermis lignum sic meror excruciat cor
viri. Qui vero penas et animi et corporis in illo supplicio futuras esse non du-
bitant igne uri corpus animum autem rodi quodammodo verme meroris affirmant

Quod et si credibilius dicatur quod utique absurdum est ibi dolorem vel corporis vel animi de
futurum ego tamen facilius esse ut ad corpus dicam utrumque pertinere quam neutrum et ideo
tacitum in illis divine scripture verbis animi dolorem quia consequens esse intelligitur
esse si non dicatur ut in corpore sic dolente animus quoque sterili penitencia crucietur Legitur
quippe et in veteribus scripturis vindicta carnis impii ignis et vermis poterunt
brevius dici vindicta impii Cur ergo dictum est carnis impii nisi quod utrumque id est et
ignis et vermis pena erit carnis Aut si vindictam carnis propterea dici voluit quia
hoc in homine vindicabitur quod secundum carnem vixerit propter hoc enim veniet in mortem secundam
quam significavit apostolus dicens Si enim secundum carnem vixeritis moriemini Eli
gat quisque quod placet aut ignem tribuere corpori animo vermem hoc proprie illud tropi
ce aut utrumque proprie corpori Jam enim satis superius disputavi posse animalia esse in
ignibus vivere in ustione sine consumpcione in dolore sine morte per miraculum
omnipotentissimi creatoris cui hoc possibile esse qui negat a quo sit quidquid in natu
ris omnibus mirat ignorat Ipse est enim deus qui omnia in hoc mundo magna et
parva miracula que commemoravimus et incomparabiliter plura que non commemoravimus
fecit eademque ipso mundo uno atque omni maiore miraculo inclusit Eligat ergo unum
e duobus quisque quod placet utrum et vermem ad corpus proprie an ad animum translato
a corporalibus ad incorporalia vocabulo existimet pertinere Quid autem horum verum
sit res ipsa expediencius indicabit quando erit sciencia tanta sanctorum ut eis cognoscendarum
illarum penarum necessaria non sit experiencia sed ea que tunc erit plena atque per
fecta ad hoc quoque sciendum sapiencia sola sufficiat Nunc enim ex parte scimus do
nec veniat quod perfectum est Dum tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus
ut nullis ab igne afficiantur doloribus An ignis iehenne si corporalis est

Hic occurrit querere si non erit ignis incorporalis sicut est animi
dolor et corporalis tactu noxius ut eo possint corpora cruciari quomodo in eo
esse erit pena spirituum malignorum Idem quippe ignis erit supplicio scilicet hominum
attributus et demonum dicente Christo Discedite a me maledicti in ignem et
ternum qui paratus est dyabolo et angelis eius Nisi quia sunt quedam sua esse demonibus
corpora sicut doctis hominibus visum est ex isto aere crasso et humido cuius impul
sus vento flante sentitur Quod genus elementi si nichil igne perpeti posset
non ureret fervefactus in balneis Ut enim urat prior uritur facitque quod patitur
Si autem quisquam nulla habere corpora demones asseverat non est de hac re aut
laborandum operosa inquisicione vel contenciosa disputacione certandum Cur itaque
non dicamus quamvis miris tamen veris modis eciam spiritus incorporeos posse pena
corporalis ignis affligi Si spiritus hominum esse ipsi profecto incorporei et nunc po
tuerunt includi corporalibus membris et tunc poterunt corporum suorum vinculis
insolubiliter alligari adherebunt ergo si eis nulla sunt corpora spiritus demonum ymmo
spiritus demonum licet incorporei corporeis ignibus cruciandi non ut ignes ipsi
quibus adherebunt eorum iunctura inspirentur et animalia fiant que constant spiritu
et corpore sed ut dixi miris et ineffabilibus modis adherendo accipientes ex
et iste alius modus quo corporibus adherent spiritus et animalia fiunt omnino mirus
est nec comprehendi ab homine potest et hic ipse homo est dicerem quidem sic arsuros sine
ullo suo corpore spiritus sic ardebat apud inferos ille dives quando dicebat cru
cior in hac flamma nisi convenienter viderem talem fuisse illam flammam quales
oculi quos levavit et vidit lazarum Qualis lingua cui humorem exiguum
desiderabat infundi Qualis digitus lazari de quo id sibi fieri postulavit
ubi tamen erant sine corporibus anime Sic ergo incorporalis et illa flamma qua exar
sit et illa guttula quam poposcit qualia esse sunt visa dormiencium sive in extasi
si cernencium res incorporales habentes tamen similitudinem corporum Nam et ipse homo cum
spiritu non corpore sit in talibus visis ita se tamen tunc similem suo corpori videt ut dis
cernere omnino non possit At vero iehenna illa quod esse stagnum ignis et sulp
huris dictum est corporeus ignis erit et cruciabit corpora dampnatorum aut et
hominum et demonum solida hominum aerea demonum aut tantum hominum corpora cum spiri
tibus demones autem spiritus sine corporibus herentes sumendo penam non impartiendo

vitā corpalib⁹ ignib⁹ vnus quippe utrisq; ignis erit sicut veritas dixit **An hec rō iusticie habeat ut nō sint extensiora penaꝝ tpa quā fuerit pctorū · caplm · xi**

SIcut quidem eoꝝ contra quos defendim⁹ ciuitate dei i iustū putant ut pro pctis qualibet magnis licet tpe breui pctratis pena quisq; dapnetur etna qi ullus id vnq̄ iusticia legis attendat ut tanta mora tpis quisq; puniatur quanta mora tpis vnde puniretur admisit Octo gena penaꝝ in legib⁹ ee scribit tullius dapnū vincla · verbera talionē · ignominia exiliū mortē suitutē Quid horꝝ ē qd in breue tpus pcurrisq; pcti celeritate coarcetur ut tanta vindicet morula quanta dephendit pctratū n forte tali idem agit ut hic patiat quisq; qd fecit Vnde illud ē legis oclm p oclo dentē p dente fieri enī; pt ut tam breui tpe quisq; amittat oclm seueritate vindicte quā tulit ipe alteri inpbitate pcti porro aut si aliene femine osclm infixū racōis sit verbere vindicare nōne qui illud pncto tpis fecit i comparabili horaꝝ spacio verberat et suauitas voluptatis exigue diuturno dolore puniatur Quid de vinclis Nunquid tamdiu quisq; indicandus ē ee debere quamdiu fecit vnde meruit alligari cū iustissime annonas penas fuius in compedib⁹ pendat qui vbo aut ictu celerrime trāseunte ul lacessiuit dnm ul plagauit Iam vō dampnū ignominia exiliū suitus tīi plerūq; sic infligunt ut nulla venia relaxentur · nōne p huius vite modo simila penis videntur etnis Ideo quippe etna ee nō pnt q; nec ipa vita que his flectit porrigitur in etnum et tn pctā q̄ vindicantur longissimi tpis penis breuissimo tpe pctrantur nec quisq̄ extitit qui censuerit tn cito nocentiū finienda ee tormenta q̄ cito factū est ul homicidiū ul adulteriū ul sacrilegiū ul quodlibet aliud scelus nō tpis longitudine s; iniquitatis et impietatis magnitudine metiendū Qui nō p aliquo grandi crimine morte multatur numq̄ mora qua occidit q̄ psupplicium breuis est eius legis estimat et nō q̄ eū insempiternū auferunt ex; de societate viuenciū Quod est aut de ista ciuitate mortali hoies supplicio prime mortis h est de illa ciuitate i mortali hoies supplicio secunde mortis auferre Sicut enī nō efficiunt leges huius ciuitatis ut in ea quisq; reuocet occisus sic nec illi⁹ ut i vitā reuocet etnam secunda morte dapnatus Quō g° vm̄ ē inquiūt id qd ait xpc in qua mensura mensi fueritis in ea remecietur vobis si tpale pctm supplicio punitur etno nec attendunt nō pp̄t⁹ quale tpis spaciū · s; pp̄ vicissitudinē mali · i · ut qui mala fecerunt mala paciantur eandē dcm̄ fuisse mensura q̄uis h in ea re ppe possit accipi de qua dns cū h dixit loqbat · i · de iudicijs et condepnacoib⁹ · proinde qui iudicat et condepnat i iuste · si iudicat et condepnatur iuste i eadem mensura recipit q̄uis nō h qd dedit Iudicio enī fecit iudicio paciat q̄uis fecit dapnacōe q̄ iniquū ē paciat dapnacōe qd iustū est **De magnitudine puaricacionis prime ob quā etna pena omnib⁹ debeat qui ex fuerit gracia saluatoris · xii ·**

SED pena etna io dura et i iusta sensib⁹ videt humanis q; in hac infirmitate moribundoꝝ sensuū deest ille sensus altissime purissimeq; sapie quo sentiri possit quantūq; nephas i illa prima puaricacōe commissū sit Quāto enī magis hō fruebat deo tanto maiore impietate dereliquit deū · et factus ē malo dignus etno q̄ h in se peremit bonū qd ee posset etnū · hinc ē vniuersa gnis humani massa dapnata · quā qui h prim⁹ admisit cū ea q̄ i illo erat radicata sua stirpe punitus ē ut nullus ab h iusto debitoq; supplicio n̄ misericordia et indebita grā liberetur ut disparaciatur genus humani ut quibusdā demonstret quid valeat misericors grā in eternis quid iusta vindicta Neq; enī vtrumq; demonstraretur i omnib⁹ qui si omes remanerent in penis iuste dapnacōis i nullo appereret misericors grā redimentis Rursus si omes a tenebris transferrent in lucē i nullo appereret veritas vlcionis In qua pp̄tea multo plures q̄ i illa sunt ut sic ondatur quid omnib⁹ debeatur Quod si omnib⁹ redderetur iusticiam indicantis iuste nemo reprehenderet Quia nō tam multi exinde liberant est vnde agant maxime grē gratuito muneri liberantis **Contra opiōne eoꝝ qui putant criminis supplicia post mortem causa purgationis adhiberi capitulum ---- xiii ·**

et a quibusdam latentibus atque invisibilibus involucris formas visibiles hu
ius qd aspicimus decoris evolvant ipe incorpeam corpeamque naturam illam ppositam
istam subiectam mirabilibus copulans et conectens animantem facit qd opus
eius tamquam magnum et mirabile e ut non solum i hoie qd e animal rationale et ex
hoc cunctis terrenis animantibus excellencius atque prestancius sed in qualibet minim
tissima muscula bene considerantem stuporem mentis ingerat laudemque pariat
quod creatori Ipe itaque anime humane mentem dedit ubi ro et intelligencia infante
sopita e quodammodo qi nulla sit excitanda sed atque excenda etatis accessu qua
fit sciencie capax atque doctrine et habilis percepcioni veritatis et amoris boni Qua
capacitate hauriat sapienciam virtutibus que predita quibus prudenter fortiter tempant
et iuste adversus errores et cetera ingenerata vicia dimicet eaque nullius
rei desiderio nisi boni illius summi atque inmutabilis vincat Quod et si non faci
at ipa talium bonorum capacitas i natura rationali divinitus instituta quantum sit bonum
quam mirabile opus omnipotentis quis effatur aut cogitat Preter enim artes
bene vivendi et ad inmortalem perveniendi felicitatem que virtutes vocantur
et sola dei gracia que in xpo e filiis promissionis regnique donatur None humano
ingenio tot tanteque artes sunt invente et exercitate partim necessarie partim
voluntarie ut tam excellens vis mentis atque rationis in his rebus quas sup
fluas ymo et periculosas perniciosasque appetit quantum bonum habeat i natura unde ista
potuit vel invenire vel discere vel exercere testetur vestimentorum et edificiorum ad opa

quam mirabilia quam stupenda industria humana pervenit quo agricultura quo in
navigatione profecit que in fabricatione quorumque vasorum vel etiam statuarum et pic-
turarum varietate excogitavit et implevit quam in theatris mirabilia spectantibus
audientibus incredibilia facienda et exhibenda molita sit in capiendis oc-
cidendis domandis irrationabilibus animantibus que et quanta reperit adversus ipsos
homines tot genera venenorum tot armorum tot machinamentorum et pro salute
mortali tuenda atque reparanda quot medicamenta atque adiumenta comprehendit
pro voluptate faucium quot condimenta et gule irritamenta reperit ad indican-
das et suadendas cogitationes quam multitudinem varietatemque signorum ubi precipu-
um locum verba et littere tenent ad delectandos animos quos elocutionis ornatus quam
diversorum carminum copiam ad mulcendas aures quot organa musica quos
cantilene modos excogitavit quantam peritiam dimensionum atque numerorum meatusque
et ordines siderum quanta sagacitate comprehendit quam multa rerum mundanarum
cognitione se implevit quis possit eloqui maxime si velimus non acervatim
cuncta congerere sed in singulis immorari In ipsis postremo erroribus et falsitati-
bus defendendis quam magna claruerunt ingenia philosophorum atque hereticorum quis es-
timare sufficiat Loquimur enim nunc de natura mentis humane qua ista vita mortalis
ornatur non de fide atque itinere veritatis qua illa immortalis acquiritur Huius tante
nature conditor cum sit utique deus verus et summus ipso cuncta que fecit administrante
et summam potestatem summamque habente iustitiam numquam profecto in has miserias de-
cidisset atque ex his preter eos solos qui liberabuntur in eternas penas itura
nisi nimis grande peccatum in homine primo de quo ceteri exorti sunt precessisset
Iam vero in ipso corpore quamvis nobis sit cum beluis mortalitate commune multisque earum
reperiatur infirmius quanta dei bonitas quanta providencia tanti creatoris ap-
paret Nonne ita sunt in eo loca sensuum et cetera membra disposita speciesque ipsa ac
figura et statura totius corporis ita modificata ut ad ministerium anime rationalis
se indicet factum Non enim ut animalia rationis expertia prona esse videmus ita
creatus est homo sed erecta in celum corporis forma admonet eum que sursum sunt
sapere. Porro mira mobilitas que lingue ac manibus attributa ad loquendum et
scribendum apta atque conveniens et ad opera artium plurimarum officiorum comple-
da Nonne satis ostendit quali anime ut serviret tale sit corpus adiunctum quamquam
et detractis necessitatibus operandi ita omnium partium congruencia numerosa sit et pulchra
sibi parilitate respondeat ut nescias utrum in eo condendo maior sit utilitatis
habita ratio quam decoris Certe enim nichil creatum videmus in corpore utilitatis
causa quod non habeat decoris locum. Plus autem nobis id appareret si numeros mensurarum
quibus inter se cuncta conexa sunt et coaptata nossemus quos forsitan data
opera in his que foris eminent humana posset vestigare sollercia Que vero tecta
sunt atque a nostris remota conspectibus sicuti est tanta perplexitas venarum atque
nervorum et viscerum secreta vitalium invenire nullus potest quia etsi medicorum
diligencia nonnulla crudelis quos anatomicos appellant laniavit corpora
mortuorum sive etiam inter manus secantis perscrutantisque morientium atque in carnibus
humanis satis inhumane abdita cuncta rimata est ut quid et quomodo quibus locis
curandum esset addisceret Numeros tamen de quibus loquor quibus coaptatio que ar-
monia grece dicitur tamquam cuiusdam organi extrinsecus atque intrinsecus totius cor-
poris constat Quid dicam nemo valuit invenire quod nemo ausus est querere
Qui si noti esse potuissent in interioribus quoque visceribus que nullum ostentant
decus ita delectaret pulchritudo rationis ut omni forme apparenti que oculis placet
ipsius mentis que oculis utitur preferretur arbitrio Sunt vero quedam ita posita in
corpore ut tantummodo decorem habeant non usum sicut habet pectus virile mamillas sicut
facies barbam quam non esse munimento sed virile ornamentum indicant pure facies
feminarum quas utique infirmiores muniri tucius conveniret Si ergo nullum me-
brum est in hiis quidem conspicuis unde ambigit nemo quod ita sit alicui operi
accommodatum ut non esse sit decorum Sunt autem nonnulla quorum solum decus et
et nullus est usus puto facile intelligi in conditione corporis dignitatem neces-
sitati fuisse prelatam Transitura est quippe necessitas tempusque venturum quo sola

inmensa pulchritudine sine illa libidine perfruantur. Quod maxime ad laudem
referendum est conditoris cui dictum est in psalmo Confessionem et decorem induisti. Iam
cetera pulchritudo et utilitas creature quam homini licet in istos labores mi-
seriasque proiecto atque damnato spectanda atque sumenda divina largitate conces-
sa est quo sermone possit terminari. In celi et terre et maris multimoda et varia
pulchritudine in ipsius lucis tanta copia tamque mirabili specie in sole ac luna
et sideribus in opacitatibus nemorum in coloribus et odoribus florum in diversitate
ac multitudine volucrum garrularum et pictarum et multiformi specie tot tan-
tarum que animantium quarum ille plus habent admirationis que molis minimum plus
enim formicularum et apicularum opera stupemus quam inmensa corpora balenarum.
In ipsius quoque maris tam grandi spectaculo cum sese diversis coloribus induit
velut vestibus et aliquando viride atque hoc multimodis aliquando purpureum aliquando ceru-
leum est. Quam porro delectabiliter spectatur etiam quandoque turbatur et fit inde ma-
ior suavitas quia sic demulcet intuentem ut iactet et quatiat navigantem.
Quid ciborum usquequaque copia contra famem. Quid saporum diversitas contra
fastidium nature diffusa divitiis non coquorum arte ac labore quesita. Quid in
tam multis rebus tuende ac recipiende salutis auxilia. Quam grata vicissi-
tudo diei alternantis et noctis. Aurarum quam blanda temperies. In fructibus
et pecoribus indumentorum conficiendorum materies omnia commemorare quis possit.
Hec autem sola que a me velut in quendam sunt aggerem coartata si vellem velut
colligata involucra solvere atque discutere quanta in mora esset in singulis quibus
plurima continentur. Et hec omnia miserorum sunt damnatorumque solacia non premia
beatorum. Que igitur sunt si tot ac talia et tanta sunt ista. Quid dabit eis
quos predestinavit ad vitam qui hoc dedit etiam eis quos predestinavit ad
mortem. Que bona in illa beata vita faciet eos sumere pro quibus in hac mi-
sera vita unigenitum suum filium voluit usque ad mortem mala tanta perferre.
Unde apostolus de ipsis in illud regnum predestinatis loquens Qui proprio inquit
filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum quomodo non et cum illo
omnia nobis donavit. Cum hec promissio complebitur quid erimus quales erimus
que bona in illo regno accepturi sumus. Quandoquidem Christo moriente pro nobis
tale iam pignus accepimus qualis erit spiritus hominis nullum omnino habens vicium
nec sub quo iaceat nec cui cedat nec contra quod saltem laudabiliter dimicet pa-
catissima virtute perfectus. Rerum ibi omnium quanta quam speciosa quam certa scientia sine
errore aliquo vel labore ubi dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa
felicitate sine ulla difficultate. Quale erit corpus quod omnino spiritui subditum
et eo sufficienter vivificatum nullis alimoniis indigebit. Non enim animale
sed spirituale erit habens quidem carnis sed sine ulla carnali corrupcione substanciam.

xxvi Verum de animi bonis quibus post hanc vitam beatissimi perfru- De bonis quibus etiam hanc vitam
damnacionibus noxiam creator im-
entur non a nobis dissentiunt philosophi nobiles qui de carnis resurrectione pletur
contendunt. Hanc quantum possunt negant sed credentes multi negantes pau-
cissimos reliquerunt et ad Christum qui hoc quod istis videtur absurdum in sua
resurrectione monstravit fideli corde conversi sunt docti et indocti sapientes mundi et
insipientes. Hoc enim credidit mundus quod predixit deus qui etiam hoc predix-
it quod hanc rem mundus fuerat crediturus. Neque enim porphirii maleficiis eam
cum laude credencium tanto ante promittere compulsus est. Ille enim est deus
quem sicut iam dixi aliquociens nec commemorare me piget confitenti porphirio
atque id oraculis deorum suorum probare cupienti ipsa numina perhorrescunt quem
sic laudaverunt ut eum deum patrem et regem vocaret. Absit enim ut sic intel-
ligenda sint que predixit quomodo volunt hii qui hoc cum mundo non crediderunt quod
mundum crediturum esse predixit. Cur enim non potius ita sicut crediturus tan-
to ante predictus est mundus non sicut paucissimi garriunt qui hoc cum mundo
quod crediturus predictus est credere noluerunt. Si enim propterea dicunt aliomodo esse
credenda ne si dixerint vana esse conscripta iniuriam faciant illi deo cui tam
magnum perhibent testimonium tantum ei prorsus vel esse graviorem faciunt in-

[illegible] si aliter dicit esse intelligenda non sicut mundus ea credidit que creditura
ipse laudavit ipse promisit ipse complevit Utrum enim non potest facere ut resurgat caro
et vivat in eternum an propterea credendum non est id eum esse facturum quia malum est
atque indignum deo Sed de omnipotencia eius qua tot et tanta fecit incredi
bilia iam multa diximus si volunt invenire quod omnipotens non potest habent prorsus
ego dicam mentiri non potest Credamus ergo quod potest non credendo quod non potest Non
itaque credentes quod mentiri possit credant esse facturum esse promisit Et si cre
dant sicut id credidit mundus quem crediturum esse predixit quem credidisse iam cernunt Hoc autem
malum esse unde demonstrant Non erit illic ulla corrupcio quod est corporis
malum De ordine elementorum iam disputavimus de aliis hominum coniecturis
satis diximus quanta sit futura in corpore incorruptibili facilitas motus
de presentis bone valitudinis temperamento que utique nullo modo illi comparanda est
immortalitati in libro tredecimo satis ut opinor ostendimus Legant superiora
operis huius qui vel non legerunt vel voluerint recolere quod legerunt

Quod non porphirii diffinicio quo beatis animis putant corpus omne fugiendum ipsius platonis sentencia destruatur qui dicit summum deum diis promisisse ut numquam corporibus exuerentur

xxvi

Sed porphirius ait inquiunt ut beata
sit anima corpus esse omne fugiendum
dum Nichil ergo prodest quod incorrupti
bile diximus futurum corpus si anima beata non
erit nisi omne corpus fugerit Sed iam et hinc
in libro memorato quantum oportuit disputavi Verum hic unum inde tantum commemo
rabo emendet libros suos istorum omnium magister plato et dicat eorum deos ut beati
sint sua corpora fugituros id est esse morituros quos in celestibus corporibus dixit
inclusos Quibus tamen deus a quo facti sunt quo possent esse securi immor
talitatem id est in eisdem corporibus eternam permansionem non eorum natura id habente sed
suo consilio prevalente promisit ubi etiam evertit illud quod dicunt Quia est im
possibilis ideo resurrectionem carnis non esse credendam Apertissime quippe iuxta
eundem philosophum ubi deus a se factis promisit deus non factis immortalitatem
quod impossibile est se facturum esse promisit Sic enim eum locutum narrat plato
Quoniam estis orti inquit immortales esse et indissolubiles non potestis et
Non tamen dissolvimini neque vos ulla mortis fata perimient nec erunt va
lenciora quam consilium meum quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam
illa quibus estis colligati Hic non solum absurdi non sunt qui hec audiunt
non utique dubitant diis factis ab illo deo qui eos fecit secundum platonem
quod est impossibile fuisse promissum Qui enim dicit vos quidem immortales esse
non potestis sed mea voluntate mortales non eritis Quid aliud dicit
quam id quod fieri non potest me faciente tamen eritis Ille igitur carnem incorruptibilem
immortalem spiritualem resuscitavit qui iuxta platonem id quod impossibile
est se facturum esse promisit Quid adhuc quod promisit deus quod deo promittente
credidit mundus qui esse ipse promissus est crediturus esse impossibile clamant
Quippe quem nos deum qui secundum platonem facit impossibilia id facturum esse
clamamus Non ergo ut beate sint anime corpus est omne fugiendum sed corpus
incorruptibile recipiendum Et in quo convenienter incorruptibili corpore
letabuntur quam in corruptibili gemuerunt Sic enim non in eis erit illa dira
cupiditas quam posuit explanatore virgilius ubi ait Rursus et incipiat cor
pora velle reverti Sic inquam cupiditatem revertendi ad corpora non habent cum
corpora in qua reverti cupiunt secum habebunt et sic habebunt ut numquam non habeant
numquam ea prorsus vel ad exiguum qualibet tempus ulla morte deponant Vigilanti
septem singula quedam dixerunt plato atque porphirius Que si inter se co
municare potuissent facti essent fortasse christiani plato dixit nisi corporibus animas
non esse posse Ideo enim dixit etiam sapientium animas post quamlibet
longum tempus tamen ad corpora redituras Porphirius autem dixit animam purgatissimam
cum redierit ad patrem ad hec mala mundi numquam esse redituram Ac per hoc quod verum vidit plato si dedisset porphirio esse iustorum atque sapientum
purgatissimas animas ad humana corpora redituras Rursus quod verum vidit

porphi9 dedisset platoni nunquam redituras ad miserias corruptibilis corporis
animas sciens ut non singuli haec singula sed ambo et singuli utraque dicerent puto
quod viderent esse iam consequens ut et rediret anime ad corpora et talia reciperent
corpora in quibus beate atque immortaliter viverent. quia secundum platonem etiam sancte anime ad
humana corpora redibunt secundum porphirium ad mala mundi huius sancte anime non
redibunt. dicat itaque cum platone porphirius Redibunt ad corpora dicat pla
to cum porphirio non redibunt ad mala. et ad ea corpora redire consentiant
in quibus nulla mala patiantur. Hec itaque non erunt nisi illa que promittit deus
beatas animas in eternum cum sua etiam carne facturum. Hoc enim quantum existimo
iam facile nobis concedent ambo ut qui fatentur ad immortalia corpora re
dituras animas esse sanctorum ad sua illas redire permittent in quibus mala huius
seculi pertulerunt in quibus deum ut his malis carerent pie fideliterque coluerunt

De coniunctis diffinitionibus platonis atque porphirii in quibus sic uterque alterius cederet ut a veritate neuter deviaret

xxviij Nonnulli nostri propter quoddam praeclarissimum loquendi genus et propter non nulla que veraciter sensit amantes platonem dicunt eum aliquid simile nobis et de mortuorum resurrectione sensisse
quod quidem sic tangit in libris de republica Tullius ut eum lusisse potius quam
quod id verum esse affirmet dicere voluisse Inducit enim hominem revixisse et narrasse quedam que platonicis disputationibus congruebant Labeo etiam duos dicit uno
die fuisse defunctos. et occurrisse invicem in quodam compito. deinde ad
corpora sua fuisse iussos remeare et constituisse inter se amicos esse mansuros
atque ita esse factum donec postea morerentur. Sed isti auctores talem resurrectionem
corporis factam fuisse narrarunt quales fuerunt eorum quos resurrexisse novimus. et hinc quidem redditos vite. sed non eo modo ut non morerentur Mirabilius autem quiddam marcus varro ponit in libris quos conscripsit. de
gente populi romani Cuius putavi verba ipsa ponenda Genethliaci quidam
scripserunt inquit esse in renascendis hominibus quam appellant. palingenesiam
greci quam scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta ut
idem corpus et eadem anima que fuerint coniuncta in homine aliquando eadem rursus
redeant in coniunctionem Iste varro sive illi genethliaci nescio qui non enim
nomina eorum prodidit quorum commemoravit sententiam Aliquid dixerunt quod licet falsum sit cum enim semel ad eadem corpora que gesserunt anime redierint nunquam ea sunt
postea relicture Tamen multa illius impossibilitatis qua contra nos isti garriunt argumenta convellit et destruit Qui enim hoc senciunt sive senserunt non
eis visum est fieri non posse ut dilapsa cadavera in auras in pulverem in cinerem
in humores in corpora vescentium bestiarum vel ipsorum quoque hominum ad id rursus
redeant quod fuerunt Quapropter plato et porphirius potius quicunque illos diligunt
et adhuc vivunt si nobis consentiunt. et etiam sanctas animas ad corpora redituras sicut
ait plato nec tamen ad mala ulla redituras sicut ait porphirius ut ex eis fiat
consequens quod fides predicat christiana talia corpora recepturas in quibus sine ullo
malo in eternum feliciter vivant. assumant etiam hoc de varrone. et ad eadem corpora
redeant in quibus antea fuerunt. et apud eos tota questio de carnis in eternum re
surrectione solvetur Iam quid acturi sint in corporibus immortalibus atque spiritualibus sancti non adhuc eorum carne carnaliter sed spiritualiter iam vivente quantum dominus
dignatur adiuvare Videamus et illa quidem actio vel potius quies atque ocium
quale futurum sit si velim dicere nescio Non enim unquam hoc per sensus corporis vidi
Si autem mente id est intelligencia vidisse me dicam quantum est. aut quid est nostra
intelligencia ad illam excellentissimam ibi est enim pax dei que sicut ait apostolus
superat omnem intellectum quem nisi nostrum aut fortasse etiam sanctorum angelorum non
etiam et dei Si igitur sancti in dei pace victuri sunt que superat omnem intellectum
nostrum quidem superat non est dubium Si autem superat ut nec ipsis excepisse videatur
qui ait. Omnem intellectum secundum hoc dictum debeamus accipere quia pacem dei qua ipse
deus pacatus sic novit deus non eam nos sic possumus nosse nec ulli angeli
Superat itaque omnem intellectum non dubium quod preter suum Sed quia et nos pro modo
nostro pacis eius participes facti summam in nobis atque inter nos et cum ipso pacem

qūtū nrm summū ē obtinebim⁹ isto mō pfno mō sciūt eā sci angeli hoies
aut qmē longe infra qūtūlibet pfectu mētis excellant Considerandū
ē em qūtus vir dicebat Ex pte scim⁹ et ex pte pphetam⁹ donec veniat
qd pfcm ē Et videm⁹ nūc p speclm in enigmate tūc aūt facie ad faciez
Sic aūt iam vident angeli qui et nri angeli dei sūt qz eruti de
ptāte tenebrarz et accepto spūs pignore trāslati ad regnū xpi ad
eos angelos iaz cepim⁹ ptinē cū quibꝰ nobis erit scā atz dulcissima
de qua iam tot libros scpsim⁹ dei ciuitas ipā cōmunis Sic sūt g° ange
li nri qui sūt angeli dei quēadmodū xpē dei xpus ē nr̄ dei sūt qz deūz non
relinquint nri sūt qz suos ciues nos hre ceperūt Dixit aūt dns ihūs
Videte ne cōtēpnatis vnū de pusillis istis dico em̄ vobis qz angeli eorz
in celis sp vident faciez pris mei qui in celis ē Sicut g° illi vident
ita et nos visuri sum⁹ sed nondū ita videm⁹ pp qd ait aplus qd paulo
ante dixi Videm⁹ nūc p speclm in enigmate tunc aūt facie ad faciem
Pmiū itaqz fidei nobis visio ista fuatur de qua et iohes aplus loqns
Cuz appueit inquid siles ei erim⁹ qm̄ videbim⁹ eū sicuti ē Facies
aūt dei manifestacio eius intelligenda ē nō aliqd tale mēbrorz quale
nos hem⁹ in corpe atz isto noie nūcupam⁹ Qua pp cū ex me quitur
quid acturi sint sci i illo corpe spūali nō dico qd iam video sed dico
qd credo sed illud qd in ps° lego Credidi pp qd locutus sū Dico itaqz q vi
suri sūt deū in ipō corpe sz utz p ipm sicut p corpus nūc videm⁹ solē
lunā stellas mare ac trām et que sūt in ea nō parua qo ē Durz ē enī
dicē q sci talia corpa tūc hebunt ut nō possint oclos claudē atz apire
cū volūt Durius aūt q ibi deū quisqs oclos clauserit nō videbit Si
enī ppheta helizeus puerz suū iezi absens corpe vidit accipientē mu
nera q dedit ei naaman syrus quē ppheta mediātis a lepre deformita
te mūdauāt qd suꝰ nequā cū dno suo nō vidente latenter se fecisse pu
tauat qūto magis in illo corpe spūali Videbūt sci oia nō solū si oclos
claudant verz et vn̄ sūt corpe absentes Tunc enī erit illud de quo lo
quens aplus Ex pte inquit scim⁹ et ex pte pphetam⁹ Cū aūt venit qd
pfcm̄ ē qd ex pte ē euacuabit Deinde ut quo possz aliqua siltudine os
tendēt qūtuz ab illa distet hec vita nō qualiscūqz hoīm verz et qui pre
cipua hec scītate sibi pditi Cū eēm inquid puulus qi puulus sapiebā
qi puulus loquebar qi puulus cogitabaz Cuz aūt fcūs sū vir euacu
aui q erāt puuli Videm⁹ nūc p speclm in enigmate tūc facie ad fa
ciem Nunc scio ex pte tūc aūt cognoscā sicut et cognitus sum Si
g° in hac vita ubi hoīm mirabiliz pphecia ita cōparanda ē illi vite
qi puuli ad iuuenem vidit tū helizeus accipientez munera suū sūi
ubi ipē nō erat Ita ne cū vidit qd pfcm ē nec iam corpus corrup
tibile aggrauabit aīam sz incorruptibile nichil impediet Illi sci ad ea
ea que videnda sūt oclis corporis quibꝰ helizeus abus ad suū sūi vi
dendū nō indiguit indigebunt Nam scdm interptes lxx ista sūt ad
iezi uba pphete Nōne cor meuz ut tecū qū conuersus ē vir de curru
i obuiam tibi et accepisti pecuniaz Sicut aūt ex hebreo interptatus ē
pbr Jeronim⁹ Nonne cor meū inquid inpūti erat qū reūsus ē ho
de curru suo in occursuz tui Corde suo g° se dixit hoc vidisse pphta
Adiuto quidez mirabiliter nullo dubitante diuinitus Sz qūto amplius tūc
omīs inuiē isto hūdabūt cū deus erit omnia in omnibus hebunt tū
ec ibi ocli corporis officiū suū et in loco suo erūt utet q3 illis spūs p
spūale corpus Neqz enī et ille ppheta qz nō eis indiguit ut videt ab
sentē nō eis usus ē ad videnda pñcia Qui tū spū vidē possz et si
illos claudet sic vidit absencia ubi cū eis ipē nō erat Absit g° ut di
cam⁹ illos scos in illa vita deū clausis oclis nō visuros quē spū
sp videbūt et p oclos corporis cū eos apertos hebunt Inde qo ē si ei
tamē poterunt in corpi spūali eo mō ubiqz et ipi ocli spūales qūtuz

poterunt isti quales non habemus procul dubio per eos deus videri non poterit. Longe
itaque alterius erit potencie si per eos videbitur incorporea illa natura que non
continetur loco sed ubique tota est. Non enim quia dicimus deum et in celo esse et in
terra. Ipse quippe ait per prophetam celum et terram ego implebo. aliam partem dic
turi sumus eum in celo habere et in terra aliam. Sed totus in celo est totus in
terra non alternis temporibus sed utrumque simul quod nulla corporalis natura potest. Vis
itaque prepollencior oculorum erit illorum non ut acrius videant quam quidem perhibentur
videre serpentes vel aquile. Quantalibet enim acrimonia cernendi
eadem quoque animalia nichil aliud possunt videre quam corpora. sed videant et incor
poralia. Et fortassis ista virtus magna cernendi data fuit ad horam etiam in isto
mortali corpore oculis sancti viri Iob quando ait ad deum In obauditu auris au
diebam te prius nunc autem oculus meus videt te. propterea despexi memet ipsum
et distabui et existimavi me terram et cinerem. quamvis nichil hoc prohibeat
oculum cordis intelligi. de quibus oculis ait apostolus Illuminatos oculos habere
cordis nostri. Ipsis autem videri deum cum videbitur christianus ambigit nemo qui fide
liter accipit quod ait deus ille magister Beati mundo corde quoniam ipsi deum vide
bunt. Sed utrum etiam corporalibus oculis ibi videatur hoc in ista questione versamus.
Illud enim quod scriptum est Et videbit omnis caro salutare dei. Sine illius nodo
difficultatis sic intelligi potest ac si dictum fuerit. Et videbit omnis homo christum
dei. Qui utique in corpore visus est et in corpore videbitur cum vivos et mor
tuos iudicabit. Quia autem ipse sit salutare dei multa sunt et alia testimonia
scripturarum sed evidencius illius senis symeonis verba declarant. Qui cum in
fantem christum accepisset in manus suas Nunc inquit dimittis servum tuum
domine. secundum verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Illud etiam
quod ait supra memoratus Iob. Sicut in exemplaribus que ex hebreo sunt inve
niuntur Et in carne mea videbo deum. Resurrectionem quidem carnis sine dubio
prophetavit non tamen dixit per carnem meam. Quod quidem si dixisset posset deus
christus intelligi qui per carnem in carne videbitur. Nunc vero potest et sic accipi In car
ne mea videbo deum. ac si dixisset In carne mea ero cum videbo deum. Et illud
quod ait apostolus. Facie ad faciem non cogit ut deum per hanc faciem corporalem
ubi sunt oculi corporales nos visuros esse credamus. quem in spiritu sine intermissi
one videbimus. Nisi enim esset et interioris hominis facies non diceret idem apostolus
Nos autem revelata facie gloriam domini speculantes in eandem ymaginem transfor
mamur de gloria in gloriam tamquam a domini spiritu. Nec aliter intelligimus et quod in psalmo
cantatur Accedite ad me et illuminamini et facies vestre non erubescent. Fide
quippe acceditur ad deum quam cordis constat esse non corporis. Sed quia spirituale
corpus nescimus quantos habebit accessus de re quippe inexperta loquimur. ubi ad
aliqua que aliter intelligi nequeat divinarum scripturarum non occurrit et succurrit
auctoritas. necesse est ut contingat in nobis quod legitur in libro sapiencie. Cogitaciones
mortalium timide et incerte providencie nostre. Raciocinacio quippe illa philosophorum qua
disputant ita mentis aspectu intelligibilia videri et sensu corporis sensibilia
id est corporalia ut nec intelligibilia per corpus nec corporalia per se ipsam mens va
leat intueri. si posset et nobis esse certissima. profecto etiam esset per oculos corporis
esse spirituales nullo modo posse videri deum. Sed istam raciocinacionem et vera racio et
prophetica irridet auctoritas. Quis enim ita sit aversus a vero ut dicere audeat
deum corporalia ista nescire. Numquid ergo corpus habet per cuius oculos ea possit ad
discere. Deinde quod de propheta helizeo paulo ante diximus. Nonne satis indicat etiam
spiritu non per corpus corporalia posse cerni. Quando enim servus ille munera accepit utique
quod corporaliter gestum est. Quod tamen propheta non per corpus sed per spiritum vidit. Sicut
ergo constat videri corpora spiritu. quid si tanta erit potencia spiritualis ut corpore vi
deatur et spiritus. Spiritus enim est deus. Deinde vitam quidem suam qua nunc vivit
in corpore. et hec terrena membra vegetat facitque viventia interiore sensu non
quisque per corporeos oculos novit. aliorum vero vitas cum sint invisibiles per corpus
videt. Nam unde viventia discernimus a non viventibus corpora nisi corpora vitas
que simul videamus quas nisi per corpus videre non possumus. Vitas autem sine cor

pib9 corpeis oclis nō videm9 Quāobrem sic sic fieri pōt valdeqȝ credi
bile ē sic nos eē visuros mūdana tūc corpa celi noui et t̄re noue ut deū
ubiqȝ p̄ntem et uniūsa eē corpalia gubnantem p corpa que gestabim9 et
q̄ cōspiciem9 quaqȝ usqȝ oclos duxim9 clarissima pspicuitate videam9
Non sicut nūc inuisibilia dei p ea q̄ fc̄a sūt intellecta cōspiciūt p speclm
in enigmate et ex pte ubi plus in nobis valet fides qua credim9 q̄ rez
corpaliū spēs quā p oclōs cernim9 corpales. Sȝ sicut hoīes int quos viuē
tes motusqȝ vitales exerentes viuim9 mox ut aspicim9 nō credim9 vi
uere sȝ videm9 cū eorȝ vitā sine corpib9 vidē negam9 quā tū i eis
p corpa remota omī ambiguitate cōspicim9 Ita quacūqȝ spūalia illa lūīa
corporȝ nrorȝ circūferem9 incorporeū deū oīa regentem etiā p corpa con
tuebim9. Aut ergo p illos oclōs sic videbit deus ut aliqd heant in illa
excellencia mētis sile quo et incorpea nā cernat qd ullis exemplis sine
scripturarȝ testiōnijs diuinarȝ vl difficile ē vl impossibile ostendē aut qd est
ad intelligendū facilius ita deus nobis erit notus atqȝ cōspicuus ut vide
atur spū a singulis in singlis nobis videatur ab altero in altero videat in se
ipō videat In celo nouo et in t̄ra noua atqȝ i omī q̄ tunc fuit creatura
videat et p corpa i oī corpe quocūqȝ fuerint spūales corpis ocli acie
puenēte directi. patebūt eē cogitacōes nr̄e inuicē in nobis Tunc eīm
implebit et qd aplus dixisset Nolite ante tēpus iudicare quidq̄ mox addi
dit donec veniat dñs et illuīet abscondita tenebrarȝ et manifestabit
cogitacōes cordis et tūc laus erit vnicuiqȝ a deo

De qualitate visionis qua in futuro sclō sancti deū videbūt. De eterna felicitate dei sabbatorȝ ppetuo

Quanta erit illa felicitas ubi nullū erit malū xxv
nullū latebit bonū vacabit dei laudi
bus qui erit oīa in omnibus Nam quid aliud a
gatur ubi neqȝ ulla desidia cessabitur neqȝ ulla indigencia laborabitur
nescio Admoneor eē scō cantico ubi lego vel audio Beati qui hītant in
domo tua dn̄e in sc̄la sclōrȝ laudabūt te Omīa mēbra et viscera incorrupti
bilis corpis q̄ nūc videm9 p usus necessitatis varios distributa qui tūc nō
erit ipā necessitas sed plena certa secura sempit'na felicitas pficiunt laudib9
dei Omēs quippe illi de quib9 iam sū locutus qui nūc latent armonie corpa
lis numeri nō latebūt intrinsecus et extrinsecus p corpis cūcta disposita et cum
ceteris reb9 q̄ ibi magne atqȝ mirabiles videbūt rōnales mētes in tanti ar
tificis laudem rōnalis pulcritudinis delectacōe succēdūt Qui motus illic talium
corpū sūt futuri temē diffinire nō audeo qd excogitare nō valeo tū et
motus et status sic ipā spēs decens erit quicūqȝ erit ubi qd nō decebit
nō erit certe Ubi volet spūs ibi protinus erit corpus Nec volet aliqd
spūs qd nec spm possit decē nec corpus Vera ibi gl'a erit ubi laudan
tis nec errore quisq̄ nec adulacione laudabit Verus honor qui nulli
negabit digno nulli deferetur indigno sȝ nec ad eum ambiet ullus
indign9 ubi nullus pmittet eē nisi dignus Vera pax ibi nichil aduersi
nec a se ipō nec ab aliquo quis pacietur Premiū virtutis erit ipe qui virtutem
dedit eiqȝ seipm̄ quo melius et mai9 nichil possit eē pmisit Quid ē enim
aliud qd p pphetam dixit Ero illorȝ deus et ipi erūt in plebē nisi ego i
ero vn̄ sacientur Ego ero quecūqȝ ab hoīb9 honeste desiderant et vita et sa
lus et victus et copia et gl'a et honor et pax et omīa bona Sic enim
et illud recte intelligit qd ait aplus Ut sit deus oīa in omnibus Ipe fi
nis erit desideriorȝ nrorȝ qui sine fine videbit sine fastidio amabit sine
fatigacōe laudabit Hoc munus hic affectus hic actus pfecto erit omī
bus sicut ipā vita eterna cōis Ceterum qui futuri sint pro meritis premiorum
eē gradus honorȝ atqȝ glarȝ quis est ydoneus cogitare quāto magis dicē
q̄ tū futuri sint nō est ambiguū atqȝ id eē btā ciuitas illa magnū in se
bonū videbit qd nulli superiori ullus inferior inuidebit sicut nūc non
inuident archangelis angeli ceti tamq̄ nolit eē uniusquisqȝ qd nō accepit
quamuis sit pacatissimo cōcordie vinclo ei qui accepit obstrictus qm̄ nec

in corpore vult ordinis esse quod est digitus cum membra utrinque contineat totius carnis
nis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus ut hoc quo
que donum habeat ne velit amplius. nec ideo liberum arbitrium non habebunt quia
peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum a delectatione pec
candi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum. Nam primum
liberum arbitrium quod homini datum est quando primum creatus est rectus potuit non
peccare sed potuit et peccare. Hoc autem novissimum eo potentius erit quo pe
ccare non poterit. Verum hoc quoque dei munere non sue possibilitate nature. aliud
est enim esse deum aliud participem dei. Deus namque peccare non potest. particeps
vero dei ab illo accepit ut peccare non possit. Servandi autem gradus erant
divini muneris ut primum daretur liberum arbitrium quo non peccare posset homo.
novissimum quo peccare non posset atque illud ad comparandum recipiendumque
meritum. hoc ad premium pertinet. Sed quia peccavit ista natura cum peccare potuit
largiore gratia liberatur ut ad eam perducatur libertatem in qua peccare non possit.
Sicut enim prima immortalitas fuit quam peccando adam perdidit posse non
mori. novissima erit non posse mori. Ita primum liberum arbitrium posse non
peccare. novissimum non posse peccare. Sic erit inamissibilis voluntas
pietatis et equitatis quomodo est felicitatis. Nam utique peccando nec
pietatem nec felicitatem tenuimus. voluntatem vero felicitatis nec perdita
felicitate perdidimus. Certe deus ipse numquid quoniam peccare non potest ideo liberum
arbitrium habere negandus est. Erit ergo illius civitatis et una in omnibus
et inseparabilis in singulis voluntas libera ab omni malo liberata et impleta
omni bono. fruens indeficienter eternorum oblita culparum oblita penarum. Nec
ideo tamen sue liberationis oblita ut liberatori suo non sit ingrata. Quantum
ergo attinet ad scientiam rationalem memor preteritorum etiam malorum suorum. quantum
ad experientis sensum prorsus immemor. Nam et peritissimus medicus sicut
arte sciuntur omnes fere morbos corporis novit. sicut autem corpore sentiuntur
plurimos nescit quos ipse non passus est. Ut ergo scientie malorum due sunt.
una qua potentiam mentis non latent. altera qua experientis sensibus in
herent. Aliter quippe sciuntur vicia omnia per sapientie doctrinam. aliter per insipi
entis pessimam vitam. Ita et obliviones malorum due sunt. aliter ea namque
obliviscitur eruditus et doctus. aliter expertus et passus. Ille si peritiam ne
gligat. iste si miseria careat. Secundum hanc oblivionem quam posteriori lo
co posui non erunt memores sancti preteritorum malorum. Carebunt enim omnibus ita
ut penitus deleantur de sensibus eorum. Ea tamen potentia scientie que magna
in eis erit non solum sua preterita sed etiam dampnatorum eos sempiterna miseria non
latebit. alioquin si se fuisse miseros nescituri sunt. quomodo sicut ait psalmista
Misericordias domini in eternum cantabunt. Quo cantico in gloriam gratie christi cuius
sanguine liberati sumus. nichil erit profecto illi iocundius civitati. ibi perficietur
Vacate et videte quoniam ego sum dominus. Quod erit ibi vere maximum sabba
tum non habens vesperam quod commendavit dominus in primis operibus mundi. Ubi
legitur. Et requievit deus die septimo ab omnibus operibus suis que fecit. Et
benedixit deus diem septimum et sanctificavit eum. quia in eo requievit deus
ab omnibus operibus suis que inchoavit deus facere. Dies enim septimus etiam
nos ipsi erimus quando eius fuerimus benedictione et sanctificatione pleni atque perfecti.
Ibi vacantes videbimus quoniam ipse est deus quod nobis nos ipsi esse voluimus
quando ab illo cecidimus audientes a seductore. Eritis sicut dii. et recedentes
a vero deo quo faciente dii essemus eius participatione non desertione. Quid
enim sine illo fecimus nisi quod in ira eius defecimus. A quo refecti et gratia ma
iore perfecti vacabimus in eternum videntes quia ipse est deus quo pleni erimus
quando ipse erit omnia in omnibus. Nam et ipsa opera nostra quando ipsius pocius in
telliguntur esse quam nostra tunc nobis ad hoc sabbatum adipiscendum imputa
tur. quia si nobis ea tribuerimus servilia erunt cum de sabbato dicatur. Omne
opus servile non facietis. propter quod et per ezechielem prophetam dicitur. Et sabbata
mea dedi eis in signum inter me et inter eos. ut scirent quia ego dominus qui

stifico eos Hoc pfecte tunc sciem⁹ qn̄ pfecte vacabimus et pfecte videbim⁹
qz ipē est deus Ipē eciā innumerus etati velud diez si scdm eos articlos
tpis computetur qui scripturis videntur expssi Iste sabbatissimus euidē
cius apparebit qm̄ septim⁹ invenit ut pma etas tamq̄ dies · pmus sit
ab adam usqz ad diluuiū secūda inde usqz ad abraham non equalitate tē
tpm sed nūo generacionū denas quippe hrē reperitur · Hinc iam sicut
Matheus ewangelista determinat tres etates usqz ad xpi subsequit adue
tum Que singule denis et quaternis generacionibꝰ explicantur ab
abraham usqz ad dauid vna · altera inde usqz ad transmigracionē in babilo
niam Tercia inde usqz ad xpi carnalem natiuitatē · Fiunt itaqz omēs
quiqz Sexta nūc agit̄ nullo generacionū nūo metienda ꝑpt id qd̄ dcm̄
est Non ē vrm̄ scire tpa q̄ pr̄ posuit in sua ptate · Post hanc tamq̄ in die
septimo requiescet deus cū eundem septimū diem qd̄ nos erimus in
seipō deo facit requiescē De istis porro etatibus singulis nūc longum
est disputaē Hec tn̄ septima erit sabbm̄ nrm̄ cui⁹ finis nō erit vespa sz
dnicus dies velut octauus eternus qui xpi resurrectōe sacratus est etez
nam nō solū spūs verz eē corpis requiem pfigurans Ibi vacabimus
et videbim⁹ · videbim⁹ et amabimus · amabimus et laudabimus · Ecce
quod erit in fine sine fine Nam quis alius nr̄ est finis nisi puenire ad re
gnū cui⁹ nullus est finis Videor michi debitū ingentis huius opis adiu
uante dnō reddidisse quibus paz vl' quibus nimiū est michi ignoscant Quibꝰ
aūt satis est nō michi sed deo mecū gracias gratulantes agant deo grās

Explicit liber Sancti Augustini
Episcopi de ciuitate dei dō grās

FINITUS et completus BASILEE Sacro sancte generali Synodo ecclīam catholicam
representante ibidem sollempniter celebrante pro extirpacione erroris Grecorum et
Bohemorum ad gremium sancte matris ecclīe reducendo Anno anatiuitate dn̄i nr̄i ihū
xpi · M · cccc · xxxiiij° die xxiiij° mensis octobris · pontificatu sanctissimi in xpō prīs
dn̄i nr̄i dn̄i Eugenii pape qrti Anno eius qrto Regnante Serenissimo dnō nrō dnō
Sigismūdo diuina fauente clemencia Imperatore semper augusto Anno Vngarie · rc
xlviij · Bohemie xiiij° Romanorum vero xxiiij° · Ac Imperii scdō De quo deus sit bene
dictus per infinita scl'a sclorū Amen · Per me michaelem Chorer nacionis almanie
MEMOR ESTOTE EIUS · ET ORATE PRO EIUS · ANIMA · AVE · MARIA

FRancisci petrarce laureati vite solitarie liber primus incipit ad philippū Caua
llicensem Epm̄

Nouos homines noui / quibus opusculorum meorum tanta dignacio /
tantusqz sit amor / qūtus tibi fidentissime nō videt̄ esse sed est et
dixerim / Nam neqz desincero et niueo candore tui pectoris fic
tum fucatum ne aliquid suspicior / neqz fictionē siqua eēt tam
diu tegi potuisse arbitror: Ut eni in mortalis est uitas / sic
fictio et mendaciū nō durant · simulata illico patescunt ꝛ ma
gno studio compta cesaries · uēto turbat̄ exiguo · et opose licet i pilus
fucus leui sudore diluit̄ · et argutū quoqz mēdaciū vero cedit / coramqz pl
sinis intuente dyaphanū opertū oīne retegit̄ · abeunt umbre natiuus
qz rebꝰ color manet · et latē diuicius magnus ē labor / Nemo sub aqis diu
uiuit / erūpat oportet / et frontē quā celabat apiat Hys argumētis i du
cor / ut credam qd̄ ualde cupio / Dum⁹ aūt faciles ad credendum qd̄ de
lectat / posse tibi res meas pater optime placē · que ut paucis placeant
laboro · qui ut vides sepe res nouas tracto durasqz et rigidas pegnas
qz snias · et ab omnā moderantis uulgi sensibꝰ atqz auribꝰ abhorrētes
/ Si indoctis gº nō placeo nichil est qd̄ querar / habeo qd̄ optam · bona demge
mo meo spem Sin vō doctis qz nō pbor / est fateor qd̄ doleam / nō qd̄ mirer /

Nam quis ego / aut quid ē / vnde m̄ in tantā prestantim varietate iudiciorum me
blandiar aut arrogem / qd' nec marco . T . p̄clara illa celestiq; facūdia con
tigisse scio / Cui' liber de optimo genere dicendi . deus bone . quale q̄q; ex alto
sūptū opus / qd' idem in ep̄lis indignant' attigit Marco bruto / ad quē
et cui' p̄cibus sc̄ptus erat . erudito viro licet . et amico scribentis . non
ꝓbatur vt grauiora p̄teream . q̄ ab illustribꝯ quidem longe . tamē i pa
ribus oratoribus tantus ille vir patit' animo vtroq; et caluo / qui eloque
cie principi libertate nimia insultant / et q̄ ceteri mortaliū mirant' venerat'
q; condemnāt Quis recuset igit' stili discrimen sibi commune cū tullio . Quā
q̄ michi quid aput te nullus talis ē metus Vt sane ꝓber ego . seu placeaz
tibi / nō meriti mei est . sed uel ingenior' similitudo forte aliqua / ul' qd' poti'
credo . et permissum uō ē / facit hoc singularis quidaz . et eximius amor tuus
/ nō permissum hostis recti iudicij / quis enī valde amās rite iudicatur . Si cer
nere rectū et discernē posset amor . certi cur finxisset antiquitas / ac
nō cecus sic & mutus . sz persuasor optim' ondit . alijs qd' nō videt . sepe
ee qd' nō ē Magna pris indulgencia nil sibi nō ꝓmittit / parcit filij
defectibꝯ / sepe eciā delectat / Vtriuq; ē siquidē in hoc errasz gaudeo Ne
q; huic errorē excidē tibi unq̄ posse velim gliosuz m̄ . tibi delectabilez
dampnosū nulli . Et in fortasse nō erras . qd' opto quidē pocius quaz
spero / quid m̄ magis magis q; gaudeaz . ac gratuler / et ipē michi tali sim
carior . ꝓbaciorq; iudicio Indubius nonē iniquus ocij mei distributor
fuerim . nisi rōnem habeam illius quem primū stili atq; ingenij mira
torem . Profecto aut' magn' testis cato ille senior nō minus ocij q̄
negocij rōnem clariss ac magnis ingenijs habendaz ee in p̄mordio su
aꝝ sc̄psit originū / Quod dcm̄ cū multis placuisse videam doctis viris
tū perspicue cicero m̄ amplectitur magnificiq; sibi semꝑ ac p̄clarū visū
eē . in ea qua plāciū defendit orōne testat' / Id m̄ quaz si . ul' ꝓ ingenij me
diocritate / ul' ꝓ nō mediocri glorie cupiditate . si tū hanc nōdū freno aim
ac rōe pdomui ꝓmdendū est . quid primi prestare nitar / n̄ ut sicut ego . ane
gocijs . sic ab ocio meo ꝓcul absit inercia / et si quid forte mansurū sc̄pserō
/ hic potissimū inscribam . quoꝝ gl'ie quadā velut participacōe clarescē te
nebrisq; resistē valeam / quas in temporꝝ fusca ꝓfunditas & nominū consūp
trix illustriū obliuiosa posteritas ītentat / Quod uisanti mo sepe eqdē
tuū nomē occurrit / et usq; adeo fulgidū inse . atq; ita de me meritū ut seu
p̄clara . seu m̄ clara cōplectar . p̄terire sū g̃m quadā nō possit ī iuria Ac
cedit q̄ ex more īstitutoq; meo veterī . nuc ī iure tuo potius ut fingū
ceteri sit ego tibi decias ocij debere uideor . ꝓuinciasq; vigiliarū Itaq; t
quotannis plus minus ue ꝓ ingenij ubertate ul' sterilitate anna p̄soluē
aliqd ē aīus / Quo velut vn' e colonis tuis . his saltē fructibꝯ . q's
agellus meus fert agnoscē intelligar bonā fidem / Et si ꝓbe norim +
/ nil silencio tuci' / his quibꝯ obtrectancū linguas euadē cura ē / Quod
ipe mecū reputans . sepe aīum fateor . sepe calamū freno . sepe multa
panes moneo . neu me ꝓbant obsecro . neue ultro nō stili tū . sed qd'
p grauē ē moꝝ quoq; nroꝝ cyragraphuz com̄ nos ꝓmalit forte eciaz
ad abuntes ac posteros ꝑuenturuz / Qualis enī sermo fuit / talis vita
cēsebit / qui reꝝ sublatis iudicijs / sola uboꝝ superūt argumenta Quod
multa p̄suasissez forsitan / ut et s' et michi et fame nrē p̄cerent / n̄ quia
ut ait / iam neq; res integra / neq; silencio liberꝝ ē latere / Iam noscim'
/ legimur / iudicamur + itaq; bonū voces euadendi / celandiq; ingeniuz t
nulla spes / et seu ꝓdeūtibꝯ in publicū seu domi sedentibꝯ appendiz ē Cº pᵐ
QVOD vero nunc pri' eximie sperēs q̄ p̄timore & in corde sp̄ hūi et
ipē qui m̄ sub oculis est locꝯ hortatur solitarie scilz ociosēq; vite
p̄conū Quā tū sepe olim solus . tuz p̄cipue nuꝑ mecū breui
quidem nec n̄ dieꝝ xv . spacio . degustasti . Mecū nunq̄ q̄uis enī ego assi
due tecū eē m̄ . tu tū hunc nō n̄ mei cū te venisse . neq; nisi ꝓ me manere

sepe tam rebus ipsis quam sermone professus ostendisti · qui meorum tunc est mos quanta
sit mei ex quibusdam imparibus viris amoris / Quamobrem persuadere tibi perfacile fuerit
quod tacito me noscis expertus Idem si probare vulgo velim frustra nitar · nec
vulgo tantum inscio · sed multis quoque qui sibi litteratissimi videntur · fortasse etiam nota
nec fallunt / Sed copia litterarum non semper modestum pectus inhabitat · et se
pe inter linguam et animum / inter doctrinam · et vitam / contentio magna est / De
hiis autem loquor qui litteris impediti · et onerati potius quam ornati / rem plerum
que scire / turpissimis moribus miscuerunt · tanta cum vanitate · ut scolas nunquam nota
vidisse multo melius fuit / qui ibi hoc unum didicerunt · superbire et litterarum
fiducia maiores esse cunctis hominibus / qui quietum libenter aristotilem venti
lantes per compita cuneatim vulgo mirante preterent / quique vicos atque porti
cibus effusi numerant turres equosque et quadrigas / qui plateas et menia
mirantur / femineoque inhiantes ornatui · quo nichil est fugacius / nichil in
meciunt / Femineoque inhiantes ornatum · quo nichil est fugacius / nichil in
animus / obstupescunt / neque solum in vivis · sed et in marmoreis herent ymagi
nibus · et secum collocuturi subsistunt attoniti oculis statuarum / queque no
vissima pestis insanie est · turbis et strepitu delectantur / Hii sunt qui quasi
etiam venalem que supellectilem · tota urbe circumferunt stultitiam litteratam /
Hii sunt solitudinis inimici · sed et proprie domus hostes · quos primo mane dig
ressos ad intimum limen vespera vix tandem revehit / Hii sunt quibus improbius
bium verit Bella res est gentes videri / cum hominibus conversari / Melius equidem
vide rupes ac nemora / versari cum ursibus ac tigribus Neque enim vile tantum fe
dumque · sed quod intimus dico / quodque ut non tam late notum experiencia fecit / assi
duumque facit · periculosum quoque et varium et infidum et anceps et ferox et cru
entum · aliud est homo / non quod rarum dei munus est humanitatem induere / feritatemque de
ponere · deique non de homine vir esse didicerit Cum si hos ipsos interroges cur
tam cupide cum aliis semper sint / si vera loqui nolent / nil aliud respondebunt /
non quia secum esse non putant · de quo suo loco plura forte dicturus sum / hoc unum
in direm / Alte radicatos errores · non facile verbis extirpari · et nequicquam
suaderi aliquid / quibus persuaderi nunquam possit / neque enim perdere verba leve esse silen
cium audis Itaque desinat opinionibus veris obstrepere / nam neque me talibus loqui
neque magnum facere / quamvis ista superciliosus lectura sint · quod utique non sibi / sed longe
aliis ingeniis scripta sunt / Et hec quidem illis / tibi vero pre amabilius ut dixi
persuasione sollicito non est opus / cum persuadere omnium possit nemo Cuique unum pre[de]
conuulsis erroribus / sine vectores medullis ac precordiis inheserunt / Et tu ut
rem etiam loquendo non certiore tibi · sed clariore faciam / amatorem vite huius expri
mam in notarius / ac paucorum · dum id explicat dierum inducias · petens ab aliis ma
ioribus · et antiquioribus curis meis · que me obsident atque circumsonant · ut sep
tiz opus aggrediar · Tu cum tuus par ut sedens mea quaeso · et maris m
terim rebus abstractum · tu animum accomodes / Non semper exquisitissima de
lectant · sed interdum ut divitibus ciborum / sic sapientibus studiorum vicissitudo
gratissima est Adesto igitur Audies quid in de toto hoc solitarie vite genere co
gitanti videri soleat · pauca quidem ex multis / sed in quibus parvo velut in
speculo / totum animum mei · totamque frontem serene tranquilleque mentis aspicias / nota
Capitulum tertium

CREDO ego generosum animum / preter deum ubi finis est noster / preter seipsum
et archanas curas suas / aut preter aliquem multa similitudine sibi coniunctum
animum / nusquam acquiescere / Et si enim voluptas tenacissimo visco illita · et
blandiis ac dulcibus plena sit laqueis / fortes tamen circa tam alas de
tinere diucius non potest / Atqui sine deo sine nos ipsos / et honesta studia · quibus
utrumque consequimur / sine conformem nobis quem animum / a turbis hominum ubi
nusquam turbinibus quam longissime recedendum est / Id sic esse ut dico / illi ipsi etiam
forte non negent / qui concursu populi inlecent ac murmure / si non ita obruti de
pressi que falsis opinionibus non sunt · qui interdum ad se ipsos redeant · seque ad excelsam
veri semitam vel reptando convertant / Quod utinam non tam multis accideret /
/ et ut agri cultura que rerum vilium / sic saltem excolendi animi mortalibus cura fo
ret / Ut enim pinguis ager sentibus / sic humanus animus abundat erroribus nota

quibus nisi diligenter excussi erunt, nunquam magno studio ac labore purgabuntur
utique sibi in ipso flore fructus extinguitur. Sed non canimus surdis; de his
de his quoque alii ut libet; ego quippe facile consensuros non eruditorum animos atque ora con
fidam. Quod si omnes negent, tu mihi saltem non negabis, nempe qui negantem
primus argueres. Hic evenit, ut et tu in verbis meis tuam sententiam ag
noscas, et ego supinam mentem tuam liberis eloquiis attigisse videar. Auditoris
animum movisse quo volui. Idque nullo negotio, nunc suadenti magnus est labor
quando invitam sententiam trahere nititur animum reluctantem. Contra quid difficile habet oratio
in illius aures ventura, qui quod audit secum conferens, non exempli ymaginem
non auctoris pondus, non tonitrus aculeum ut credat, nichil denique nisi sui ipsius testimonium.
Scio quidem sanctos quosdam viros ¶ queritur et tacitus dicit ita est Ca. 3m
multa hic scripsisse. Nominatim vero magnus ille Basilius librum proprium de soli
tarie vite laudibus inscripsit, de quo preter titulum nil teneo, et quod illum in
quibusdam vetustissimis codicibus, sic interdum Petri Damiani opusculum inter
sertum vidi ut dubium me fecerit an Basilii esset an Petri. In hoc autem tractatu
magna ex parte solius experientie ducatum habui, nec alium ducem quesivi, nec
oblatum admisi. Maiorum quidem gressus, quamquam fortassis incautius, sequor
animum meum quam aliena vestigia. Plura quoque audies ab his, qui vel plura sunt ex
perti vel ab expertis acceperunt. A me nunc audies quod occurrit ex tempore. Neque enim
cepisset. Nimirum sicut aut constare cepisset ab aliquo artifice disposita
ordinata effecta sunt omnia, sic ipsam materiam factam esse ab aliquo ne
cesse est. Quis igitur hanc nisi deus fecit: cui potestati subiacent omnia. Sed
regit hoc ille: dum horret incognitam veritatem. Non enim musarum instinc
tu sicut videri volebat in helicone carmen illud effudit: sed meditatus vene
rat ac paratus. Noster quoque primus maro non longe fuit a veritate cuius de summo
deo quem mentem ac spiritum nominat. Hec verba sunt: Principio celum ac terras
camposque liquentes lucentemque globum lune titaniaque astra Spiritus intus a
lit totamque infusa per artus Mens agitat molem et magno se corpore mis
cet. Ac ne quis forte ignoraret qui nam esset ille spiritus qui tantum haberet de
claravit alio loco: dicens deum namque ire per omnes terrasque tractusque ma
ris celumque profundum: hic pecudes armenta viros genus omne ferarum Que
rit sibi tenues nascentem arcessere vitas. Ovidius quoque in principio pre
clari dari operis sine ulla nominis dissimulacione adeo quem fabricatorem mundi
quem rerum opificem vocat: mundum fatetur instructum. Quod si vel orpheus vel
hi nostri quod natura docente senserunt in perpetuum defendissent: eandem quam
nos sequimur doctrinam comprehensa veritate tenuissent. Sed hactenus de
poetis. Ad philosophos veniamus quorum gravior est auctoritas: certiusque in
dicium quia non rebus commenticiis sed investigande veritati studuisse creduntur
Tales milesius qui unus e septem sapientium numero fuit: qui primus omnium
quesisse de causis naturalibus traditur aquam esse dixit ex qua nata sint omnia
deum autem esse mentem que ex aqua cuncta formaverit: ita materiam rerum
posuit in humore principium causamque nascendi constituit in deo. Pytha
animus goras ita diffinivit quid esset deus animus per universas mundi partes omnem
que naturam commeans atque diffusus ex quo omnia que nascuntur animalia
vitam capiunt. Anaxagoras deum esse dicit infinitam mentem que per se ipsam
moveatur. Antistenes multos quidem esse populares deos: unum tamen
naturalem id est totius summe artificem. Cleantes et anaximenes e
thera dicunt esse summum deum. Cui opinioni poeta noster assensit. Tum pater
omnipotens fecundis imbribus ether Coniugis in gremium late descendit et
omnes Magnus alit magno commixtus corpore fetus. Chrysippus naturalem
vim divina racione preditam interdum divinam necessitatem deum nuncupat. Ze
ceno naturalem divinamque legem vel horum omnium sentencia quamvis sit incerta

I

eodem tamen spectat: ut prouidenciam unā ēē consenciant. Sine ē na
tura siue ether: siue racio. siue mens. siue fatalis necessitas. siue di
uina lex. siue quid aliud dixeis. idem est qd̄ a nobis dicit deus Nec ob
stat appellacionū diuisitas. cū ipā significacōe ad unū omia reuoluant
Aristotiles quamuis secū ipē dissideat. ac repugnancia sibi et dicat et
senciat in summū tamen unā mentē mūdo preesse testatur Plato qui
omnium sapientissimus iudicat: monarchiam plane apteqz defendit: nec
etherā. aut racionem. aut naturam. sed ut est deū noiat. ab eo mūdum
hunc pfectum atqz mirabilem ēē fabricatum. Quē cicero secutus atqz
imitatus ī plurimis frequent deū cōfitetur: ac supremū uocat in hijs libris
quos de legibus scpsit: ab eo q̄ regi mundum argumentatur. Cū disputat
de natura deorū hoc mō Nihil ē prestancius deo: ab eo igr̄ regi mūdū
necesse ē. Nulli igr̄ ē nature obediens aut subiectus deus: omēm ergo
regit ipē naturā. Quid aūt sit deus in consolacione definit Nec uero deus
ipē qui intelligitur a nobis: alio mō intelligi pt̄. nisi mēs soluta quedam
et libera segregata ab omni cōcrecione mortali omnia senciens. et mouēs
Annens quoqz qui ex romanis ul' acerrimus stoicus fuit: quā sepe summum
deū merita laude psequitur. nā cū de immatura morte dissereret nō intelligis
inquit auctoritatem atqz maiestatem iudicis tui. rectoris orbis terrarum
celiqz. et deorum omnium deū a quo ista numina q̄ singla adoramus et
colimus suspensa sunt Item in exhortacionibus hic cum p̄ma fundamēta
molis pulcherrime iaceret. et hoc ordiret quo nec maius quicq̄ nouit.
nec melius. ut omīa sub ducibus singulis irent qūuis ipē p totum se corporis
intenderat: tamen ministros regni sui deos genuit. Et q̄ multa alia de deo
nrīs similia locutus ē: q̄ nūc differo. q̄ alijs locis oportuniora sūt N-
unc satis ē demonstrare summo ingenio uiros attigisse ueritatē. ac pe-
ne tenuisse nisi eos retrorsus infucata prauis opinionibus cōsuetudo ra
puisset. qua et deos ēē alios opinabantur. et ea que in usum hoīs deus
fecit tanq̄ sensu p̄dita eēnt. p dijs habenda et colenda credebant Nunc
ad diuina testimonia transeamus Sed prius unū proferam qd̄ ē simile diui
no et ob nimiā uetustatem. et q̄ is quē noiabo ex hominibus in deo relatus
est Apud ciceronē. C. cotta pontifex disputans contra stoicos de religio
nibus. et uarietate opinionū q̄ solent ēē de dijs ut more achademicorum
omīa faceret incerta. quinqz fuisse mercurios ait. et enumeratis p ordinem
quatuor. quintū fuisse eū a quo sit argus occisus. ob eamqz causam in egyp
tum pfugisse: atqz egypcijs leges ac lr̄as tradidisse Hunc egypcij thoytena
appellant a quo apud eos primus anni sui mēsis .i. septembris nomē acce
pit idem opidū condidit. quod eciā grece nūc uocatur mercurij ciuitas
et fenaate colunt eū religiose Qui et tam et si homo fuit antiquissimus
tamen et instructissimus omni genere doctrine adeo. ut ei multarum rerū et
artiū sciencia trimegisto cognomen imponeret. Hic scpsit libros et qui
dem multos ad cognicionem diuinarum rerum ptinentes in quibus maiestatem
summi ac singularis dei asserit. idemqz noibus appellat quibus nos deū et
prem: ac ne quis nomen eius inquireret sine noie ēē dixit: eo q̄ nominis
pprietate nō egeat ob ipām scz unitatē ipīus hec uba sūt At deus unus
si unus nomine non indiget. est enī absqz nomine. Deo igr̄ nomē est. quia
solus est nec opus est pprio uocabulo: nisi cū discrimen exigit multitudo
ut unā quamqz psonam sua nota. et appellacione designes: deo aūt quia sp
unus ē pprium nomē est deus. Superest de responsis carminibusqz sacris tes
timonia q̄ sūt multo cerciora pferre Nam fortasse hi contra quos agimus nec
poetis putent ēē credendū tanq̄ uana fingentibus: nec philosophis q̄
errare potuerunt. quia et ipī hoīes fuerunt. M. uarro quo nemo unq̄ doctior
ne apud grecos quidē uixit. in libris rerū diuinarum quos ad C. cesarem po
tificem scpsit. Cum de quindecim uiris loqueret Sibillinos libros ait non
fuisse unius sybille. sz appellari uno noīa sibillinos: q̄ omēs femine uates

Cicero

q̄d ē deus

Sn̄ia Mercu-
rij de deo

de sibillis

sibille sint a veteribus nuncupate · vl' ab vnius delphidis noīe vl' a consiliis deorum
enunciandis · σιοὺς enī deos : nō θεούς et consiliū nō βουλὴν sed βουλὰν
appellabant eolico sermonis genere Itaq3 sibillam dictam · q̄i theobulē Ceterum
sibillas decem numero fuisse : easq3 omēs enumerauit sub auctoribus quidē sin
gulis scriptitauerūt · Primam fuisse de persis cuius mentionē fecerit nicanor
qui res gestas alexandri macedonis scripsit Secunda libissā cuius me
minerit euripides in lamie prologo · Tertiam delphidā de qua crisip
pus loquitur in eo libro quē de diuinatione cōposuit Quartā cymeam in ita
lia : quā neuius in libro punici belli piso in annalibus nominet Quintā
etheream · quā appollodorus erithreus affirmat suā fuisse ciuē : eamq3 graiis
petentibus iliū vaticinatā : et perituram eē troiam : et homerū mēdatia scri
pturū · Sextam samiā · de qua scribit erathostenes ī antiquis annalibus
samiorū repisse se scriptum · Septimā cumanā noīe amaltheam · q̄ ab aliis
herophile vl' demophile nominetur · eamq3 nouem libros attulisse ad regem
tarquiniū priscū · ac pro his trecentos philippeos postulasse regemq3 asp
natum precii magnitudine derisisse mulieris ī saniā illā in conspectu re
gis tres conbussisse · ac p reliquis idem preciū poposcisse · tarquiniū multo
magis insanire mulierem putasse · que denuo tribus aliis exustis · cū ī eodē
precio pseueraret motū esse regem · ac residuos trecentis aureis emisse
quorum postea numero sit auctus capitolio refecto · qd' ex omnibus ciuitatibus
et ytalicis et grecis · et precipue erithreis coacti allatiq3 sunt romam
cuiuscumq3 sibille noīe fuerūt · Octauā hellespōtiā in agro troiano : nata
marmesso circa opidū gergithiū : quā scribit heraclides ponticus solonis
et ciri fuisse temporibus Nonam phrigiā : que vaticinata sit ancyre : Decimam
tyburtem · noīe albuneam · q̄ tyburi colitur ut dea : iuxta ripas amnis anie
nis : cuius ingurgite simulacrū eius inuentū eē dicitur tenens ī manu libru
Harū omnium sibillarum carmina et ferūtur et habentur · preter quam cymee
cuius libri a romanis occultātur : nec eos ab ullo nisi a quindecim viris inspi
ci fas habent : et sunt singularū singuli libri : q̄ quia sibille noīe inscribuntur
vnius eē credunt suntq3 cōfusi : nec discerni · ac suū cuiq3 assignari pot
nisi erithree · q̄ et nomē suū verū carmini inseruit · et erythream se noīat
iri prelocuta ē cū eēt orta babylone · Sed et nos confuse sybillam di
cemus : sicubi testimoniis earū fuerit abutendū Omnes igitur he sybille
vnū deū p̄dicant · maxime tamen erythrea · q̄ celebrior inter ceteras ac
nobilior habetur Siquidē fenestella diligentissimus scriptor de xv · viris
dicens : restituto capitolio : retulisse ad senatū · C · curionem consulē · ut le
gati erythras mitterētur · qui carmina sybille conquisita ad romā deporta
rent : itaq3 missos eē · p · gabiniū · M · otaciliū · L · valeriū · qui descriptos a
priuatis versus circa mille romā deportauerūt Idem sup ostendimus dix
isse varronē · In his ergo versibus quos romani legati attulerūt : deuno
deo hec sunt testimonia · Unus deus solus q̄ maximus nō genitus · Hunc
eē solū summum deū · qui celū fecerit luminibusq3 distinxerit · sed deus so
lus vnus omnino summus creauit · celū solem q3 stellas lunam frugi
fera terram q3 aque fluctus ponti · Qm quomodo solus sit iste edifica
tor mundi et artifex rerum vel quibus cōstat vl' q̄ in eo sunt : solū coli opor
tere · testatur ipm̄ solū existentem colite principem mundi qui solus in seclum
et ex seclo extitit Item alia sibilla · quecumq3 ē : cū p ferre se ad hoīes vocem
dei diceret sic ait solus enī deus sum et nō est alius Exequerer nūc tes
timonia ceterarum : nisi et hec sufficerent et illa · oportunioribus locis reseruarē
Sed cū defendamus causam veritatis apud eos qui aberrantes a veritate
falsis religionibus seruiunt · quod genus pbationis aduersus eos magis
adhibē debemus · q̄ ut eos deorum suorum testimoniis reuincamus Appol
lo ē quē pter ceteros diuini vatēq3 fatidicū existimant colophone re
spondens q3 delphis credo emigrauerat amenitate asie ductus : querenti
cuidam quis eēt · aut quid eēt omnino deus · respondit viginti et uno versibus

Sibillarū te-stiā de deo vno

Testiōia deor de deo vno

I

ortus indoctus absq matre inconcussus nomen neque verbo capturu
igneus seculum hoc deus · parua aut dei porcio angeli nos Numquid pt
suspicari de ione ee dictum · qui et matrem hnit et nomen · Quid q mer
curius ille ter maximus cuius sup feci mencionem no modo ἀμήτορα ut
appollo · sed absq matre quoq appellauit deu : q origo illi no sit aliunde
nec e pt abillo ee generatus qui ipe vniusa generauit · Sanus ut opi
nor et argumentis docui et testib confirmaui qd pse satis clarum e vnu
ee regem mundi vnu prem vnu deu Sed fortasse querat aliquis anob
idem illud qd aput ciceronem querit hortensius · si deus vnus e que ee
beata solitudo queat tamq nos quia vnum dicimus dignius : desertu ac solitarium
ee dicamus Habet e ministros quos uocamus nucios · et est illud verum qd
dixisse in exhortacionibus senecam sup retuli genuisse regni sui ministros deum
Verum hi neq dii sut · neq deos se uocari aut coli volunt · quippe q nihil
preter iussum ac voluntatem dei faciant · Nec tn illi sut qui vulgo co
luntur · quor et exiguus et certus e numerus Quod si cultores deor
eos ipos se colere putant quos summi dei ministros appellamus nihil e q
nobis faciant inuidiam qui vnu deu dicamus multos negemus si eos mul
titudo delectat no xii · dicim aut ccclxv · ut orpheus : sz innumerabiles
ee arguimus eor errores indiuersum · qui tam paucos putant Sci
ant tamen quo noie appellari debeant ne deum verum violet cuius no
men exponunt · diu plibus tribuunt Credant appollini suo · qui eode illo
responso · ut ioui principatum · sic ecia alteris diis abstulit nomen · Ter
cius igr versus ostendit · dei ministros non deos veru angelos appel
lari oporte de se quidem ille mentitus qui cu e numero demonum ange
lis se dei aggregaunt · demq in aliis responsis demone se ee cofessus
e Nam cu interogaret · quomodo sibi supplicari vellet · ita respondit oi
mode sapiens per omnia conuersans in multis te verteus audi o de
mon Item rursum cu precem in appollinem symmachum rogatus exprome
ret ab hoc versu exorsus e · coaptacio mundi cuncta illustrans et sapi
ens demon · Quid ergo sup est nisi ut sua confessione verberibus
veri dei · ac pene subiaceat sempitne · Nam in alio loco responso ita
dixit · Demones qui pergunt circa terram et circa mare indefessi do
mantur sub stutica dei · de utriq generibus in secundo libro disseremus
Interim nobis sat e · q du honorare se vult · et in celo collocare confes
sus e id qd res h quomodo sint appellandi qui deo semp assistunt Ret
hant g̃o se hoies ab erroribus et abiectis religionibus prauis parentem
sui deu q cognoscant · Cuius nec virtus existimari pot · nec magnitudo
pcipi : nec principium comprehendi · cu ad illum mentis hume intencio
et acumen et memoria puenerit · Que si subiectis et consumatis uii
omnibus subsistit · heret deficit · nec aliud ulterius quo progredi pos
sit Verum quia fieri no pt · quin id quod sit aliqu esse cepit consequie
ns est · ut qui nihil an illum fuit · ipe ante omnia · ex se ipo sit · pcreatus
ideoq ab apolline ex se ortus · a sibilla ex se genitus increatus nominatur
Quod seneca homo acutus in exortacionibus vidit Nos inquit aliunde
pendemus Itaq ad aliquem respicimus cui qd est optimum i nobis debeamus
Alius nos edidit alius instruxit deus ipe fecit Cuius igr tot ac tantis
testib comprobatur vnius dei ptate ac prouidencia mundum gubernari · e
cuius vim maiestatemq tantam ee dicit in timeo plato ut eam neq mente
concipe neq verbis enarrare quisq possit ob nimiam · et inextimabilem
ptatem Dubitet vero aliquis · an quicq difficile aut impossibile sit
deo · qui tanta tamq mirifica opa pvidencia excogitauit virtute con
stituit racione pfecit · Nunc autem spu sustentet ptate moderetur in
excogitabilis ineffabilis · et nulli alii satis notus q sibi : unde in de
tanta maiestate sepius cogitanti · qui deos colunt interdum videri solent
tam ceci tam incogitabiles · tam excordes tam no multum mutis aialib

alio

Utrum deo sit aliquid difficile et impossibile

differentes qui credant eos qui geniti sunt maris ac femine coitu aliquid
maiestatis diuineque virtutis habere potuisse. cum sybilla erithrea dicat non potuisse
vim ex femoribus matricie que deus formatus esse. Quod est verum sic esse
apparet herculem. appollinem liberum mercurium iouemque ipsum cum ceteris ho
mines fuisse. qui sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem adeo tam re
motum quam id opus quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit. et quod
sine substancia corporali nullum potest esse. Dii ergo si sunt inmortales eterni. quid
opus est altero sexu: minimum ut generet: ipse per genie quid est opus cum
sucessione non egeant: qui semper sunt futuri: nam profecto in hominibus cete
risque animantibus diuisitus sexus et coitio. et generacio nullam habet aliam
racionem: nisi ut omnia genera viuencium. qui sunt condicione mortalitatis
obitura: mutua possint sua sucessione seruari. Deo autem qui est sempiternus
neque alter sexus. neque sucessio necessaria est. Dicit aliquis ut habeat uel
ministros uel in quos ipse possit dominari. Quid igitur sexu opus est femineo
cum deus qui est omnipotens ut vocatum sine usu et opera femine possit filios
procreare. Nam si quibusdam minutis animalibus id prestitit ut sibi e foliis
natos e suauibus herbis ore legant. Cur existimet aliquis ipsum deum nisi
ex permissione alterius sexus non posse generare Illos igitur quos imperiti et
insipientes tamquam deos. et nuncupant et adorant: nemo est tam inconsideratus
qui non intelligit fuisse mortales. Quomodo ergo inquit aliquis: Dii cre
diti sunt? nimirum. quia reges maximi ac potentissimi fuerunt ob merita
virtutum suarum. aut munerum aut artium repertarum. cum cari fuissent his quibus
imperitauerant in memoriam sunt consecrati. Quod si quis dubitet res eorum
gestas et facta consideret. quam vniuersa tam poete quam historici veteres prodide
runt. hercules qui ob uirtutem clarissimus. et quasi affricanus inter deos ha
betur. nonne orbem terre quem peragrasse et purgasse narratur. stupris libi
dinibus. adulteriis inquinauit: nec mirum cum esset adulterio genitus alcmene.
Quid tandem potuit in eo esse diuini. qui suis ipse uiciis mancippatus
et mares. et feminas contra omnes leges. infamia flagicio dedecore affecit
Sed ne illa quidem que magna et mirabilia gessit. talia iudicanda sunt
ut uirtutibus diuinis tribuenda videantur. Quid enim tam magnificum si leonem
aprumque superauit. si aues deiecit sagittis. si regium stabulum egessit. si virgi
nem vicit cingulumque detraxit. si equos feroces cum domino interemit. Opera
sunt ista fortis uiri hominis tamen. Illa enim que vicit fragilia et mortalia fu
erunt. Nulla est enim ut ait orator tanta uis que non ferro ac viribus debilitari
frangique possit. ac animum vincere iracundiam cohibere fortissimi est. que ille
nec fecit umquam nec potuit. hec qui faciat non modo ego eum summis viris comparo
sed simillimum deo iudico Vellem adiecisse de libidine luxuria cupiditate
in solentia: ut uirtutem eius impleret quem deo similem iudicabat. Non enim
fortior putandus est qui leonem quam qui violentiam et in se ipso inclusam superat
iracundiam. aut qui rapacissimas volucres deiecit: quam qui cupiditates in
quietissimas cohercet: aut qui amazonem bellatricem. quam qui libidinem vin
cit pudoris ac fame debellatricem. aut qui fimum de stabulo quam qui vicia de
corde suo egerit: que magis sunt perniciosa. quia domestica et propria mala
sunt quam illa que et vitare non poterant et cauere. Ex quo fit ut ille solus
vir fortis debeat iudicari qui temperans. et moderatus est et iustus. Quod
si cogitet aliquis que sunt dei opera. iam hec omnia que mirantur homines in
eptissimi ridicula iudicabit. Illa enim non diuinis uirtutibus quas ignorant:
sed infirmitate suarum virium metiuntur Nam illud quidem nemo negamit
herculem non heurysteo tantum seruisse regi. quod aliquatenus honestum
videri potest: sed eciam impudice mulieri omphale. que illum vestibus suis in
dutum. sedere ad pedes suos iubebat. pensa facientem. Detestabilis turpi
tudo. sed tanti erat voluptas. Quid tu inquit aliquis poetis ne creden
dum putas. quid ni putem? Non enim ista lucilius narrat aut lucianus qui
diis et hominibus non pepercit: sed hi potissimum qui deorum laudes canebant Quibus

Herculis acta

I

igitur credemus si fidem laudantibus non habemus Qui hos mentiri pu-
tat, proferat alios quibus credamus auctores qui nos doceant qui sint
isti dii quomodo unde orti quae sit vis eorum qui numerus quae potes-
tas: quid in his admirabile: quid cultu dignum quod denique certius +
utriusque misterium nullus dabit: Credamus igitur istis qui non ut rep-
henderent Navigavit ergo cum argonautis expugnavitque troiam: iratus
laomedonti ob negatam sibi pro filie salute mercedem: unde quo tempore
fuerit apparet Idem furore atque insania percitus uxorem suam cum liberis
interemit. hunc homines deum putant Sed philoctetes heres eius non pu-
tavit: qui facem supposuit arsuro: qui artus eius ac nervos cremari
ac diffluere vidit qui ossa eius ac cineres in oetaeo monte sepelivit
pro quo munere sagittas eius accepit Esculapius et ipse non sine flagi-
tio apollinis natus quid fecit aliud divinis honoribus dignum: nisi quod sa-
navit hippolitum. Mortem sane habuit clariorem quod adeo meruit fulmi-
nari. hunc torquitius de illustribus viris disserens ait incertis +
parentibus natum expositum: et a venatoribus inventum canino lacte nu-
tritum: chironi traditum didicisse medicinam: fuisse autem messenium sed e-
pidauri moratum. Tullius autem cynosuris ait sepultum Quid apollo pa-
ter eius: nonne ob amorem quo flagrabat turpissime gregem pavit alie-
num et muros laomedonti extruxit cum neptuno mercede conductus
quae illi negare potuit impune. ab eoque primo rex perfidus quicquid cum
diis pepigisset didicit abnegare Idem formosum puerum et dum amat
violavit et dum ludit occidit Homicida mars et per gratiam cedis crimine
ab atheniensibus liberatus ne videretur nimis ferus et inmanis adul-
terium cum venere commisit Castor et pollux dum alienas sponsas rapi-
unt esse gemini desierunt: nam livore iniurie concitatus idas: alterum
gladio transverberavit: eosdem poete alternis vivere vel alterius mori nar-
rant: ut iam sint non deorum tantum sed omnium mortalium miserrimi quibus semel
mori non licet: hos tamen homerus ambos simpliciter non ut poete solent
mortuos esse testatur Nam cum faceret in muris assidentem priamo helenam
cunctos grecie principes recognoscere: solum autem se fratres suos requirere
Subiecit orationi sue huiusmodi versum hec ait: at illos retinebat terra sepul-
tos Fur ac nebulo mercurius quid ad famam sui reliquit nisi memoriam
fraudium suarum: Celo scilicet dignus: quia palestram docuit et liram primus
invenit Liberum patrem necesse est in senatu deorum summe auctoritatis +
primeque esse sententie quia preter iovem solus omnium triumphavit: Exerci-
tum duxit: indos debellavit Sed invictus ille imperator indicus maxi-
mus ob amorem ac libidinem turpissime victus est: Delatus est cretam cum
semiviro comitatu nactus est impudicam mulierem in littore ac fiducia
victorie iudice vir esse voluit ne nimium mollis videretur: atque illam pa-
tris proditricem fratris interemptricem ab alio relictam et repudiatam
in coniugium sibi vendicavit et liberam fecit: et cum ea pariter ascendit in
celum Quid omnium hominum pater iupiter qui in solenni precatione optimus
maximus nuncupatur. Nonne a prima sua puericia impius ac pene pa-
tricida deprehenditur: cum patrem regno expulit ac fugavit: nec expectavit
mortem decrepiti senis cupiditate regnandi: Et cum paternum solium
per vim per arma cepisset: bello est a titanibus lacessitus Quod humano
generi principium fuit malorum: Quibus victis et pace in perpetuum compa-
rata reliquam sui vitam in stupris adulteriisque consumpsit. Omitto vir-
gines quas imminuit. id est tollerabile iudicari solet amphitrione ac
tindarei preterire non possum: quorum domos dedecore atque infamia ple-
nissimas reddidit Illud vero summe impietatis ac sceleris quod regium pu-
erum rapuit ad stuprum: parum enim videbatur si in expugnanda feminarum
pudicicia maculosus esset ac turpis nisi etiam sexui suo iniuriam faceret. hoc
est verum adulterium quod fit contra naturam: hec qui facit videamus an +

Esculapius
Apollo
Mars
Castor pollux
Mercurius
Liber
triumphavit
Iupiter

maximus · certe optim⁹ nō est · qđ nomen acorruptorib⁹ · ab adulte
ris · ab incestis · ab est nisi forte nos erāmus hoīes quia talia faci
entes sceleratos uocamus ac p ditos omib⁹ qꝫ penis dignissimos iu
dicam⁹ Stultus aūt M · tulius qui G · ueri adulteria obiecat · ei
dem eniꝫ iupiter quē colebat admisit · qui p clodio sororis incestū
at illi optimo maximo eadem fuit ⁊ soror et coniux Quis ē igi
tur ex cors · qui hunc incelo regnare putet qui ne intra quidē de
buit : Non insulse quidē poeta triumphū cupidini⁹ scripsit : quo inlibro
nō mō potentissimū deorū cupidineꝫ : sed etiā uictoreꝫ facit Enume
ratis ē amoribus singuloꝝ quib⁹ inpotestatē cupidinis dicionēqꝫ ꝑ
uenissent : instruit pompam inqua iupiter cū ceteris diis · ante cur
rū triumphantis ducitur catenatus · Eleganter id quidem apoeta
figuratuꝫ · sꝫ tn̄ nō multuꝫ distat auero Qui ē uirtutis ē expers
qui cupiditate ac libidinib⁹ malis uīcat · nō cupidini ut ille finxit
sꝫ morte subiect⁹ est sempitne Sed omittam⁹ demorib⁹ dicē rem
consideremus ut intelligant hoīes inquib⁹ miseri uersant erroribus
Regnare incelo iouem uulgus existimat id doctus parit et indoct
p suasū ē qđ religio ipā · et p̄cationes et ympni · et delubra · et simula
cra demonstrant · Eundem tn̄ saturno et rhea genitū confitentur
Quomō pt̄ deus uideri · aut ut ait poeta hominꝫ reruꝫ reptor
ante cui⁹ ortū infinita hominꝫ milia fuerūt · eoꝝ scꝫ · qui saturno ꝑ
regnante uixerūt · et priores luce q̄ iupiter sūt potiti · Video aliū de
um regem fuisse primis tēporib⁹ · aliuꝫ consequentib⁹ pt̄ ergo fieri
ut alius sit postea futur⁹ Si eniꝫ prius regnū mutatū est · cur de
speremus etiā posterius posse mutari nisi forte saturnus generare
potuit fortioreꝫ · iupiter nō pt̄ semp utiqꝫ mirabile ē · pōt g° iupiter
regnū amittere · sicut pr̄ eius amisit · ita plane · nā cū idem · neqꝫ uir
ginib⁹ neqꝫ maritatis unq̄ pepercisset · abstinuit se tamen una theti
+ maiorē de · quod responsuꝫ fuit maiorem prē suo · futurū quisqꝫ ex illa nat⁹
eēt · Et p̄mū prudentia uico nō dei : cur nisi themis futura dixissꝫ · ipē
nesciret Si aūt diuin⁹ nō sit · ne deus quidē sit : unde ipā diuinitas no
minatur · ut ab hoīe humanitas · deinde conscia imbecillitatis qui timuit uti
qꝫ maiorē · Quod qui facit scit . pfecto nō eē se maximū qñquidē pt̄
aliquid maius existere Idem p stigiā paludē sanctissime iurat Vna sup
sticio sup his q̄ reddita diuis Que ista supsticio ē · aut aquo reddita
ē : Ergo aliqua potestas maiā ē q̄ periurantes deos punit : Que tn̄
ta formido ē paludis īferne · si sūt inmortales quid metuūt · quā in
suri nō sūt nisi quos mori necesse ē · Quid igr̄ hoīes oculos suos in
celū tollunt · quid p supos deierant · cū ipī supi adinferos reuoluantur
ibiqꝫ habeant quod uenerent et adorent Illud uero quale ē eē facta · quib⁹
dii omēs et ipē iupiter pareat Si parcaꝝ tanta uis ē : ut plus pos
sint q̄ celestes uniuisi q̄qꝫ ipē rector ac dns · Cur nō ille potius reg
nare dicant · quaꝝ legib⁹ et statutis · parere omēs deos necessitas co
git · Nunc cui dubiū est qu . ꝭ qui alicui rei obsequitur maxim⁹ nō sit
Nam sisit · nō accipiat fata sꝫ faciat Nunc ad illud quod omiserā redeo
in una itaqꝫ sola fuit continentior · cū eaꝫ depiret · nō uirtute aliqua sꝫ
metu successoris · Que formido utiqꝫ eius est · qui sit mortalis · et imbe
cillis et nihili · quippe qui potuit · et tūc cū nasceretur extingui sicut frat
eius ante genitus extinctus ē · qui simie potuissꝫ unq̄ maiori concessis
set impiuꝫ Ipē aūt furto seruatus · furtiꝫ qꝫ nutrit⁹ ꝫευϲ sine ꝫηη
appellatus est : nō ut isti putant afervore celestis ignis · ul' q̄ uite sit
dator · et animantib⁹ inspiret aīās : q̄ uirtus solius dei ē · quā ē possit
inspirare aīāꝫ · qui ipē accepit aliūde · sꝫ q̄ primus exlibris saturnalib⁹
uixerit · Potuerūt igr̄ hoīes aliuꝫ deū hrē rectorē · si saturnus nō fuisset
ab uxore delusus · At ē poeta ista finxerūt · Errat quisqꝫ hoc putat Illi ꝑ

I

cum de hominibus loquebantur, sed ut eos ornarent, quorum memoriam laudibus celebrabant, deos esse dixerunt. Itaque illa potius ficta sunt que tamquam de diis, non illa que tamquam de hominibus sunt locuti: quod clarum fiet exemplo quod inferemus. Danaen violaturus aureos nummos largiter in sinum eius infudit. hec stupri merces fuit: at poete qui quasi de deo loquebantur ne aucte credite maiestatis infringerent, finxerunt ipsum in aureo imbre delapsum: eadem figura qua imbres ferreos dicunt cum multitudinem telorum sagittarumque describunt. rapuisse dicitur in aquila catamitum poeticus color est. Sed aut per legionem rapuit cuius insigne aquila est aut navis in qua est impositus tutelam habuit in aquila figuratam, sicut thaurum cum rapuit et transvexit europam. eodem modo convertisse in bovem traditur Io. machi filiam que ut iram iunonis effugeret, ut erat iam setis obsita iam bos tranasse dicitur mare in egyptumque venisse atque ibi recepta priori vel pristina specie dea facta que nunc isis vocatur. Quo igitur argumento probari potest nec europam in tauro sedisse: nec io bovem factam. quod certus dies habetur in fastis: quo isidis navigium celebratur. Que res docet non tranasse illam sed navigasse. Igitur qui sapere sibi videntur: quia intelligunt vivum terrenumque corpus in celo esse non posse totum ganimedea fabulam pro falso repudiant nec sentiunt in terra id esse factum quia res ac libido ipsa terrena sunt est. Non ergo res ipsas gestas finxerunt poete quod si facerent essent vanissimi. Sed rebus gestis addiderunt quendam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebant, sed ornare dicebant cupientes. hinc homines decipiuntur maxime quod dum hec omnia ficta esse a poetis arbitrantur colunt quod ignorant. Nesciunt enim quid sit poetice licentie modus, quousque progredi fingendo liceat, cum officium poete in eo sit: ut ea que vera gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa traducat. Totum autem quod referas fingere: id est ineptum esse et mendacem potius quam poetam. Sed finxerunt ista que fabulosa creduntur. Num etiam illa que de diis feminis deorumque connubiis dicta sunt. Cur igitur sic figurantur sic coluntur nisi forte non tantum poete: sed pictores etiam fictoresque imaginum mentiuntur. Nam si est hic iupiter qui nobis dicitur deus: si non is est qui ex saturno et ope natus est non oportuit nisi solius simulacrum in templis omnibus collocari. Quid sibi mulierum effigies volunt: Quid sexus infirmus inque si cecidit hic iupiter cum vero ipsi lapides hominem fatebuntur. Mentitos esse poetas aiunt et his tamen credunt immo vero non esse mentitos re ipsa probant. Ita enim deorum simulacra confingunt ut ex ipsa diversitate sexus appareat vera esse que dicunt poete. Nam quid aliud argumentum habet ymago catamiti et effigies aquile: cum ante pedes iovis teneri ponuntur in templis et cum ipso pariter adorantur nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in eternum. Non igitur a poetis totum fictum est. Aliquid fortasse traductum et obliqua figuratione obscuratum quo veritas involuta tegeretur: sicut illud de sortitione regnorum. Aiunt enim iovi celum obtigisse: neptunno mare: inferna plutonem. Cur non terra potius in sortem tertiam venit nisi quod in terra gesta res est. Ergo illud in vero est: quod regnum orbis ita partiti sortitique sunt ut orientis imperium iovi cederet: plutoni cui cognomen hagesilao fuit pars occidentis obtingeret eo quod plaga orientis ex qua lux mortalibus datur superior: occidentis autem inferior esse videatur. Sic mendacio veritatem velaverunt ut veritas ipsa persuasioni publice nihil derogaret. De neptuni vero sorte manifestum est cuius regnum tale fuisse dicimus: quale M. antonii fuit infinitum illud imperium: cuius totius ore maritime potestatem senatus decreverat: ut predones persequeretur: ac mare omne placaret. Sic neptuno maritima omnia cum insulis obvenerunt. Quomodo id probari potest. Nimirum veteres historie docent. Antiquus auctor euhemerus qui fuit ex civitate messena: res gestas iovis: et ceterorum qui dii putantur collegit: hystoriamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris: que in

de officio poete

antiquissimus templus habebant maxieqz in fano iouis triphilii · ubi aurea
columnam positā ēē ab ipō ioue titulus indicabat in qua colūna sua gesta
conscripsit · ut monimētū posteris eēt rerū suarū · hanc hystoriam et interpre
tatus ē ennius · et secutus cui⁹ hec uba sūt · Ubi iupiter neptuno imperiū
dat maris ut insulis omib⁹ · et que loca eēnt secus mare omib⁹ regnaret
Vera sūt g° que loquuntur poete · sed obtentu aliquo specieqz uelata · pot
et mōs olympus figurā poetis dedisse: ut ioue dicerent celi regnū
ēē sortitū qd̄ olympus ambiguū nomē est et montis · et celi · in olympo
aūt et iouem habitasse · docet eadē hystoria que dicit: Ea tempestate
iupiter i monte olimpo maximā ptē uite colebat · et eo iurius ad eū ueni
bant si que res in controuersia erant Item siquis quid noui inuenerat
qd̄ ad uitā hūanā utile eēt eo ueniebāt: atqz ioui ostendebant · Multa
in hunc modū poete transferūt: ut nō in deos mentiantur quos colunt
sz ut figuris uersi coloribus uenustatē / ād leporem carminibus suis addant
Qui aūt nō intelligūt quomodo: aut quare: quidqz figuret poetas ue
lut mendaces et sacrilegos insequunt̄ · hoc errore decepti etiā philosop
hi: q ea q̄ de ioue feruntur minime cōuenire in deū uidebant: duos ioues
fecerunt unū naturalē · et alterū fabulosū · Viderūt ex parte qd̄ erat uerū ·
eū scz de quo poete loquūt̄ hoiez fuisse · in illo aūt nali ioue · uulgare cō
suetudine religionis inducti · errauerūt qd̄ in deū nomē hoīs transtule
runt Qui ut sup̄ diximus · quia solus ē nō indiget noīe · Ioueȝ aūt illū
ēē · q sit ex ope saturnoqz natus negari nō pt̄ · Vana igr̄ psuasio ē eorū
qui nomen iouis sūmo deo tribuunt · Solent ē quidez errores suos hac
excusacione defendere: qui conuicti de uno deo cū id negare nō pūt
ipm̄ se colere affirmant: uerū hoc sibi placere: ut iupiter noīet̄ · Quo
quid absurdiꝰ Iupiter enī sine contubernio coniugis filieqz coli nō solet
: inde quid sit appet: nec fas ē id nomen eo transferri: ubi nec minerua
ē ulla nec iuno · Quid q huius noīs, ꝓprietas nō diuinā uim exprimit: sz
hūanā Ioue enim iunoneqz ~~adiuuando~~ iuuando esse deos cicero interpretat̄ · Et iu
piter q̄i iuuans pr̄ dr̄ · quod nomē in deū minime congruit: quia iuuare
hoīs est opis aliquid conferentis in eū qui sit alienus et exigui beneficii
Nemo sic deū p̄cat̄ ut se adiuuet: sz ut seruet ut uitā salutemqz tribuat
quod multo plus ac maius ē q̄ iuuare Et qui de prē loquimur · nullus
pr̄ dicit̄ filios iuuare: cū eos generat aut educat Illud ē leuius ē: q̄ ut
uno ubo magnitudo patrum beneficii exprimatur Quanto id magis in
cōueniens ē deo qui uerus ē pr̄: per quē sumus: et cui⁹ toti sum⁹ a quo
fingimur animamur illuminamur · qui nobis uitā impartiū salutē tribuit
uictuz multiplicez subministrat Non intelligit beneficia diuina · qui se iuuari
a numine adeo putat · Ergo nō iupiter mō · sz etiam impius est · qui no
mine iouis uirtutē sūme ptātis īminuit · Quare si ioue et ex rebus
gestis: et ex moribus hoiez fuisse: in terraqz regnasse dep̄hendimus: sup̄ ē
ut mortē quoqz eius inuestigemus Ennius in sacra hystoria descriptis
omnibus q̄ in uita sua gessit: ad ultimū sic ait · Deinde iupiter postquā
quinquies terras circuiuit omibusqz amicis ac cognatis imperia diuisit ·
reliquitqz hoibus leges · mores frumentaqz parauit: multaqz alia bona
fecit: i mortali glīa: memoriaqz affectus sempiterna monimenta sua re
liquit: etate psummata · in creta uitā commutauit · et ad deos abiit · eūqz
curetis filii sui curauerūt · decorauerūtqz eū: et sepulchrū eius ē in cre
ta in oppido cnosso: et dicit̄ uesta hanc urbem creauisse · in quo sepul
chro eius ē inscriptū antiquis lr̄is grecis ΖΕΥC ΚΡΟΝΟΥ id est latine
iupiter saturni · hoc certe nō poete tradūt: sz antiquarū rerū scripto
res · q adeo uera sūt: ut ea sybillinis uersibus confirment qui sūt tales
Demonas in animes cadauerū simulachra tabescentiū: quorum creta iactū
etiam sepulchra infeliciter mortua habebit · Cicero eū de deorum natura
cū tres ioues a theologis enumerari diceret: ait tercium fuisse cretensem

de morte iouis

I

saturni filium cuius nulla insula sepulchrum ostendit. Quomodo igitur potest ali-
bi deus esse vivus, alibi mortuus: alibi habere templum: alibi sepulchrum. Sci-
ant ergo romani capitolium suum, id est summum caput religionum publicarum, nihil
esse aliud quam inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem qui ante
regnavit: et qui fortasse plus habebat in se: quod ex coitu tantorum elementorum
genitus esse dicatur. Videamus quid in eo fuerit deo dignum. Inprimis il-
lud quod aureum seculum narratur habuisse: quod iusticia sub eo fuerit. Ut in
Teneo aliquid in eo quod in eius filio non fuit. Quid est tam conveniens deo
quam iustum regimen: ac pium seculum. Sed cum eadem ratione natum esse cogito,
non possum putare deum summum, quod videam esse aliquid antiquius. At eum deum
quero: ultra quem nihil sit omnino: qui fons et origo sit rerum: hunc sit ne-
cesse est qui celum ipsum condidit terramque fundavit. Saturnus autem si
ex his natus est ut putatur: quemadmodum potest esse deus principalis qui
aliis ortum suum debet: aut quis prefuit mundo prius quam saturnus gigneretur.
Sed hoc poeticum est ut dicebam paulo ante figmentum. Nec enim fieri poterat
ut elementa insensibilia: tantoque intervallo separata: in unum coirent atque
filium procrearent. Aut is qui natus esset non potissimum genitoribus similis
existeret. Sed eam formam gereret quam parentes sui non habebant. Quera-
mus ergo quid veritatis in hac figura lateat. Minucius felix in eo libro
qui octavius inscribitur sic argumentatus est: saturnum cum fugatus esset a fi-
lio in italiam quod venisset: celi filium dictum: quod soleamus eos quorum virtutem
miremur: aut eos qui repentine advenerint de celo cecidisse dicere.
Terre autem quod ignotis parentibus natos terre filios nominemus. Sunt hec
quidem similia: vera non tamen vera. Quia constat etiam tunc cum regnaret ita esse
habitum. Potuit sic argumentari: saturnum cum potissimus rex esset ad retinen-
dam parentum suorum memoriam: nomina eorum celo terreque indidisse, cum hec prius
aliis vocabulis appellarentur. Qua ratione et montibus et fluminibus nomina
scimus imposita. Neque enim cum dicunt poete de progenie athlantis aut nachi
fluminis, id potissimum dicunt dicit homines ex rebus sensu carentibus potuisse ge-
nerari: sed eos utique significant qui nati sunt ex his hominibus qui vel vivi vel
mortui nomina montibus aut fluminibus indiderunt. Nam id apud veteres maximeque
grecos fuit usitatum. Sic maria eorum tenuisse nomen accipimus qui de-
ciderant in ea: ut egeum, icarium, hellespontum. Et in latio aventinus nomen illud
monti dedit in quo sepultus est: tyberinus vel tybris autem quo mersus est.
Non ergo mirandum si nomina celo terreque attributa essent qui reges genuerat
potentissimos. Apparet ergo non ex celo esse natum quod fieri non potest: sed ex eo homine
cui nomen uranus fuit: quod esse verum trismegistus auctor est: qui cum diceret
admodum paucos extitisse in quibus esset perfecta doctrina: in his uranum sa-
turnum mercurium nominavit cognatos suos. Hec ille quia ignorabat alio
tradidit hystoriam: qui quomodo argumentari potuerit ostendi. Nunc di-
camus quo in loco sit hoc factum. Non est saturnus hoc: sed iupiter fecit in
sacra historia sic ennius tradit. Deinde pan eum deducit in montem qui
vocatur celi stella. Postquam eo ascendit contemplatus est late terras. Ibique
in eo monte aram creat celo. Primusque in ea ara iupiter sacrificavit in eo
loco suspexit in celum quod nunc nos nominamus. Idque quod supra mundum erat quod
ether vocabatur, de sui avi nomine celo nomen indidit. Idque iupiter quod ether
vocatur precatus primus celum nominavit: eamque hostiam quam ibi sacravit totam
adolevit. Nec hic tamen sacrificasse iupiter invenitur. Cesar quoque in arato re-
fert aglaosthenem dicere iovem cum ex insula naxo adversus tytanas pro-
ficisceretur et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspicium advolasse,
quam victor bono omine acceptam tutele sue subiugarit. Sacra vero historia
etiam ante consedisse illi aquilam in capite atque ei regnum portendisse testatur.
Cui ergo sacrificare iupiter potuit: nisi celo avo quem dicit euhemerus
in oceania mortuum et in oppido aulacia sepultum. Quoniam revelavimus
misteria poetarum ac saturni parentes invenimus: ad virtutes eius et facta rede-

Saturnus

Ennius

Qua ratione iuppiter dicitur Celo patri suo genitalia absidisse

amus iustus in regno fuit. Primum ex hoc ipso iam deus non est quia fuit. Deinde quia
ne quidem iustus fuit non modo in filios quos necavit: verum etiam in patrem
cuius dicitur abscidisse genitalia. Quod forsitan vere acciderit: sed homines respectu
elementi quod dicitur celum totam fabulam explodunt tamquam ineptissime fictam
quam tamen stoici ut solent ad rationem physicam conantur traducere quorum
sententiam cicero de natura deorum disserens posuit. Celestem inquit altissimam
etheream que naturam igneam quae per se omnia gigneret vacare voluerunt ea
parte corporis quae coniunctione alterius egeret ad procreandum. Que ratio in vestam
tam potuit convenire si mas diceretur. Ideo enim virginem putant vestam esse
quia ignis inviolabile sit elementum: nihilque nasci possit ex eo: quippe qui
omnia quae arripuerit absumat. Ovidius in fastis: Nec tu aliud vestam quam
vivam intellige flammam Nataque de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo
est quae semina nulla remittit: nec capit et comites virginitatis amat. Vul
cano quoque id potuit ascribi qui quidem putatur ignis. et tamen eum poe
te non absciderunt. potuit et soli in quo est natura et causa gignentium: nam
sine solis igneo calore: neque nasci quicquam neque augeri potest ut nulli alii e
lemento magis opus sit genitalibus quam calori cuius fotu concipiuntur: nas
cuntur sustentantur omnia. Postremo etiam si ita sit ut volunt. quid magis
abscisum esse celo putemus quam omnino sine genitalibus natum: nam si per se gig
nit non indigebat utique genitalibus. cum saturnum ipsum procrearet. Si vero
habuit et a filio abscisa sunt: ortus rerum et natura omnis interisset. Quid quod
ipsi saturno non divinum modo sensum: sed humanum quoque adimunt. cum affir
mant eum esse saturnum qui cursum et conversionem spaciorum atque temporum
contineretur. eumque grece id ipsum nomen habere ΚΡΟΝΟΣ id est spacium temporis
Saturnus autem est appellatus quod saturetur annis. hec ciceronis verba
sunt exponentis sententiam stoicorum. Que quam vana sit. cuivis intelligere
promptissimum est. Si enim saturnus celi est filius quomodo potuit aut tempus e
celo gigni. aut celum a tempore abscidi. aut postea tempus imperio spoliari a filio
iove. Aut quomodo iupiter natus ex tempore. aut quibus annis saturari possit eter
nitas. cui nullus est finis. Si ergo vane sunt iste rationes philosophorum
quid est nisi ut vere factum esse credamus. id est hominem ab homine abscisum. Nisi
forte aliquis existimat adeo fuisse qui timuit coheredem: cum si quid
divinitatis habuisset. non patris genitalia debuerit amputare: sed propria
ne iupiter nasceretur. qui eum regni possessione privavit. Idem sororem
suam retheam al' rheam. quam latine opem dicimus cum haberet uxorem: responso
vetitum esse dicitur mares liberos educare. quod futurum esset ut a filio pelle
retur. Quam rem metuens sibi natos sibi filios non utique devora
bat ut ferunt fabule: sed necabat: quamquam scriptum sit in hystoria sacra
saturnum et opem ceterosque qui tunc homines humanam carnem solitos esitare
verum primum iovem legem hominibus moresque condentem: edicto prohibuisse
ne liceret eo cibo vesci. Quod si verum est quid potest in eo fuisse iustitia
Sed fictum sane putemus saturnum filios devorasse: modo cum aliqua ratione
num ideo quod aut vulgus comedisse filios suos eum qui extulerit se
pultumque mandaverit. Ops autem cum iovem peperisset: subtraxit infan
tem: eumque clanculum nutriendum furtim misit in cretam. Rursum imprudenciam
reprehendam necesse est. Cur eius responsum ab aliquo potius accepit cum in
celo constitutus initia non videbat. Cur eum corybantes cymbalis fe
fellerunt. Postremo cur exstitit vis aliqua maior que illius vinceret
potestatem. Nimirum senex a iuvene facile victus est ac spoliatus imperio
fugit igitur expulsus: et italiam navigio venit. cum errasset diu sicut
ovidius in fastorum libris refert. Causa ratis superest: tuscum rate venit
ad amnem: ante pererrato falcifer orbe deus: hunc errantem atque inopem
ianus excepit cuius rei argumenta sunt nummi veteres: in quibus
est cum duplici fronte ianus: et in altera parte navis: sicut idem poeta
subiecit. At bona posteritas puppim formavit in ere: hospitis adventum

cretaci tomi

enim dicitur quod est idem ΧΡΟΝΟΣ

testificata dei Omnes g° non tantu*z* poete s*z* historiarum quoq*z* ac rerum
antiquarum scriptores hoiez fuisse consentiunt qui res eius in italia ges
tas memorie pdiderunt greci · diodorus et thallus · latini nepos et
cassius et varro: nam quo agresti quodam more in italia viueretur Is
genus indocile · ac dispsum montibus altis · composuit · legesq*z* dedit:
latium q*z* vocari Maluit: his qui latuisset tutus in oris · Censet ne
aliquis deum ee: qui pulsus est · qui fugit · qui latuit Nemo tam
stultus e: qui e' fugit aut latet · et vi et: mortem timeat necesse est
Orpheus qui tpribus eius fuit recentior apte: saturnum in terra et
apud hoies regnasse commemorat · primus quidem imperavit terrestribus
saturnus uire ex ante*z* saturno natus e ipe rex magnus latissimus
iupiter · Item uir maro: aureus hanc vitam in terris saturnus agebat
Et alio loco Aurea q*n* phibent illo sub rege fuere: secla: sic placidi po
pulos in pace regebat: neq*z* superius dixit in celo egisse vitam: neq*z*
infernus supos in pace rexisse Vnde appet illum regem fuisse terrenum
quod alibi aptius declarat Aurea condet · secla qui rursus latio reg
nata p arva Saturno quondam Ennius quidem in euhemero: non primu*m*
dicit regnasse saturnum s*z* uranum prem Initio inquit primus in terris
imperium summum celus habuit Is id regnum una cum fribus suis sibi in
stituit: Non magna dissensio · siquidem maiorum auctorum de filio ac
pre dubitacio est · s*z* tn utrumq*z* fieri pt Vt et primum uranus emine
re inter ceteros potencia ceperit: et principatum habere non reg
postea saturnus maiores sibi opes compaverit ac regium nome assume
ret Nunc quoniam ab his q retuli aliquantum sacra historia dissentit: aperi
amus ea que veris litteris continentur: ne poetarum ineptias in calumniandis
religionibus sequi ac probare videamur · hec e' verba sunt Ex inseq saturnus
uxorem duxit opem · Titan qui maior natu erat postulat ut ipe regnaret Vbi vesta mater eorum et sorores ceres · atq*z* ops suadent saturno
uti de regno ne concedat fri / ibi titan qui facie deterior eet q saturnus
ideo · et qd videbat mrem atq*z* sorores suas opam dare ut saturnus
regnaret: concessit ei ut his regnaret: itaq*z* pactus e cum saturno
uti siquis liberorum virilis sexus ei natus eet: ne quem educaret id eius
rei causa fecit: uti ad suos natos regnum rediret Tum saturno primus
filius qui primo natus est eum necaverunt · Deinde posterius nati sunt ge
mini · iupiter atq*z* iuno tum iunonem saturno in conspectu dedere · atq*z*
iovem clam abscondunt · dantq*z* eum veste educandum: celantes saturnum Item
neptunum · clam saturno opis parit eumq*z* clanculo abscondit · Ad eu
dem modum tercio partu opis parit geminos plutonem · et glaucam · pluto
latine dictus est diespiter: alii orcum vocant ibi filiam glaucam saturno
ostendunt: ac filium plutonem celant atq*z* abscondunt · deinde glauca pua
emoritur · hec ut scripta sunt iovis fratrum eius stirps · atq*z* cognacio in
hunc modum · nobis ex sacra scriptione tradita e Item paulo post hec in
fert · deinde titan postq resciuit saturno filios pcreatos atq*z* educatos
esse: clam se seducit secum filios suos qui titan vocant · fratremq*z* suum satur
num · atq*z* opem comprehendit · eosq*z* muro circumegit: et custodiam his
apponit · hec historia quam vera sit docet sibilla erithrea · eadem fere di
cens · nisi q in paucis q ad rem non pertinent discrepat: liberatur ergo
iupiter summi sceleris crimine q prem vinxisse compedibus p hibetur Id enim
titan patruus fecit q ille contra pactionis iusiurandum mares liberos sus
tulisset Reliqua historia sic contexitur: iovem adultum cum audisset patrem
atq*z* matrem custodiis circumseptos atq*z* vinncula coniectos venisse cum
magna cretensium multitudine · titanumq*z* atq*z* filios eius expugnasse pa
rentes vinculis exemisse · pri regnum reddidisse: atq*z* ita in cretam re
measse · post hec deinde saturno sortem datam ut caveret ne filius eum
regno expelleret illum allevande sortis atq*z* effugiendi pictuli gratia insidia

De ortu deorum

De expulsione satni

iupiter
tum iovi: ut enim necaret iovem cognitis insidiis regnum sibi denuo
vendicasse
vindicasse ac fugisse saturnum. Qui cum iactatus esset per omnes terras
prima — persequentibus armatis quos ad eum comprehendendum vel necandum iupiter
racio homines ap- — miserat: vix in italia locum in quo lateret invenit. Quibus ex rebus cum
pellandi deos — constet illos homines fuisse: non est obscurum qua racione dii cepit nominari. Si
enim nulli reges ante saturnum vel uranum fuerunt fuerunt propter hominum ra-
ritatem. qui agrestem vitam sine ullo rectore vivebant: non est dubium quin
illis temporibus homines regem ipsum totamque gentem summis laudibus ac novis
honoribus iactare cepit: ut etiam deos appellarent: sive ob miraculum vir-
tutis hoc vere putabant. rudes adhuc et simplices sive ut fieri solet
adulacionem presentis potencie. sive ob beneficia quibus erant ad hu-
manitatem compositi deinde ipsi reges cum cari fuissent hiis quorum vitam
composuerant magnum sui desiderium mortui dereliquerunt Itaque homines
eorum simulachra finxerunt: ut haberent ex ymaginum contemplacione
solacium, progressique longius. per amorem memoriam defunctorum colere ce-
perunt: ut et gratiam referre benemeritis viderentur: et successores eorum
allicerent ad bene imperandi cupiditatem. Quod cicero de natura de-
orum docet dicens |Suscepit autem vita hominum consuetudoque communis
ut beneficiis excellentes viros in celum fama ac voluntate tollerent
origo deorum — hinc hercules. hinc castor. hinc pollux. hinc esculapius. hinc liber
et alio loco. atque alio et in plerisque civitatibus intelligi potest. augende vir-
tutis gratia. aut quo libencius rei publice causa periculum adiret. optimus quis-
que virorum fortium memoriam honore deorum inmortalium consecratum. hac
quomodo dii ubi co- — scilicet racione romani cesares suos consecraverunt et mauri reges suos Sic
lebantur — paulatim religiones esse ceperunt. dum illi primi qui eos noverant: eo ritu
suos liberos. ac nepotes deinde omnes posteros imbuerunt. Et hii tamen summi
reges ob celebritatem nominis in provinciis omnibus colebantur. privati vero
singuli populi gentis aut urbis sive conditores seu viri fortitudine in-
signes erant. seu femine castitate mirabiles. summa veneratione colue-
runt. ut egyptii isidem. mauri iubam. macedones. cabirum. peni uranum.
latini faunum. sabini sanctum. romani quirinum. eodem utique modo athene
minervam. samos iunonem. paphos venerem. vulcanum lemnos. liberum
naxos. apollinem delphos. Sic per populos atque regiones varia sacra sus-
cepta sunt: dum homines grati esse in suos principes cupiunt: et quos alios
racio 2a — honores vita carentibus deferant invenire non possunt. Preterea pietas eorum
qui successerant plurimum contulit ad errorem: qui ut divina stirpe nati
viderentur divinos honores parentibus detulerunt. deferrique iusserunt. An
potest aliquis dubitare quomodo religiones deorum sint institute. cum
aput maronem legat enee verba socios imperantis Nunc pateras libate
iovi precibusque vocate. Anchisen genitorem: cui non tantum inmortalitatem ver-
etiam ventorum tribuit potestatem. Poscamus ventos atque hec me sacra
quot annis Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis. Idem scilicet de iove
liber. et poll. et mercurius. et apollo fecerunt. ac postea de hiis successores
racio 3a — eorum. Accesserunt etiam poete. et compositis ad voluptatem carminibus
in celum eos sustulerunt. Quod malum a grecis ortum est. quorum levitas
instructa dicendi facultate et copia incredibile est: quantas men-
daciorum nebulas excitaverit. itaque admirati eos. et susceperunt primum sa-
cra illorum et universis gentibus tradiderunt / ob hanc vanitatem sibylla sic
sibill Sibilla quomodo — eos increpat. Grecia igitur quid confidis in viris ut sint principes quid
grecos indu- — autem dona inania defunctis offers sacrificas simulachris. quis tibi in
xit — mente errorem posuit ut hec facias magni dei faciem derelicta/ M tullius
qui non tantum perfectus orator sed etiam philosophus fuit: siquidem solus exti-
ch Tullius — tit platonis imitator in eo libro quo se ipse de morte filie consolatus
est: non dubitavit dicere deos qui publice colerentur homines fuisse Quod
ipsius testimonium eo debet gravissimum videri quod et augurale habuit sacer-

docuit et eosdem se colere uenerarique testatur. Itaque utrumque paucos nesciolos duas res nobis dedit. Nam dudum ymaginem filie eodem modo consecraturum esse profiteretur quo illi a ueteribus sunt consecrati: et illos mortuos esse docuit et originem uane superstitionis ostendit. Cum uero inquit et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra ueneremur: assentiamus eorum sapientie quorum ingeniis et inuentis omnem uitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus. Quod si ullum umquam animal consecrandum fuit illud profecto fuit. Si cadmi progenies aut amphitrionis aut tindari in celum tollenda fama fuit: huic idem honos certe dicandus est. Quod quidem faciam teque omnium optimam doctissimamque approbantibus diis immortalibus ipsis in eorum cetu locatam ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis pre nimio luctu delirasse ciceronem. Sed at quum omnis illa oratio et doctrina et exemplis et ipso loquendi genere perfecta non egri sed constantis animi ac iudicii fuit. et hec sententia ipsa nullum prefert indicium doloris. Neque enim puto illum tam uarie tam copiose tam ornate scribere potuisse nisi luctum eius et ratio ipsa et consolacio amicorum et longitudo temporis mitigasset. Quid quod idem dicit in libris de re p. idem de gloria. Nam de legibus quo in opere platonem secutus leges uoluit ponere quibus putaret usuram esse iustam et sapientem ciuitatem de religione ista sanxit. Diuos et eos qui celestes semper habiti sunt colunto: et illos quos in celo merita locauerunt herculem liberum esculapium castorem pollucem quirinum. Item in tusculanis cum diceret totum pene celum humano genere completum. Si uero inquit scrutari uetera et ex illis ea que scriptores grecie prodiderunt eruere coner: ipsi illi maiorum gencium dii qui habentur hinc a nobis profecti in celum reperientur. Quare quorum demonstrantur sepulchra in grecia reminiscere quoniam es iniciatus que tradantur sepulchra mysteriis: tum denique quam hoc late pateat intelliges. Testatus uidelicet attici conscienciam ex ipsis misteriis intelligi posse quod omnes illi homines fuerunt qui coluntur. Et cum de hercule libero esculapio castore polluce incunctanter fateretur, de apolline ac ioue patribus eorum: item de neptuno uulcano marte mercurio quos maiorum gencium deos appellant timuit aperte confiteri. et ideo ait late hoc patre ut idem de ione ceterisque antiquioribus diis intelligamus. Quorum memoriam si eadem ratione ueteres consecrauerunt qua se ymaginem nomenque filie consecraturum esse dicit ignosci merentibus potest credentibus non potest. Quis enim tam demens qui consensu et placito innumerabilium stultorum aperire celum mortuis arbitretur aut aliquem quod ipse non habeat dare alteri posse. Apud romanos deus iulius quia hoc scelerato homini placuit antonio: deus quirinus quia hoc pastoribus uisum est cum alter geminus fratris extiterit alter patrie parricida. Quod si consul non fuisset antonius gaius cesar pro suis in rem p. meritis etiam defuncti hominis honore caruisset. Et quidem consilio pisonis soceri et l. cesaris propinqui qui uetabant funus fieri et dolobelle cons.: qui columnam in foro id est tumulum eius euertit ac forum expiauit. Nam romulum desiderio suis fuisse declarat ennius apud quem populus amissum regem dolens hec loquitur. O romule romule die qualem te patrie custodem dii genuerunt. Tu produxisti nos intra luminis oras. O pater o genitor patrie: o sanguine diis oriundum. Ob hoc desiderium facile creditum est iulio proculo mencienti: qui subornatus est a patribus: ut nunciaret plebi uidisse se regem humano habitu augustiorem eumque mandasse ad populum ut sibi delubrum fieret se deum esse et quirinum uocari. Quo facto et ipse populo persuasit romulum ad deos abiisse et senatum suspicione cedis regie liberauit. Poteram his que retuli esse contentus. sed supersunt adhuc multa suscepto operi necessaria. Nam quamuis ipso religionis capite destructo uniuersa sustulerim libet tamen persequi

patere

c'a rōne ōt
nō ēē deos

cetera et redarguere plenius in ueterem psuasionem ut tandem hoīes
suoꝝ pudeat ac peniteat errorum Magnū hoc opus et hoīe dignū Re
ligionū animos nodis exsoluerēt pgo ut ait lucretius · qui quidem hoc ef
ficere non poterat · qui nihil ueri asserebat · Nostrum est hoc officium q
et uerum deum asserimus et falsos refutamus · Illi g° qui poetas finx
isse de dijs fabulas opinant deas feminas et esse credunt et colunt
Re noluntur imprudentes ad id qd negauerant coire illos ac parere
Nec e fieri pt quin duo sexus generandi causa sint instituti Recep
ta u sexuū diuisitate : nō intelligūt consequens ēē ut concipiat · quod
uidem cadere nō pt Sz ut isti putant : nam et iouis ēē filios dicūt et
ceteroꝝ deoꝝ nascuntur · ergo et quotidie quidem dij noui · nec e in
ueniuntur ab hominibꝫ fecunditate · igr deoꝝ innumerabilium plena sūt oīa
nullo sz moriente Nam cū hominū uis incredibilis : innumerus sit inex
timabilis · quos tū sic nascant mori necesse ē : quid deoꝝ tandem ēē
putemus qui tot seculis nati sūt : immortalesqz manserūt Cur ergo tam
pauci coluntur : nisi forte arbitramur nō generandi causa · sed tantūmō
capiende uoluptatis duos ēē sexus deoꝝ : et ea exercere q̄ hominiculos et facere · et pati pudet Cum uero dicantur aliqui ex aliquibꝫ nati
consequens est ut semp nascantur · Siquidem aliqui sūt nati : ul si nasci
desierunt : scire nos conuenit cur aut quū desierint Non inlepide se
neca in libris moralis philosophie Quid g° inquit quare apud poetas
fallacissimus iupiter desierit filios tollere Utrum sexagenarius factus ē
et illi lex papia fabulam imposuit · An impetrauit ul imperauit iustri
um liberoꝝ An tandem illi uenit i mentem · ab alio expectes alteri quod
feceris : et timet ne quis faciat qd ipe saturno · At isti qui deos asse
runt : uideant quomodo respondeant huic argumento qd inferemus Si
duo sūt sexus deoꝝ : sequitur concubitus si coeunt et domus habeant ne
cesse est Nec e carent uirtute ac pudore : ut hoc pmiscue · aut in ppatu
lo faciant ; sicut muta facere uidemus aīalia · Si domos hent conseqs
ē : ut et urbes habeant : equidem auctore nasone qui ait · plebs habitat
diuisa locis : ac fronte potentes celicole · clarisqz suos posuere penates
Si hent urbes et agros igr hebunt : iam quis non uideat que sequentur
arare illos et colere qd uictus causa sit : Ergo mortales sunt Quod ar
gumentum retrouersum idem ualet Si enim agros nō hent · ne urbes
quidem Si urbes nō · ne domos quidem · Si domos caret · g° et concu
bitu Si concubitus ab his abest : et sexus igr femininus : uidimus autē
uidemus et feīas ēē ergo dij nō sunt Dissoluat hoc argumentū si quis pt
ita e res rem sequitur · ut hec ultima necesse sit cōfiteri Sz ne illud q
dem dissoluet aliquis · Ex duobꝫ sexibꝫ alter fortior est alter infirmior
Robustiores e mares sūt femine imbecilliores : imbecillitas aūt nō cadit
in deum : ergo nec femineus sexus : huic addit superioris argumenti extre
ma : illa conclusio : ut dij nō sint : qm̄ uidimus et femine sūt Ob has rōnes
stoici alio uersus deos interptantur · Et quia non uident quid sit in uero
conantur eos cū rerum naturalium rōne coniungere · Quos cicero secu
tus de dijs ac religionibꝫ eoꝝ hanc snīam tulit Videtis igr ut a phisicis
rebꝫ bene ac utilr inuentis tracta rō e ad cōmenticios ac fictos deos
deos Que res genuit falsas opiōnes : erroresqz turbulentos · et supsti
tiones pene aniles · Et forme e nobis deoꝝ : et etates et uestitus ornatus
qz nō sunt : genera preterea : cōiugia : cognationes omis omniaqz traduc
ta · ad similitudinem imbecillitatis hūane Quid planius quid uerius
dici pt Romane philosophie pncepe · et amplissimo sacerdocio pditus
cōmenticios ac fictos deos arguit : quoꝝ cultus supstitiones pene aniles
esse testatur falsis opinionibꝫ errōribusqz turbulentis implicatos ēē hoīes
queritur · Nam totus liber tertius de natura deoꝝ oīs funditus religio
nes euertit ac delet Quid g° a nobis expectatur ampli : uī eloquētia

Seneca cōn
deos īducit

Tullius cōn
deos inducit

I

superare possimus? Ciceronem? Minime id quidem; nam fiducia illi defuit ignorata veritate. Quod ipse simpliciter in eodem opere confitetur, ait enim facilius posse se dicere quid non sit; hoc est falsa intelligere, vera nescire. Clarum est igitur homines fuisse illos qui dii putantur et eorum memoriam post mortem esse consecratam. In deo et etates diverse sunt et certe ymagines singulorum, quia in eo habitu et etate simulacra eorum configurata sunt in qua quemque mors deprehendit. Consideremus si placet erumnas infelicium deorum. Isis filium perdidit, Ceres filiam, expulsa et per orbem terre iactata Latona vix insulam parvam in qua pareret invenit. Deum mater et amavit formosum adolescentem et eundem cum pellice deprehensum exsectis virilibus semivirum reddidit; et ideo nunc sacra eius a gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno pellices acerrime persecuta est, quia parere ipsa non potuit ex fratre. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleverit, ibique etiam Iovi nupserit. Itaque nobilissimum et antiquissimum templum eius est Sami et simulachrum in habitu nubentis figuratum, et sacra eius anniversaria nuptiarum ritu celebrantur. Si ergo adolevit, si fuit virgo prius, postea mulier: homines fuisse qui non intelligit pecudem se fatetur. Quid loquar obscenitatem Veneris omnium libidinibus prostitute non deorum tantum sed et hominum? Hec enim ex famoso Martis stupro genuit Armoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, qui est natus androgineus, ex Iove Cupidinem, ex Anchise Eneam, ex Bute Ericem; ex Adone quidem nullum potuit, quod etiam tum puer ab apro ictus occisus est. Que prima, ut in hystoria sacra continetur, artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgo corpore questum facerent. Quod idcirco imperavit, ne sola preter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur. Etiamne hec aliquid numinis habet, cuius plura numerantur adulteria quam partus? Sed ne ille quidem virgines illibatam castitatem servare potuerunt. Unde enim putemus Erichthonium esse natum? An ex terra, ut poete videri volunt? At res ipsa clamat. Nam cum Vulcanus diis arma fecisset eique Iupiter optionem dedisset premii quod vellet postulandi iurassetque ut solebat per infernam paludem se nihil negaturum, tum faber claudus Minerve nuptias postulavit. Hic Iupiter optimus maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit; Minervam tamen monuit repugnare ac pudicitiam defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, unde sit Erichthonius natus; idque illi nomen impositum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός, id est ex certamine atque humo. Cur igitur virgo eum puerum cum dracone conclusum et obsignatum tribus virginibus Cecropidis commendavit? Evidens ut opinor incestum, quod nullo modo possit colorari. Altera cum pene amatorem suum perdidisset, qui erat turbatis distractisque equis, prestantissimum medicum Esculapium curando iuveni advocavit eumque sanatum "secretis alma recondit sedibus et nymphe Egerie nemorique relegat, solus ubi in silvis Italis ignobilis evum exigeret versoque ubi nomine Virbius esset." Quid sibi vult hec tam diligens, tam sollicita curatio? Quid secrete sedes? Quid relegatio vel tam longe vel ad mulierem vel in solitudinem? Quid denique nominis commutatio? Postremo quid equorum tam pertinax abominatio? Quid significant hec omnia nisi conscientiam stupri et amorem minime virginalem? Erat plane cur tantum laborem pro tam fideli iuvene susciperet, qui amanti noverce obsequium pernegarat. Hoc loco refellendi sunt etiam hii qui deos ex hominibus esse factos non tantum fatentur, sed ut eos laudent etiam gloriantur, aut virtutis gratia, ut Herculem, aut munerum, ut Cererem ac Liberum, aut artium repertarum, ut Esculapium aut Minervam. Hec vero quam inepta sint quamque non digna propter que homines inexpiabili se scelere contaminent hostesque deo vero fiant, quorum contemptu mortuorum sacra susceperunt, ex singulis rebus ostendam. Virtutem esse dicunt que hominem tollat in celum: non illam de qua philosophi disserunt, que posita est in bonis animi, sed hanc corporalem que dicitur fortitudo

ꝗ

Erumne deorum

Qui sunt ex Venere geniti

Erichthonius quomodo est genitus

Virbius

quam qui in Herculem propriam furint, immortalitatem meruisse credit. Quomodo tam
stulte inceptus est, ut corporis vires divinum vel etiam humanum bonum iu-
dicet, cum sint et maiores pecudibus attributae, et uno morbo saepe fran-
gantur, vel ipsa senectute minuantur et corruant. Itaque idem ille cum
deformari ulceribus toros suos cerneret, nec sanari se voluit nec
senem fieri, ne quando de ipso minor aut deformior videretur. Hunc
ergo quo vivum se ipse combusserat ascendisse in caelum putaverunt, et ea
quae ipsa quae stultissime sunt admirati, simulacris et imaginibus expres-
sa et consecrata posuerunt, ut in perpetuum vanitatis illorum monumenta
persisterent, qui obnoxie bestiarum deos fieri credidissent. Sed haec fortasse
Graecorum culpa sit, qui res levissimas pro maximis semper habuerunt.
Quid nostri num sapientiores, qui athleticam quidem virtutem con-
tempsunt, quia nihil obest; sed regiam, quia late solet nocere, sic admiran-
tur, ut fortes ac bellicosos duces in deorum coetu locari arbitrentur,
nec esse ullam aliam ad immortalitatem viam quam exercitus ducere, aliena
vastare, delere urbes, oppida excindere, liberos populos aut trucida-
re aut subicere servituti. Videlicet quo plures homines afflixerint, spolia-
verint, occiderint, eo se nobiliores et clariores putant, et inanis gloriae
specie capti sceleribus suis nomen virtutis imponunt. Iam mallem ut
ferarum caedibus deos sibi fingerent, quam immortalitatem tam cruentam
probarent. Si quis unum hominem iugulaverit, pro contaminato ac nefa-
rio habetur, nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti eum fas pu-
tant. Ille autem qui infinita hominum milia trucidaverit, cruore campos
inundaverit, flumina infecerit, non modo in templum, sed etiam in caelum admit-
Con africanum titur. Apud Ennium sic loquitur Africanus: Si fas endo plagas caelestia sc-
andere cuiquam est, Mi soli caeli maxima porta patet. Scilicet quia mag-
nam partem generis extinxit humani ac perdidit. O quantis tenebris,
Africane, versatus es, vel potius, o poeta, qui per caedem et sanguinem patere
hominibus ascensum in caelum putaveris. Cui vanitati etiam Cicero assensit:
Est vero, inquit, Africane, nam et Herculi eadem ista porta patuit. Tam-
quam ipse plane, cum id fieret, ianitor fieret in caelo. Equidem statuere non
possum dolendum ne potius an ridendum putem, cum video graves et
doctos et ut sibi videntur sapientes viros in tam miserandis erroris
fluctibus volutari. Si haec est virtus quae immortales nos facit, mori
equidem malim quam exitio esse quam plurimis. Si aliter immortalitas parari non
potest nisi per sanguinem, quid fiet si omnes in concordia consenserint? quod
certe fieri potest, si pernicioso et impio furore proiecto innocentes esse ac iusti
velint. Num igitur nemo erit caelo dignus? num peribit virtus, quia hominibus
in homines saevire non dabitur? Sed isti qui eversiones urbium populorumque
quasi summam gloriam computant, otium publicum non ferent: rapient, saevient
et iniuriis insolenter illatis humanae societatis foedus irrumpent, ut
habere hostem possint, quem sceleratius deleant quam lacessierunt. Nunc ad re-
liqua pergamus. Nomen deorum Cereri ac Libero tradita munera fecit. Possum
divinis docere litteris vinum atque fruges ante progeniem caeli atque Saturni
fuisse in usu hominum, sed ab his sane inventa esse fingamus. Num potest
plus aut maius videri collegisse fruges, hisque fractis panes docuisse
facere, aut uvas de vitibus lectas expressisse vinumque fecisse, quam fruges
ipsas aut vites genuisse ac protulisse de terra? Reliquerit sane haec Deus
humanis ingeniis eruenda, tamen fieri non potest quin ipsius sint omnia,
qui et sapientiam tribuit homini ut inveniret, et illa ipsa quae possent inve-
niri. Artes quoque inventoribus suis immortalitatem peperisse
dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. Colamus igitur et illos qui
fullonicam sutrinamve docuerunt. Cur autem figulinae repertori honos non
habetur? An quia isti divites vasa Samia contemnunt? Sunt et aliae
artes quarum repertores humanae vitae plurimum profuerunt. Cur non et illis at-

tributa sunt templa. Sed minimum: minerva est que omnes repperit ideoque
illi opifices supplicant. Ergo ab his sordibus minerva ascendit in celum. Est
vero cur quisque derelinquat eum qui terram cum animantibus celum cum astri
is et luminibus exorsus est ut eum veneretur que telam docuit ordiri. Quid
ille qui vulnera in corporibus sanare docuit minus potest esse prestantior quam qui
corpora ipsa formavit sentiendi ac vivendi rationem dedit: herbas denique
ipsas et cetera quibus medendi ars constat excogitavit atque protulit. At
enim dicet aliquis et hunc summo qui omnia et illis qui partum profuerunt
suam venerationem esse tribuendam. Primum nec factum est umquam ut qui hos
colunt: etiam deum colerent: neque fieri potest. Quoniam si honos idem tribuitur
aliis ipse omnino non colitur cuius religio est illum esse unum ac solum deum. Ex
dere clamat summus poeta eos omnes qui invenitis vitam excoluere per artes
aput inferos esse ipsumque illum repertorem medicine talis et artis ad stygias
undas fulmine esse detrusum ut intelligamus quantum valeat pater omnipotens qui
etiam deos fulminibus extinguat. Sed homines ingeniosi hanc secum habebant
fortasse rationem: quia deus fulminari non potest apparet non esse factum. Immo
vero quia factum est: apparet hominem fuisse non deum. Mendacium enim poetarum non
in facto sed in nomine. Metuebant enim malum si contra publicam persuasionem faterentur
tur quod erat verum. Quod si hoc constat inter ipsos ex hominibus deos factos:
cur ergo non credunt poetis: si quando illorum fugas et vulnera et mortes et bella
et adulteria describunt. Quibus de rebus intelligi datur non potuisse ullo
pacto fieri deos: quia nec homines quidem probi fuerunt eaque in vita sua gesse
runt: que mortem pariunt sempiternam. Veniam nunc ad proprias romanorum religio
nes qui de ritibus dixi Romuli nutrix lupa honoribus est affecta divinis: et
ferrem si animal ipsum fuisset cuius figuram gerit. Sed auctor est … livius ta
rentine fuisse simulachrum et quidem non corporis sed mentis … ac morum
fuit enim faustuli uxor et propter vulgati corporis vilitatem: lupa in … ter pasto
res id est meretrix nuncupata est: unde etiam lupanar dicitur. Exemplum scilicet athenien
sium in ea figuranda romani secuti sunt: apud quos meretrix quedam nomine
leena cum tyrannum occidisset: quia nefas erat simulacrum constitui mere
tricis in templo: animalis effigiem posuerunt: cuius nomen gerebat. Itaque ut illi
monumentum ex nomine: sic isti ex professione fecerunt: huius nominis etiam dies fe
stus dicatus est: et larentinalia constituta. Nec hanc solam romani mere
tricem colunt: sed faulam quoque quam herculis scortum fuisse verrius scribit.
Iam quanta ista immortalitas putanda est quam etiam meretrices assequuntur.
Flora cum magnas opes ex arte meretricia quesivisset: populum scripsit heredem
certamque pecuniam reliquit cuius ex annuo fenore suus natalis dies celebra
retur editione ludorum quos appellant floralia. Quod quia senatui flagi
tiosum videbatur: ab ipso nomine argumentum sumi placuit: ut pudende rei
quedam dignitas adderetur: deam finxerunt esse que floribus presit eamque oportere
placari ut fruges cum arboribus aut vitibus bene prospereque florescerent. Eum
colorem secutus in fastis poeta non ignobilem nympham fuisse narravit: que sit
chloris nuncupata eamque zephyro nuptam qui dotis loco id acceperit munus
a marito ut haberet omnium florum potestatem: honeste quidem ista dicuntur: sed inhoneste
turpiterque creduntur. Nec debent cum veritas queritur huiusmodi nos velamento
decipere. Celebrantur ergo illi ludi cum omni lascivia convenientes memorie mere
tricis: nam preter verborum licentiam quibus obscenitas omnis effunditur: exuuntur
tur etiam vestibus populo flagitante meretrices que tunc mimarum funguntur officio
et in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis
motibus detinentur. Cloacine simulacrum in cloaca maxima repertum tacius
consecravit: et quia cuius esset effigies ignorabat ex loco illi nomen impo
suit. Pavorem palloremque tullus hostilius figuravit et coluit. Quid de hoc
dicam: nisi dignum fuisse: qui semper deos suos sicut optare solet presentes haberet.
Ab hoc illud M. marcelli de consecratione honoris atque virtutis honestate
nominum differt: re congruit. Eadem vanitate mentem: quorum inter deos

De religione romanorum et primo de lupa

Faula

Flora

Cloacina

pallor

honor

senatum collocarunt: quam profecto si habuissent eius modi sacra numquam susce
pissent. Magnum Cicero audacia consilium suscepisse Graeciam dicit: quod Cupi
dinum et Amorum simulachra in gymnasiis consecrasset. Adulatus est vi
delicet Attico et irrisit hominem familiarem. Non enim illud magnum: aut
omnino consilium dicendum fuit: sed impudicorum hominum perdita deploranda ne
quicia. qui liberos suos quos erudire ad honesta deberent: prostituerunt
libidini iuventutis. a quibus flagitiorum deos. et in illis potissimum locis
ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent. et in illa colli etate noluerunt
quae simplex et inprovida prius irretiri et in laqueos potest cadere quam timere.
Quid mirum si ab hac gente universa flagitia manarint. apud quam vi
cia ipsa religiosa sunt. eaque non modo non vitantur. verum etiam coluntur. Et ideo
hac sententia tamquam Grecorum prudenciam vinceret: adiecit. virtutes enim opor
tere non vicia consecrari. Quod si recipis o M. Tulli non vides fore ut
irrumpantur vicia cum virtutibus quia mala bonis aderent et in animis
hominum potentiora sunt. quae si vetas consecrari respondebit tibi eadem illa
Grecia. se alios deos colere ut prosint. alios ne noceant. hec semper
excusacio est eorum. qui mala sua pro diis habent ut Romani Rubiginem ac
Febrem. Si igitur vicia consecranda non sunt: in quo tibi assentior: ne vir
tutes quidem. Non enim per se sapiunt aut senciunt: neque inter parietes aut
ediculas luto factas: sed intra pectus collocande sunt. et interius com
prehendende: ne sint false si extra hominem fuerint collocate. itaque praeclaram
illam legem tuam derideo quam ponis his verbis. Ast illa propter que datur
homini ascensus in celum mentem. virtutem. pietatem. fidem: earumque lau
dum delubra sunt. At quoniam hec separari ab homine non possunt. Si enim
colenda sunt: in homine ipso sint necesse est. Si autem sint extra ho
minem quid opus est ea colere quibus careas? Virtus est colenda est
non imago virtutis. et colenda est non sacrificio aliquo aut thure
aut precacione solempni: sed voluntate solo atque proposito. Nam quid est aliud
colere virtutem: nisi eam comprehendere animo ac tenere? Quod unusquisque
simul acceperit velle consequitur: hic solus virtutis est cultus. Nam reli
gio ac veneracio nulla alia nisi unius dei tenenda est. Quid igitur opus
est o vir sapientissime supervacuis extructionibus loca occupare: que possint humanis
usibus cedere. Quid sacerdotes constituere vana. et insensibilia
culturos. quid immolare victimas; quid tantum sumptus vel fingendis vel
colendis imaginibus impendere. firmius et incorruptius est templum
humanum. hoc potius ornetur. hoc verius illis numinibus impleatur. Has igitur
falsas consecraciones. sequitur quod necesse est. Qui enim virtutes sic colunt
id est qui umbras et imagines virtutum colectant. ea ipsa que vera sunt te
nere non possunt: itaque nulla in quoquam virtus est viciis ubique dominantibus
nulla fides, omnia per se quoque rapiente nulla pietas nec consanguineis
nec parentem avaricia: et cupiditate in venena. et in ferrum ruente
Nulla pax nulla concordia. publice bellis sevientibus: privatim vero i
inimicitiis usque ad sanguinem furentibus. nulla pudicicia libidinibus effrenatis
omnem sexum omnes corporis partibus contaminantibus: nec tamen desinunt
ea colere que fugiunt et oderunt. Colunt enim thure ac summis digitis que sen
sibus intimis colere debuerunt. Qui error omnis ex illius principalis
ac summi boni ignoracione descendit. Urbe a Gallis occupata obsessi
in Capitolio Romani: cum ex mulierum capillis tormenta fecissent. edem
Veneri calve consecrarunt. Non igitur intelligunt quam vane sint re
ligiones vel ex eo ipso quod eas huiusmodi ineptiis cavillantur. A Lacedemoniis
fortasse didicerant. deos sibi ex eventis fingere. qui cum Messenios ob
siderent. et illi furtim deceptis possessoribus egressi: ad diripiendam
Lacedemonem cucurrissent: a Spartanis mulieribus fusi fugatique sunt. Cog
nitis autem dolis hostium Lacedemonii sequebantur. His armate mulieres
obviam longius exierunt. Que cum viros suos cernerent parare se ad pug

Videlicet laudante Grecos propter Cupidinis porro tam cum invehit et ostendit quid est colere virtutem

Virtutis consecratio damnatur

pfidia

Veneri

naz qd putaret messenios esse corpa sua uidaverut At illi uiroribus
cognitis : et aspectu inhibidinez concitati sicuti erant armati pmixti
sunt · utiq pmiscue · nec e uacabat discernere · sicuti iuuenes abis
dez antea missi cu uirginibus · et quib sut partheni nati · Propter huius
facti memoriaz edez ueneri armate simulacrum posuerut · q tam et si ex
causa turpi uenit : tamen honestius uidetur armataz uenerez consecrasse
se quam caluaz · Eodem tpe iovi quoq pistori ara posita e : q eos inqui
ete monuisset : ut ex omi frumento quod hebant panez facerent · et in
hostiuz castra iactarent · eoq facto soluta eet obsidio · desperantibus
gallis in [illegible] opia subici posse romanos Que ista religionu derisio
est Si earuz defensor eez : quid tam graviter queri posset : q deoz no
men in tantuz uenisse contemptu ut turpissimis noib ludibrio heatur ·
Quis no rideat fornacez deaz · ul potius doctos uiros celebrandis fornacalibus opari Quis cu audiat deam mutaz tenere risu queat · hanc
ee dicunt ex qua sunt lares nati · et ipam laraz noiant · ul larundaz · Quid
pstare colenti pot : q loqui no pt Colitur et ceca q heraclii fecit iudiciuz
de furto bouz · Diminutionez consecuta · quia pdidit frem : et cunina que in
fantes tuetur incunas : ac fascinuz summovet : et stercutius qui stercorandi agri ronez pmus induxit : et tutinus in cui9 sinu pudendo nubentes p
sident : ut illaz pudiciaz prior deus delibasse uideatur · et mille alia portenta · ut iam uaniores qui hec colenda susceprit · q egyptios ee dicant
qui monstruosa et ridicula quedaz simulachra uenerantur · Et hec tamen
heut aliqua imaginez · Quid q lapidem colunt informe ac rudem · cui nomen
e terminus · hic e quez p ione saturnus dicit devorasse : nec inmerito illi
honos tribuitur · Nam cu tarquinius capitoliuz facere uellet : atq in eo lo
co multoz deoz sacella eent : consuluit eos p auguria : utru iovi cederent : et cedentibus ceteris solus terminus mansit · unde illuz poeta capi
tolii imobile saxuz uocat Iaz ex hoc ipo quam magnus iupiter inueniet · cui
no cessit lapis : ea fortasse fiducia : q euz de paternis faucibus liberauerat · Facto itaq capitolio sup ipm terminuz foramen e in tecto relictuz ·
ut quia no cesserat libero celo frueretur : quo ne ipi quidem fruebantur qui lapidez fruitu putauerint · Et hunc ergo publice supplicant quasi custodi finiuz deo : qui no tantuz lapis sz etiaz stipes interduz e Quid de his
dicas qui colut talia nisi ipos potissimum lapides ac stipites ee · Diximus
de his ipis qui coluntur : nuc de sacrificiis et de misteriis eoz pauca di
cenda sunt Apud cyprios aut humanaz hostiaz iovi theuerus imola
rant : idq sacrificiuz posteris tradidit : quod e nup adriano impatore sub
latuz Erat lex aput thauros inhumanaz et feraz gentez : uti diane
hospites · immolarent · et ad sacrificium illius tpribus celebratuz e Galli
esuz atq teutatez humano cruore placabant : ne latini quidez huius in
manitatis expertes fuerut Siquidez latialis iupiter etiaz nuc sangine
colitur humano · Quid ab his boni precantur · qui sic sacrificantur : aut qd
tales dii pstare hominibus put · quoz penis ppiciantur Sz de barbaris
no e adeo mirandu · quoz religio cu moribus congruit · Nri uero q
semp mansuetudinis · et humanitatis sibi glam uindicauerut : nonne
sacrilegiis his sacris inmaniores repiuntur Hi e scelerati potius sut
hndi : qui cu sint liberaliuz disciplinaz studiis expoliti ad inhumanitatez desciscunt · q qui rudes et impiti ad mala facinora bonoz
ignoratione labuntur Apparet tn antiqum ee huc imolandoz homi
nuz ritu Siquidez saturnus in latio · eodem genere sacrifici cultus est
non quidez ut homo ad araz imolaretur : sz uti in tyberiz de ponte milbio
mitteretur Qd ex responso quodaz ne factitatuz narro auctor e uarro · cuius
responsi ultim9 uersus talis est Et capita diti · et patri mittite · idem
hoiez Quod quia uidetur ambiguuz · et fax illi et homo iaci solet Verum
id genus sacrifici ab hercule · cu ex hispania rediret : dicit ee sublatu

De sacrificiis deoz et primo iouis · de pe [illegible]

Saturni

ritu tamen permanente · ut pro veris hominibus ymagines iacerent · ex
scirpo : ut ovidius in fastis docet : Donec in hec venit tirintius arva quotannis · tristia leucadio sacra peracta modo Illum stramineos in aquam iactasse quirites herculis exemplo corpora falsa iace · hec sacra vestales
virgines faciunt ut ait idem Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
mittere roboreo scirpea ponte solet Nam de infantibus qui eidem sa
turno immolabantur propter odium iovis quid dicam non invenio tam barbaros tam
inmanes fuisse homines : ut parricidium suum · id est tetrum atque execrabile hu
mano generi facinus sacrificium vocarent : cum teneras [illegible] atque in
nocentes animas : que maxime est etas parentibus dulcior sine [illegible] ullo re
spectu pietatis extinguerent inmanitatem que omnium bestiarum · que tamen fetus
suos amant feritate superaret · O dementiam insanabilem quid illis isti dii
facere amplius possent · si essent iratissimi · quam faciunt propitii cum suos
cultores parricidiis inquinant : orbitatibus · mactant humanis sensibus spo
liant · Quid potest esse his hominibus sancti · aut quid in prophanis locis faciant
qui inter aras deorum summa scelera committunt : Pescennius festus in libris
historiarum per saturam refert · cartaginenses saturno humanas hostias
solitos immolare · et cum victi essent ab agathocle rege siculorum · iratum sibi
deum putavisse · itaque ut diligentius piaculum solverent · ducentos no
bilium filios immolasse · Tantum religio potuit suadere malorum quam perpit se
pe scelerosa atque impia facta Cui ergo dementissimi homines illo sacrificio con
sulebant · cum tantam partem civitatis occiderant quantam fortasse ne agatho
cles quidem victor occiderat · Ab isto genere sacrorum non minoris insanie
iudicanda sunt publica illa sacra · quorum alia sunt matris · in quibus homines
suis ipsis virilibus litant Amputato enim sexu nec viros se nec feminas fa
ciunt Alia virtutis quam eandem bellonam vocant · in quibus ipsi sacerdotes
non alieno sed suo cruore sacrificant Sectis namque humeris · et utraque
manu districtos gladios exerentes currunt efferuntur · insaniunt Optime
igitur quintilianus in fanatico Istud inquit si deus cogit iratus est · etiam
ne hec sacra sunt · non satius est pecudum more vivere · quam deos tam impios
profanos tam sanguinarios colere Sed unde isti errores et hec tanta
flagitia manaverint suo loco disseremus · interim videamus et cetera que
carent scelere ne studio insectandi videamur eligere peiora Isidis egypti
sacra sunt : quatenus vel filium parvulum vel perdiderit vel invenerit · Nam primo
sacerdotes eius deglabrato corpore pectora sua tundunt · lamentantur sic
ipsa cum filium perdidit fecerat · Deinde puer producitur quasi inventus : et in le
ticiam luctus ille mutatur Ideo lucanus nunquamque satis quesitus osiris
Hec ergo perdunt semper et inveniunt Refertur ergo in sacris imago rei · que vere
gesta est : que profecto si quid sapimus declarat mortalem mulierem fuisse
ac pene orbam nisi unicum repperisset · Quod illum ipsum poetam minime fugit
apud quem pompeius adulescens : morte patris audita hec loquitur Evolvam busto iam numen gentibus isim : et tectum lino spargam per vulgus
osirim : hoc est osiris quem serapin vel serapidem vulgus appellat Solent
enim mortuis consecratis nomina inmutari : credo ne quis eos putet homines
fuisse Nam romulus post mortem quirinus factus est : et leda neme
sis et circe marica : et ino postquam se precipitavit leucothea materque matu
ta et melicertes · filius eius palemon atque portunus Sacra vero cere
ris eleusine non sunt his dissimilia : nam sicut ibi puer osiris planctu
matris inquiritur : ita hic ad incestum patrui matrimonium rapta proserpina
Quam quia facibus · ex ethne vertice accensis quesisse in sicilia ce
res dicitur : ideo sacra eius ardentium facularum iactatione celebrantur
Apud lapsacum papo litabilis victima est asellus · cuius sacrifici ratio
in fastis hec redditur · Cum dii omnes ad festum matris magne convenisset
epulisque saciati noctem lusibus duceret quevisse humi vestam somnumque
cepisse idem papo sompno eius ac pudicicie insidiatum : sed illam intempes

de papi sacrificio

ite

I

tuo clamore aselli quo silenus vehebatur excitatam libidinem in insidia
toris ee deceptam. hac de causa lapsacenos asello priapo qui immolationem
mactare consuevisse. Apud romanos in eundem vestalibus sacris inho
norem pudicitie conservate panibus coronari. Quid turpius quid flagi
tiosius: quam si vesta beneficio asini virgo est: At poeta fabulam finxit.
Num ergo illud est verius qd referunt hii qui phenomena conscripserunt
cum de duabus cancri stellis loquuntur quas greci ΟΝΟΙΣ. nominant asellus
fuisse: qui liberum patrem transvexerunt cum amnem transire non posset: quorum
alteri hoc premium dederit: ut humana voce loqueretur. Itaque inter eum et priapum
quod ortum ee certamen de obscene magnitudine: priapum victum et iratum in
teremisse victorem: hoc non multo magis ineptum est: sed poetis licet qd
quid velint. Non extitio tam deforme misterium: nec priapum demum
quidquid appareat risu dignum finxerunt hec sane poete sed necesse est
maioris turpitudinis gratia tegende ficta sint. Que sit ergo queramus. At
ea perfecto manifesta est. Nam sicut lune taurus mactatur: quia similiter habet
cornua: et placent equo persis radios hyperiona cinctum. ne detur celeri vic
tima tarda deo: ita in hoc quia magnitudo membri mirifice enormis est
non potuit ei monstro aptior victima reperiri: quam que ipsum cui mactatur posset
imitari. Apud lindum qd est oppidum rhodi: herculis sacra sunt. quorum a ce
teris longe diversus est ritus. siquidem non euphemia ut greci appellant
sed maledictis. et exsecratione celebrantur: eaque pro violatis habent: si quando inter
sollemnes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. cuius rei
hec ratio redditur: si tamen ulla esse in rebus vanissimis potest. hercules eo cum
delatus esset fameque pateretur. aratorem quendam conspexit operantem ab eo
que petere cepit: ut sibi unum bovem venderet. Enim vero ille negavit fieri
posse: quia spes sua omnis colende terre duobus illis iuvencis niteretur
hercules solita violencia usus. quia unum accipere non potuit utrumque sus
tulit. At ille infelix cum boves suos mactari conspiceret: iniuriam suam
maledictis ultus est: qd homini eleganti et urbano gratissimum fuit. Nam
dum comitibus suis epulas apparat: dumque alienos boves devorat illum sibi
amarissime conviciantem cum risu et cachinnis audiebat. Sed postquam her
culi divinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit a civi
bus. ara ei imposita est quam de facto ΒΟΖΥΓΟΝ bovem iugum appellavit
ad quam duo iuncti boves immolarentur. sicut illi quos abstulerat ara
tori: eumque ipsum sibi constituit sacerdotem: ac precepit ut iisdem maledictis
semper in celebrandis sacrificiis uteretur: qd negaret se unquam neguttum esse
epulatum esse iocundius. Hec iam non sacra sunt sed sacrilegia inquibus id
sanctum dicitur quod malis si fiat ecum severissime vindicatur. Ipsius aut
cretici iovis sacra quid aliud quam quomodo sit: aut subtractus patri aut nu
tritus ostendunt Capella est amalthee nimphe. que uberibus suis aluit in
fantem deqna germanicus cesar in arateo carmine sic ait: Illa putatur
nutrix esse iovis. si vere iupiter infans Ubera cretee mulsit fidissima cu
pre. sidere que claro gratiam testatur alumnum/hinc capelle corio ut
pre. Sidere que claro gratum testatur alumnum usum esse pro scuto iovem convertitur. Ita quicquid est gestum in abscondendo
unde a poetis egyochus novatur Ita quicquid est gestum in abscondendo
puero. id ipsum per imaginem geritur in sacris: sed et matris eius misterium
idem continet. Quod ovidius exponit in fastis. Ardua iam dudum re
sonat tinnitibus ide Tutus ut infanti vagiat ore puer. Pars clipeos
sudibus galeas pars tundit inanes. hoc curetes habent hoc coribantes
opem Res latuit patrisque manent imitamina facti. Era dee comites rau
caque terga movent. Cymbala pro galeis pro scutis tympana pulsant. Tibia
dat phrigios ut dedit ante modos. Hanc totam opinionem quasi a poe
tis fictam salustius respuit. voluitque ingeniose interpretari. cur auctores
iovis dicantur fuisse curetes. et sic ait. quia principes divini intelligere
di fuerunt: vetustatem ut cetera in maius componentem altores iovis

de herculis sacrificio

celebrauisse. Quantum erant homines eruditi iam res ipsa declarat. Si enim
princeps est iupiter, ut deorum et religionum: si ante illum nulli dii vulgo
colebantur: quia non dum nati fuerant qui coluntur apparet curetis principes
fuisse diuini non intelligendi. per quos error omnis inductus est et dei
ueri memoria sublata. Ex ipsis itaque misteriis et cerimoniis intelligere
debuerunt hominibus se mortuis supplicare. Non igitur exigo ut poetarum fic
tionibus credat: qui hos mentiri putat. pontificum ipsorum scripta conside
ret: ut quicquid est litterarum ad sacra pertinentium reuoluat: plura fortasse quam
nos afferimus inueniet. ex quibus intelligat inania inepta commenticia
esse omnia que pro sanctis habentur. Siquis autem precepta sapientie deposuerit er
rorem: profecto ridebit ineptias hominum pene dementium. Illos qui uel
inhonesto saltatu tripudiant. uel qui nudi uncti coronati aut personati
aut luto obliti currunt. Quid de scutis uetustate iam putridis dicam
que cum portant deos suos se gestare humeris suis arbitrantur. Nam et
furius bibaculus inter precipua pietatis exempla numeratur. qui cum pre
tor esset tamen lictoribus preeuntibus ancile portauit cum haberet magistratus
beneficio muneris eius uacationem. Non ergo ille furius sed plane furiosus
fuit. qui preturam hoc ministerio se putauit ornare. Merito igitur hec cum his
a uiris non imperitis ac rudibus fiunt lucretius exclamat. O miseras et
hominum mentes o pectora ceca. qualibus in tenebris uite quantisque periclis
degitur hoc eui quodcunque est. Quis hec ludibria non rideat: qui habe
at aliquid sanitatis: cum uideat homines uelut mente captos ea serio et
facere. que siquis faciat in lusu nimis lasciuus et ineptus esse uideatur.
Harum uanitatum apud romanos auctor et constitutor sabinus ille rex
fuit. qui maxime animos hominum rudes atque imperitos nouis superstitionibus
implicauit. Quod ut faceret aliqua auctoritate simulauit cum dea egeria
nocturnos se habere congressus. Erat spelunca quedam per opaca in nemore
aricino. unde riuus perenni fonte manabat. huc se remotis arbi
tris inferre consueuerat. ut mentiri posset monitu dee coniugis ea
sacra populo se tradere que acceptissima diis essent. Videlicet astuciam mino
is uoluit imitari. qui se in antrum iouis recondebat. et ibi diu mora
tus leges tanquam sibi a ioue traditas afferebat: ut homines ad parandum
non modo imperio sed etiam religione constringeret. Nec difficile sane fuit per
suadere pastoribus. itaque pontifices flamines salios augures creauit et
deos per familias descripsit. sic noui populi feroces animos mitigauit. et ad
studia pacis a rebus bellicis abduxit. Sed cum alios falleret. se ipsum tamen
non fefellit. Nam post annos plurimos cornelio et bebio consulibus in agro scribe
petilii sub ianiculo arce due lapidee sunt reperte a fossoribus: quarum in alte
ra corpus nume fuit. in altera vii latini libri de iure pontificio. Item greci
totidem de disciplina sapientie scripti. quibus religiones non eas modo quas
ipse instituerat: sed omnes preterea dissoluit. Quare ad senatum delata de
cretum est ut hi libri abolerentur. ita eos Q. petilius pretor urbanus
in concione populi concremauit. insipienter id quidem. Quid enim profuit li
bros esse combustos: cum hoc ipsum quod sunt ideo combusti: quia religionibus
derogabant: memorie sit traditum. Nemo ergo tunc in senatu non stultissi
mus. Potuerunt enim et libri aboleri: et tamen res in memoria non exire. ita
dum uoluit etiam posteris approbare quanta pietate defenderint religiones: auc
toritatem religionum ipsarum testando minuerunt. Sed ut pompilius apud ro
manos institutor ineptiarum religionum fuit. Sic ante pompilium fau
nus in latio: qui et saturno auo nefaria sacra constituit: et picum pa
trem inter deos honorauit. et sororem suam fatuam faunam eandem que
coniugem consecrauit: quam gabius bassus fatuam nominatam tradit:
quod mulieribus fata canere consueuisset. ut faunus uiris. Eandem uarro scri
bit tante pudicitie fuisse: ut nemo illam quoad uiueret preter suum uirum
mas uiderit. nec nomen eius audierit. Ideo illi mulieres in aperto sacri

ficenit: et bonaz deaz nomināt et c. sextius clodius in eo libro quē grece
scripsit refert fauni hanc uxorem fuisse. Que quia cōtra morez decusq;
regiū. clam urnā uini ebiberat: et ebria facta erat/ uirgis mirteis a uiro
ad mortez usq; cesam. Postea uero cū eū facti sui peniteret. ac desideriū eius
ferre nō posset diuinuz illi honorē detulisse. Id circo in sacris eius obuolu
tam uini amphoram poni. Reliquit g° posteris faunus quoq; nō paruz er
roris: quē tū prudentes quiq; perspiciunt Nam lucilius eorum stultitiaz qui
simulacra deos putant deridet his uersibus. Terricolas lamias faunique
pompiliq; instituere nume. tremit has hic omnia ponit: ut pueri infan
tes credant signa omnia acria uiuere et eē hoīes. sic isti omnia ficta
uera putant. credunt signis cor inesse aeneis. pergula pictorum ueri nihil
omnia ficta. Poeta quidem stultos hoīes infantibus comparant At ego
multo imprudenciores eē dico. Illi ē simulacra hoīes putant eē. hi deos
Illos etas facit putare quod nō ē hos stultitia. illi utiq; breui desi
nunt falli. horuz uanitas et durat semp et crescit. Sacra liberi pris
primus orpheus induxit in greciaz. primusq; celebrauit ī monte boetie
thebis ubi liber natus ē proximo. Qui cū frequenter cantu cythare
personaret cytheron appellatus ē. Ea sacra etiaz nūc orphica nominant
in quibus ipē postea dilaceratus et carptus ē: et fuit per eadem fere
tempora quibus faunus. Sed quis etate precesserit dubitari pt. Siquidē
per eosdem annos latinus priamusq; regnauerūt Item patres eorum picus et
laomedon quo regnante orpheus cū argonautis adiliensiuz litus
accessit. Procedamus igitur ultra. et queramus quis omnino colendorum primus
auctor extiterit. Didimus in libris expositionis pindarice. ait meliseū
cretensiuz regem primū dijs sacrificasse: ac ritus nouos. sacrorumq;
pompas introduxisse: huius duas fuisse filias amaltheam et melissam
que iouez pueruz caprino lacte atq; alio ac melle nutrierūt. unde poetica
illa fabula originez sumpsit. apes aduolasse atq; os pueri melle compl
lesse. Melissā uero aprē primaz sacerdotez matri magne constitutuz. Vnde
adhuc eiusdem matris antistites melisse nūcupantur. historia uō sacra te
statur ipm iouez. postquā rerum potitus ē in tantaz uenisse insolenciā
ut ipē sibi fana in locis multis constitueret. nam cū terras circuiret: ut
in quamq; regionez ueneriat: reges principes ue populorum hospicio sibi et
amicitia copulabat. et cū a quoq; digrederetur: iubebat sibi fanū cre
ari hospitis sui noīe. quasi ut posset amicicie ac federis memoria co
seruari. Sic constituta sūt templa iouis atabyrio. iouis labriandio. A
tabyrus enim et labriandus hospites eius atq; adiutores in bello fue
runt. Item iouis laprio. iouis molion. iouis casio. et q̄ sunt in eundem
locuz modum. Quod ille astutissime excogitauit: ut et sibi honorem
diuinuz: et ut hospitibus suis perpetuū nomen acquireret cū religione
coniunctuz. Gaudebant g° illi. et huic imperio eius libenter obsequebant
et noīs sui gratia ritus annuos et festa celebrabant. Simile quiddam ī
Sicilia fecit eneas. cū condite urbi aceste hospitis nomen imposuit
ut eā postmoduz letus ac libens acestes diligeret augeret ornaret Hoc
modo religionez cultus sui per orbem terre iupiter seminauit. et exemplis ce
teris adiuuandoruz dedit. Siue igitur a meliseo. sicut didimus tradidit co
lendorum deorum ritus affluxit. siue ab ipō quoq; ioue ut euhemerus de
tempore tū constat. quū dij coli ceperint. Melliseus quidem ante cessit e
tate: quippe qui educauerit iouez pronepotez: et idcirco fieri pot: ut
uel ante: uel ad huc puero ioue deos colere instituerit a. assumi sui ma
trez: et amiaz tellurē. q̄ fuit urani coniux patrez q; saturnuz. et ipē hoc ere
plo atq; instituto. iouez ad tantaz superbiam peruexerit: ut postea sibi
diuinos honores auderet assumere. Nunc quū uanarum superstitionū ori
ginez deprehendimus: sup est ut etiā tempora colligamus: per que fuerit illi quorum
memoria colitur. Theophilus in libro de temporibus ad autolicuz scripto. ait:

in historia sua tallū dicit: q̄ belus quē babylonii et assirii coluit: anti
quior troiano bello fuisse inuenatur ānis. cccxxij. belum aūt saturnum
qualem fuisse et utrūqz uno tpe adoleuisse: quod adeo uerum ē ut ra
cione ipā colligi possit Nam et agamemnon. qui gessit troicum bellū
iouis ad nepos fuit: et anchises achilles atqz pro nepotes et ulixes eodem
gradu prius. pamꝰ quidē longa serie. sed auctores quidam tradūt
dardanū. et iasiūm corithi filios fuisse non iouis. Nec ē si ita fuisset
adusus impudicos gannimedem pro nepotem suū lire potuisset. Itaqz p
centib9 illorum quos supra nominam. si congruenter annos diuidas nume
rus consenciet Aberacidio ante troiane urbis colligūtur āny. M. cccc.
lxx. ex hac tēporum racione manifestum est ante annos nō aplius q̄ M
dccc. natum ēē saturnū qui sator omnium deorum fuit Non g° isti gloriāt
sacrorum uetustate: quorum et origo et racio et tempora de prehensa sūt
Restant adhuc aliqua. q̄ ad arguendas religiones falsas plurimum uale
ant. sz iam finē libro facē decreui. ne modum excedat Ea ē plenius sūt
exequenda: ut omnib9 refutatis q̄ uetera uidentur obstare homo̾s qui
bonorum ignorancia uagiunt incerti ad religionem ueram possimus
inbuē. prumꝰ aūt sapiē gradus est falsa intelligere: secūdus uerā cog
noscere Ergo apud quē prima istī instituto uiri pfecerint. qui falsa de
terminus. excitabitur ad ueri cognicionem qua nulla ē honium iocūdior
uoluptas. et erit iam celestis discipline sapīl dignus. qui ad cognos
cenda cetera liberus ac paratus accesserit Firmiani lactancij aduer
Vanq̄ primo libro religiones deorum sus gentes institucionum
falsas esse monstrauerim quod liber primus explicit Incipit
quorum uarios dissimulesqz cultus secundus feliciter Cum
per uniuersam terram consensus hominum stulta persuasione
suscepit mortales fuerint. finitiqz uita diuine necessitati
morte concesserint tū nequa dubitaō deliquatur. hic se
cundus liber fontem ipm patefaciet eorum causasqz omēs explicabit: qui
bus de cepti hoiēs: et primitus deos ēē credideriunt: et post modum i
ueterata psuasione in susceptis prauissime religionib9 perseuerauerint
Gestio enim coniunctis manib9 et hominum impia uanitate detecta. singu
laris dei asserere maiestatem. suscipiens utiliꝰ et manus officium reuo
candi hoiēs a prauis itinerib9. et in grām ipōs secum reducendi ne se ut
quidam philosophi fecerint tanto ope despiciant ueue se infirmos et sup
uacuos et nichil et frustra omnō natos arbitrentur Que opinio ple
rosqz ad uicia compellit: nam dum existimant nulli deo nos ēē cure. a
post mortem nichil esse futuros. totū se libidinib9 addicāt: et dum licere
sibi putant hauriendis uoluptatib9 sicienter ineūbunt: per quas
imprudentes in laqueos incurrunt Ignorant ē q̄ sit hoīs racio: quā
si tenere uellent in primis deum suum agnoscerent uirtutem iusticiamqz seq
rentur: terrenis figmentis aiās suas nō substernerent mortiferis
libidinum suauitates nō appeterent: Denuqz se ipōs magni extimarent
atqz intelligerent plus esse in hoiē q̄ uidetur Cuius nū condicionē
qz nō aliter posse retinerī nisi cultū ueri parentis sui de posita prauī
tatqz susceperit Equidem sicut oportet de sūma rerum sepe numero cogitāe
admirari soleo. maiestatem dei singularis q̄ continet regitqz oīa
in tantam uenisse obliuionem: ut q̄ sola debeat coli sola potissimum neg
ligatur. hoiēs aūt ipōs ad tantum cecitatem ēē deductos. ut uero ac
uiuo deo mortuos preferant: terrenos aūt sepultos qz infra eū qui
fundator ipius terre fuit. Et tū huic impietati hominum posset ue
nia concedi. si omnō ab ignorancia diuini nois ueniret hic error Cū
uero ipōs deorum cultores sepe uideamꝰ deum summum et cōfiteri. et pdicāe
quam sibi ueniam spare possunt impietatis sue: qui nō agnoscunt cultum
eius: quē prorsus ignorari ab hoiē fas nō est. Nam et cum iurāt et cum

optant: et cu̾ gr̃as agunt: non iouem aut deos multos. sȝ deū noīant
adeo ueritas ipā cogente natura eciā ab inuitis pectoribꝫ erūpit.
Quod quidem nō faciūt in ꝓsperis rebus. nam tum maxime deus ex memo
ria hominū elabitur: cum beneficijs eius fruentes honorem dare diui
gencie hoībus debent. At uero si qua necessitas grauis presserit. tūc
deum recordantur. Si belli terror infremuit: si morbor̄ pestifera uix
incubuit. si alimenta frugibꝫ longa siccitas denegauit. Si seua tēpes
tas: si grando ingruit: ad deum confugitur: a deo petitur auxilium
deus ut subueniat oratur. Siquis in mare uento semente iactati
hūc inuocat: siquis aliquē in afflictatur hūc potius implorat. Siquis
ad extremā mendicandi necessitatē deductū: uictū precibꝫ expos
cit: deum solū obtestatur: p eius diuinū atq; unicū nomen hominū
miāȝ querit. Nunquā igr̄ dei meminerunt. nisi dum in malis sunt. Postq̄
metus deserint et picula recesserint. tum uero alacres. ad deor̄ tem
pla concurrūt his libant. his sacrificant. hos coronant. deum autē
quē in ipsa necessitate implorauerant: ne uerbo quidē grãs agunt. Adeo
ex rerum ꝓsperitate luxuria. ex luxuria uero ut uicia omnia: sic impie
tas aduersus deum nascitur. Quanam istud ex causa fieri putemus: nisi eē
aliquā peruersam potestatem. q̄ ueritati sit semp inimica q̄ humanis er
roribꝫ gaudeat. cui unū ac ꝑpetuū sit opus effundere tenebras et
hominū cecare mentes ne lucē uideant: ne denique in celum aspiciant
ac naturā corporis sui seruent. Nam cum ceteri animantes pronis
corporibꝫ in humum spectent quia racionē ac sapiēciam nō acceperūt nob
autem status rectus sublimis uultus ab artifice deo datus sit. appare
istas religiones deor̄ nō eē racionis humane: quia curuant celeste anī
al ad ueneranda terrena. Parens enim ille noster unus et solus cum fingeret
hoīem .i. animal intelligens et racionis capax: eum uero et humo sub
leuatum ad contēplacionē sui artificis erexit. Quod optime ingeniosus
poeta signauit. Pronaq; cū spectent animalia cetera terram os hominū sub
lime dedit celūq; uidere: iussit. et erectos ad sidera tollē uultus. hinc
utiq; ἄνθρωπον greci appellauerūt: q sursum spectet. Ipi g° sibi renuncia
ant: seq; hominum noīe abdicant: qui non sursum aspiciūt sȝ deorsum. nisi
forte idipsū q recti sumus sine causa hoī attributum putant. Spectare
nos celum deus uoluit utiq; nō frustra: nam et aues. et ex mutis pene
omīa celum uident sȝ nobis ꝓprie datū ē: celū rigidis ac stantibꝫ in
tueri ut religionē ibi queramus: ut deum cuius sedes illa ē quē oculis
nō possimus aīo contēplemur. Quod ꝑfecto nō facit: qui es aut
lapidem que sunt terrena ueneratur. Est aut̃ prauissimū cum ratio corpis
recta qd est temporale: ipsum nō animū qui sit eternus humilē fieri
cum figura et status nichil aliud significent: nisi mentē hoīs eo
spectare oportet quo uultum et animum tam rectum eē debere q̄ corpus
ut eū dn̄atur debet. mutetur Verum hoīes et noīs sui et racionis ob
liti: oculos suos ab alto deiciunt soloq; defigunt. ac timent opa di
gitor̄ suor̄: quasi uero quidq̄ eē possit artifice suo maius. Que igr̄
amencia est: aut ea fingere q̄ ipi postmodum timeant: aut timere q̄
finxerint. Non ipā inquiunt timemus: sȝ eos ad quor̄ imaginē ficta: et
quor̄ noībꝫ consecrata sunt. Nempe ideo timetis: q eos in celo eē
arbitramini. Neq; enim si dij sunt aliť fieri pot. Cur igr̄ oculos in celū
tollitis: et aduocatis eor̄ noībꝫ: in aptis sacrificia celebratis. Cur
ad parietes: et ligna et lapides potissimum. q̄ illo spectetis. ut eos eē
credatis. Quid sibi templa. quid are uolunt: quid denique ipā simula
chra: que aut mortuor̄ aut absencium monumenta sunt. Nam omīs
fingendarum similitudinum racio id circo ab hominibꝫ inuenta ē: ut possit
eor̄ memoria retineri: q̄ uel morte subtracti: uel absencia fuerant sepa
rati: deos igr̄ in quor̄ numero reponemus: si in mortuor̄ quis tum

stultus ut colat. Si in absentia colendi igitur non sunt. Si nec vident
que facimus nec audiunt que precamur. Si autem dii absentes esse non possunt: qui
quoniam divini sunt: in quacumque parte mundi fuerint vident et audiunt universa.
Supervacua igitur sunt simulachra illis ubique presentibus: cum satis sit audien-
tium nomina precibus advocare. At enim putes non nisi ad imagines suas
adsunt: ita plane quemadmodum vulgus existimat mortuorum animas
circa tumulos et corporum suorum reliquias oberrare. Sed tamen postquam
deus ille presto esse cepit, iam simulachro eius opus non est. Quero
enim si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur sepius et
ex ea solacium capiat absentis, num idem sanus esse videatur si eo reuer-
so atque presente in contemplanda imagine perseveret, eaque potius quam
ipsius hominis aspectu frui velit. Minime profecto: et tamen hominis
imago necessaria tunc videtur cum procul abest, supervacua futura cum
presto est. Dei autem cuius numen hac spiritus ubique diffusus abesse
numquam potest: semper utique imago supervacua est. Sed verentur ne omnis illorum
religio vana sit et vana si nihil in promptu videat quod adoret. et
ideo simulachra constituunt: que quia mortuorum sunt imagines similia sunt
mortuis. omni enim sensu carent. Dei autem in eternum viventis vivum
et sensibile debet esse simulachrum. Quod si a similitudine id nomen
accepit, quid putant ista simulachra deo similia iudicari, que nec sentiunt nec
moventur. Itaque simulachrum dei non illud est quod digitis hominis
ex lapide aut ere aliave materia fabricatur: sed ipse homo quoniam sentit
et movetur et multas magnasque actiones habet. Nec intelligunt homines
ineptissimi: quod si sentire simulachra et moveri possent: ultro adora-
tura homines fuissent a quo sunt expolita: quia que essent aut incultus et
horridus lapis aut materia informis ac rudis nisi fuissent ab homine
formata. homo igitur illorum quasi parens putandus est per cuius manus nata
sunt: per quem figuram speciem pulchritudinem habere ceperunt: et ideo melior
qui fecit quam illa que facta sunt: et tamen factorem nemo suspicit aut ve-
retur. que fecit timent tamquam plus possit esse in opere quam in opifice. Recte
igitur Seneca in libris moralibus. Simulachra inquit deorum venerantur
illis supplicant: genu posito illa adorant illis per totum assident diem aut
adstant. illis stipem iaciunt, victimas cedunt: et cum hec tantopere suscipi-
ant fabros qui illa fecere contemnunt. Quid inter se tam contrarium
quam statuarium despicere: statuam adorare: et eum ne in convictum quidem
admittere qui tibi deos faciat. Quam ergo vim, quam potentiam habere possunt
cum ipse qui fecit illa non habeat: sed ne hec quidem dare his quae habebat videre
audire loqui moveri. Quisquam ne igitur tam ineptus est: ut putet aliquid
esse in simulachro dei: in quo ne hominis quidem quicquam est preter umbram. Sed
hec nemo considerat infecti sunt enim persuasione: ac mentes eorum penitus
fucum stultitie perbiberunt. Adorant ergo insensibilia qui sentiunt, irrati-
onabilia qui sapiunt, exanima qui vivunt: terrena qui oriuntur celo.
Iuvat igitur velut in aliqua sublimi specula constitutum unde universis
exaudiri possim persianum illud proclamare O curve in terras anime et
celestium inanes: celum potius intueremini. ad cuius spectaculum vos ma-
tauit ille artifex vester deus. ille vobis sublimem vultum dedit: vos
in terram curvamini. vos altas mentes: et ad parentem suum cum corpori-
bus suis erectas ad inferiora deprimitis, tamquam vos peniteat non qua-
drupedes esse natos. Fas non est celeste animal cum terrenis in terramque vergen-
tibus coequari. Quid vos beneficiis celestibus orbatis. pronique in humum
vestra sponte procumbitis: humi enim miseri volutamini cum deorsum que-
ritis quod in sublimi querere debuistis: nam ista mortalium digitorum ludi-
cra et fragilia figmenta ex quolibet materie genere formata: quid aliud
sunt nisi terra ex qua nata sunt. Quid ergo inferioribus subiacetis: quid capi-
tibus vestris terram superponitis. Cum ergo vos terre submittitis: humiliores

Simulacre

qz fiatis · ipi nos ultro ad inferos mergitis · ad mortēqz dāpnatis L
ma nihil interiā inferius ē et humili⁹ nisi mors et inferi Que si ef
fugē velletis · subiectam pedib⁹ vestris terāz ɔtēpneretis · corpis sta
tu salvo · quod id circo rectuz accepistis · quo oclos atqz mentez cūz eo
qui fecit conferē possetis // contēpnere autez · et calcare terram · nihil ali
est quā simulachra non adorare · quia de terrā facta sunt Item divicias
nō concupiscere voluptates corpis spnere · quia opus et corpus ipz
tm⁹ hospicio utimur terā ē Vivū colite ut vivatis Moriatur enī ne
celle ē · qui se suāqz aīāz mortuis addicaunt Sz quid pdest ad vulg⁹
et ad hoīes imperitos · hoc mō concionari · videamus eciā doctos · ac prudē
tes viros · cūz religionū intelligant vanitatē · nichilomi⁹ tn in his ipis
q̄ dāpnāt colendis nescio qua pravitate pstare Intellegebat cicero falsa
esse que hoīes adorarent Nam cūz multa dixisset · que ad eversione re
ligionū valerent · ait tn̄ nō ēē illa vulgo disputanda · ne susceptas
publice religiones disputacio talis extinguat · Quid ei facies · qui
cūz errare se senciat · ultro ipē in lapides impingat : ut pplus omīs
offendat · ipē sibi oclos eruat · ut omīs ceci sint · qui nec de aliis bn̄
mereat quos patitur errare · nec de se ipō qui alienis accedit erroib⁹
nec utitur tandez sapie sue bono · ut factis impleat quod mente pce
pit Sz prudens et sciens laqueo pedem inserit : ut simul cū ceteris
quos liberare ut prudencior debuit · et ipē capiat Quin potius si
quid tibi cicero virtutis est experire pplm facere sapientez · Digna
res ē ubi omīs eloquencie tue vires exerceas Non ē verendū ē ne
te iustaz bona causā deficiat oratio · qui sepe eciā malos copiose ac
fortit defendisti Sz nimirūz socratis carcerez times · ab eoqz pa
trocinium veritatis suscipe nō audes At mortez ut sapiens cōtepnere
debuisti · et erat multo pulcrius : ut ob benedicta potius q̄ ob maledcā
moreris Nec plus tibi laudis philippice afferre debuerunt : q̄ discus
sus error generis hūani et mentes hominūz ad sanitatez tua disputacōe
revocatē Sz concedamus timiditati qui insapiente ēē nō debet Quid
ḡº ipē in eodem versaris errore Video te terrena et manufacta venera
ri Vana ēē intelligis · et tn̄ eadem facis : q̄ faciūt ipi · quos ipē stultis
simos confiteris Quid igitur pfuit vidisse te veritatez : quā nec
defensurus ēēs · nec secuturus Sz libenter errant qui errare se sen
ciūt · Quāto magis vulgus indoctūz · quod pōpis inanib⁹ gaudet · ani
musqz puerilib⁹ spectat omīa · oblectatur frivolis · et specie simulachrorū
capitur : nec pondere secū unāquanqz rem pōt : ut intelligat nihil colen
dum ēē · qd oculis mortalib⁹ cernitur : quia mortale sit necesse ē : nec
mirandūz ēē si deuz non videat · cūz ipi ne hoīem quidem videant quē
videre se credūt · hoc enīz qd oclis subiectuz ē nō homo · sz hoīs recepta
culuz est · cui⁹ qualitas et figura nō ex lineamentis vasculi quo cō
tinetur · sz ex factis ac morib⁹ pspicitur Qui ḡº colūt simulachra cor
pora sūt hoīb⁹ carencia : quia se corpalib⁹ dediderūt : nec vident plus a
liquid mente quā corpe : cūz sit animi officiuz · ea subtilius cernere · q̄
acies corpalis nō pōt intueri · Quos hoīes idem ille philosophus ac poe
ta graviter accusat tanq̄ humiles · et abiectos · qui cōtrā nature sue racio
nez ad veneranda se terrena psternāt Ait enī · Et faciunt aīos humiles
formidine divūz : depressosqz pmūt ad terāz Aliud quidē ille ut dicēt
senciebat : nichil utiqz colendūz esse · qui dii hūana non curent · Denqz
alio loco religiones · et cultus deorū inane ēē officiū confitetur Nec pie
tas ulla ē velatū sepe videri · vertere se ad lapidez · atqz hoīes accedere
ad aras · Et pcumbere humi pstratūz · et pandere palmas · Ante deūz de
lubra · nec aras sangūe multo · Spergere quadrupedūz · nec votis vertere
vota Que profecto si capsa sunt · non oportet sublimes et excelsos aī
mos avocari · atqz in terāz pmi · sz nichil aliud q̄ celestia cogitare Inping

nate sunt. ergo ad prudencioribus false religiones. quia senciebant esse falsas
sed non est inducta vera. quia qualis aut ubi esset ignorabant. Itaque sic ha-
buerunt tamquam nulla esset omnino. quia veram non poterant invenire. Et eo-
dem modo inciderunt in errorem multo maiorem quam illi qui falsa tenebant. Nam
isti fragilium cultores. quamvis sint inepti. quia celestia constituunt in rebus
corruptibilibus atque terrenis: aliquid tamen sapiencie retinent: et habere
veniam possunt: quia summum hominis officium: etsi non re ipsa tamen proposito tenent
Siquidem hominum atque mutorum vel solum vel certe maximum in religio-
ne discrimen est: hi vero quanto fuerunt sapienciores: quod intellexerunt
false religionis errorem: tanto sunt facti stulciores: illos ve qui falsam
religionem susceperunt. An eos qui nullam: sed ut dixi venia concedi potest im-
peritis. et qui se sapientes esse non fatentur. his vero non potest: qui sapientiam
professi stulticiam potius exhibent. Non sum equidem tam iniquus. ut eos
putem divinare potuisse: ut veritatem per se ipsos invenirent: quod ego fi-
eri non posse confitear: sed hoc ab illis exigo: quod racione ipsa prestare po-
tuerunt: fecerent enim prudencius. si et intelligerent esse aliquam veram. et
falsis impugnatis aperte pronunciarent: eam que vera esset ab hominibus teneri
sed movent eos fortasse illud: quod si qua vera esset religio exereret se ac
vindicaret: nec pateretur esse aliud quicquam Videre enim nullo modo poterant. quare
aut a quo et quemadmodum religio vera opprimeretur. quod est divinum sacramenti
et celestis archani. id nisi doceatur: aliquis scire nullo pacto potest Summa
rei hec est imperiti et insipientes falsas religiones pro veris habent: quia ne-
que veram sciunt: neque falsam intelligunt: prudenciores vero quia nesciunt. aut
in his quas falsas esse intelligunt perseverant. ut aliquid tenere videantur. aut
omnino nichil ne incidant in errorem. cum id ipsum maximi sit erroris
vitam pecudum sub figura hominis imitari. Falsum vero intelligere est quidem
sapientie sed humane Ultra hunc gradum procedi ab homine non potest: itaque multi phi-
losophorum. ut docui religiones sustulerunt: verum autem scire divine sapientie
est. homo autem per se ipsum pervenire ad hanc scienciam non potest nisi doceatur. Adeo
philosophi quod summum fuit humane sapientie assecuti sunt. ut intelligerent
quid non sit. illud assequi nequiverunt. ut dicerent quid sit Nota Cice-
ronis vox est. utinam tam facile vera invenire possem quam falsa convince-
re. Quod quia vires humane condicionis excedit: eius officii facultas
nobis. attributa est. quibus tradidit deus scienciam veritatis. Cuius ex-
plicande quattuor posteriores libri servient. nunc interim falsa ut cepimus
detegamus. Quid igitur maiestatis possunt habere simulachra. que fuerunt in homi-
nis potestate: vel ut aliud fierent. vel ut omnino non fierent Idcirco apud
Oracium Priapus ita loquitur. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum
cum faber incertus scamnum faceretne Priapum Maluit esse deum Deus inde
ego furum aviumque maxima formido. Quis non sit hoc tanto custode securus
Fures enim tam stulti sunt: ut Priapi tentiginem timeant: cum aves ipse
quas terrore falcis aut inguinis abigi existimant simulachris fabre
factis insidant nidificent inquinent Sed Flaccus ut satirici carminis
scriptor derisit hominum vanitatem Verum hii qui faciunt seriam rem se
facere opinantur. Denique poeta maximus: homo in ceteris prudens in hoc
non poetice sed aniliter desipit. cum in illis emendatissimis libris. eciam
fieri hoc iubet. Et custos furum atque avium cum falce saligna. Hellespon-
tiaci servet tutela Priapi. Adorant ergo mortalia ut immortalibus facta
frangi et cremari per se possunt: nam et tectis vetustate labentibus sepe com-
minui solent: et consumpta incendio dilabuntur in cinerem: et plerumque nisi
sua illis magnitudo subvenerit. aut custodia diligens sepserit: in predam
furibus cedunt. Que igitur insania est ea timere. pro quibus aut ruine aut
ignes aut furta timeantur. que vanitas ab his aliquam sperare tutelam
que tueri semetipsa non possunt. Que perversitas ad eorum presidia decurre-
re: que ipsa cum violantur inulta sunt: nisi a colentibus vindicentur Ubi ergo

veritas est · ubi nulla vis adhiberi potest religioni Ubi nihil quod violari possit
appareat ubi sacrilegium fieri non potest: Quicquid autem oculis manibusque subie
ctum est: id vero quia fragile est ab omni ratione immortalitatis alienum est
Frustra igitur homines auro · ebore gemmis deos excolunt: et exornant: quasi
vero ex his rebus ullam possint capere voluptatem: Quis usus est precio
sorum munerum nihil sentientibus An ille · qui mortuis · pari enim ratione
defunctorum corpora odoribus · ac preciosis vestibus illita · et convoluta humi
condunt: qua deos honorant: qui neque cum fierent senciebant: neque cum
coluntur sciunt: nec enim sensum consecratione sumpserunt Non placebat Persio
quod aurea vasa templis inferantur Supervacuum putavit esse inter religio
nes · quod non sanctitatis sed avaricie sit instrumentum Illa enim satius esse deo
quem recte colas inferre pro munere: compositum ius fasque animo sanctos
que recessus mentis · et incoctum generoso pectus honestum Egregie sa
pienter quod sensit Verum illud ridicule subdidit: hoc esse aurum in templis
quod sunt veneri donate a virgine pupe quas ille ob vilitatem fortasse con
tempserit Non videbat enim simulachra ipsa: et effigies deorum: policleti
et euphranoris · et fidie manu ex auro atque ebore perfectas: nihil esse quam
grandes pupas: non a virginibus · quarum lusibus venia dari potest: sed a barba
tis hominibus consecratas Merito igitur etiam senum stulticiam Seneca deridet
Non inquit bis pueri sumus ut vulgo dicitur sed semper: verum hoc inter
est quod maiora nos ludimus · Ergo his ludicris et ornatis: et grandibus
pupis: et unguenta et odores inferunt his opimas · et pingues hosti
as immolant: quibus est quidem os: sed carens officio dentium his peplos et
indumenta preciosa: quibus usus velaminis nullus est · his aurum et argentum
consecrant · que tam non habent qui accipiunt · quam qui illa donaverunt · Nec im
merito Dyonisius · sycilie tyrannus · post victoriam grecie potitus deos ta
les contempsit spoliavit illusit Siquidem sacrilegia sua iocularibus
bus etiam dictis prosequebatur · nam cum Iovi olympio aureum amiculum
detraxisset · laneum iussit imponi dicens · estate esse grave aureum hyeme
frigidum · laneum vero utrique tempori aptum Idem auream barbam detra
here esculapio · incongruum et iniquum esse ait · cum appollo pater eius im
berbis: adhuc esset ac levis · priorem filium quam patrem barbatum videri Item
pateras · et coronas · et parva quedam sigilla · que simulachrorum protentis
manibus tenebantur detrahebat: et accipere se illa non auferre dicebat
Perquam enim stultum esse · et ingratum nolle accipere · ab his ultro porrigenti
bus · a quibus bona sibi homines precarentur · Hec ille fecit impune: quia rex
et victor fuit Quin etiam secuta est eum solita felicitas Vixit enim usque ad se
nectutem · regnumque per manus filio tradidit In eo igitur quia homines sacrilegia
vindicare non poterant · oportuit deos ipsos sui vindices esse At si hu
milis quid tale commisisset huic presto sunt flagella · ignes · eculei cruces et
quicquid excogitari iratis atque furentibus licet Sed cum puniunt deprehen
sos in sacrilegio ipsi deorum suorum potestate diffidunt · Cur enim non ipsis
potissimum relinquant ulciscendi sui locum si eos posse aliquid arbitrantur
Quin etiam possunt illorum numine accidisse: ut predones rerum sacrarum compre
hensi tenerentur: et seviunt non tam ira quam metu · ne si deorum iniurias
non vindicaverint · ipsos expectant pene incredibili sed vanitate: qui
nocituros sibi deos putent ob aliena scelera: qui ipsi a quibus violati spo
liatique sunt per se ipsos nihil nocere potuerunt At enim per se ipsi quoque in sacrile
gos vindicaverunt · potest id vel casu accidisse: quod aliquando non semper
Sed tamen paulo post id quod acciderit ostendam Nunc interim quero · cum illa
tot ac tanta sacrilegia in dyonisio non vindicaverint: qui non furtim sed pa
lam ludibrio deos habuit Cur hunc tam potentem sacrilegum a templis
a ceremoniis ab imaginibus suis non arcuerunt · Cur etiam sacris rebus ab
latis prospere navigavit · quod ioco ipse testatus est ut solebat Videtis ne in
quit comitibus suis naufragium timentibus quam prospera sacrilegis navigatio ab

ipsis diis immortalibus tribuat. Sed hic fortasse platone dedicerat deos
nihil esse. Quid G. verres. quem tullius accusator eius eidem dyonisio
et falaridi et tyrannis omnibus comparat Nonne omnem syciliam compila-
vit sublatis deorum simulachris ornamentisque fanorum. ociosum est per-
sequi singula Unum libet commemorare in quo accusator omnibus eloquen-
cie viribus. omni denique conatu vocis et corporis deplorant. cererem
vel cathinensem vel hennensem. quarum alterius tanta fuit religio ut adire
templi eius secreta penetralia viris nefas esset. alterius antiquitas tanta
ut omnes historie loquantur ipsam deam fruges in henne sola primum re-
perisse filiamque eius virginem ex eodem loco raptam. Denique grachanis
temporibus turbata r. p. et sedicionibus et ostentis cum repertum esset in
carminibus sibillinis antiquissimam cererem debere placari. legati sunt
ennam missi. Hec igitur ceres vel religiosissima quam videre maribus ne
adorandi quidem gratia licebat. vel antiquissima quam senatus populusque ro.
sacrificiis donisque placaverat. ex archanis ac vetustis penetralibus
a G. verre immissis latronibus servis impune sublata est Idem vero cum
affirmaret se a siculis. ut causam provincie susciperet oratum. his usus est
verbis. Esse iam ne deos quidem in suis urbibus ad quos confugerent
here. quorum simulachra sanctissima G. verres ex delubris religiosissimis
sustulisset. quasi vero si verres ex urbibus delubrisque sustulerat. de celo
quoque sustulerat Unde apparet istos deos nihil habere in se amplius quam
materiam de qua sunt fabricati Nec immerito ad te M. tulli. hoc est
ad hominem siculi confugerunt. qui triennio sunt experti deos illos nichil va-
lere. Essent enim stultissimi si ad eos ob defendendas iniurias hominum
confugissent. qui G. verri nec pro se ipsis irati esse potuerunt At enim ver-
res ob hec facinora dampnatus est. non igitur dii vindicaverunt. sed cice-
ronis industria. quia vel defensores eius oppressit vel gratie restitit
Quid quod apud ipsum verrem non fuit illa dampnacio sed vacacio
ut quemadmodum dyonisio deorum spolia gestanti dii immortales bonam
dederunt navigacionem. sic etiam verri bonam quietem tribuisse videantur
in qua sacrilegiis suis tranquille frui posset Nam fervientibus postea
5 bellis civilibus. sub obtentu dampnacionis. ab omni periculo ac metu remo-
tus aliorum graves casus ac miserabiles exitus audiebat: et qui ce-
cidisse solus universis stantibus videbatur. is vero universis cadentibus
solus stetit. donec illum et opibus sacrilegio partis et vita saciatum ac
senectute confectum proscripcio triumviralis auferret. eadem scilicet que tullium
violate deorum maiestatis ultorem. Quin etiam felix in eo ipso fuit
quod ante suam mortem crudelissimum exitum sui accusatoris audivit diis
videlicet providentibus: ut sacrilegus ac predo ille religionum suarum non
ante moreretur quam solacium de ulcione cepisset. Quanto igitur rectius est
omissis insensibilibus et vanis oculos eo tendere: ubi sedes ubi habi-
// firmitate tacio est dei: qui terram stabili firmate suspendit: qui celum distinx-
it astris fulgentibus: qui solem rebus humanis clarissimum ac singu-
lare lumen in argumentum sue unice maiestatis accendit. terris autem
maria circumfudit: flumina sempiterno lapsu fluere precepit. iussit et exten-
di campos subsidere valles fronde tegi fruges silvas. lapidosos
surgere montes. Que utique omnia non iupiter fecit qui ante annos mil-
le septingentos natus est Sed ille opifex rerum mundi melioris origo
qui vocatur deus. cuius principium. quoniam non potest comprehendi ne queri quidem de-
bet Satis est homini ad penam perfectamque prudenciam si deum esse
intelligat. cuius intelligencie vis et summa hec est: ut suscipiat et
honorificet communem parentem generis humani. et rerum mirabilium fabri-
catorem Unde quidem hebetes obtusique cordis elementa que et facta sunt
et carent sensu tamquam deos adorant: qui cum dei opera mirarentur id est
celum cum variis luminibus. terram cum campis et montibus: maria cum fluminibus

et stagnis et fontibus cum rerum admiratione obstupefacti · et ipsius ar-
tificis obliti · quem videre non poterant · opera eius venerari et colere
ceperunt : nec umquam intelligere quiverunt : quanto maior : quanto mirabili-
or sit · qui illa fecit ex nihilo · qui cum videant divinis legibus obsequentia
comodis atque usibus hominis perpetua necessitate famulari : tamen illa deos
existimant esse ingrati adversus beneficia divina · qui deo et patri in-
tellegentissimo sua sibi opera pretulerunt Sed quid mirum si aut barbari
aut imperiti homines erraverunt · cum etiam philosophi stoice discipline
in eadem sint opinione ut omnia celestia : que moventur : in deorum numero
habenda esse censeant Siquidem lucilius stoicus apud ciceronem sic
loquitur : hanc igitur in stellis constantiam : hanc tantam tam variis
cursibus in omni eternitate convenientiam temporum non possum intelligere sine
mente · ratione · consilio · Que cum in sideribus esse videamus · Non possumus
ea ipsa non in deorum numero ponere Item paulo supra restat inquit
ut motus astrorum sit voluntarius · que qui videat : non docte solum
verum etiam impie faciat : si deos esse neget Nos vero et quidem con-
stanter negamus : ac vos o philosophi non solum indoctos et impios
verum etiam etiam cecos ineptos deliros probamus · qui ignorantiam im-
peritorum vanitate vicistis Illi enim solem et lunam · vos etiam sidera deos
putatis Tradite igitur nobis stellarum mysteria ut aras ac templa singu-
lis erigamus ut sciamus quo quamque ritu · quo die colamus : quibus
nominibus : quibus precibus advocemus : nisi forte nullo discrimine tam in-
numera : tam minutos deos acervatim colere debemus Quid quod
argumentum illud · quo colligunt universa celestia deos esse in contrarium
valet Nam si deos idcirco esse opinantur : quia certos et rationabiles
cursus habent errant Ex hoc enim apparet deos non esse : quod exorbitare illis
[itinerib(us)] a prestitutis itineribus non licet Ceterum si dii essent huc atque illuc passim
sine ulla necessitate ferrentur sicut animantes in terra : quorum quia libe-
re sunt voluntates · huc atque illuc vagantur ut libuit · et quo quemque mens
duxerit eo fertur Non est igitur astrorum motus voluntarius sed necessari-
us : quia prestitutis legibus officiisque deserviunt Sed cum disputaret
de cursibus siderum quos ex ipsa rerum ac temporum congruentia non inte-
lligebat non esse fortuitos · existimavit voluntarios esse : tamquam non possent
tam disposite tam ordinate moveri nisi sensus illis esset officii sui
O quam difficilis est ignorantibus veritas · et quam facilis scientibus Si
motus inquit astrorum fortuiti non sunt : nihil aliud restat : nisi ut vo-
luntarii sint Immo vero ut non esse fortuitos manifestum est : ita nec volun-
tarios Quomodo igitur in conficiendis itineribus constantiam suam
servant Nimirum deus universi artifex · sic illa disposuit · sic machina-
tus est : ut per spatia celi divina et admirabili ratione decurrerent ad
efficiendas sibi temporum succedentium varietates An archimedes siculus
concavo ere similitudinem mundi · ac figuram potuit machinari : in quo
ita solem lunamque composuit ut inequales motus et celestibus similes con-
versionibus singulis quasi diebus efficerent : et non modo accessus solis ac
recessus vel incrementa · diminutionesque lune : verum etiam stellarum vel
inerrantium vel vagarum dispares cursus orbis ille dum vertitur exhiberet
Deus ergo illa vera non potuit machinari et efficere que potuit sollertia
hominis imitatione simulare Utrum ne igitur stoicus · si astrorum figuras in il-
lo ere pictas effictasque vidisset · suo illa consilio moveri diceret : ac non
potius artificis ingenio Inest ergo sideribus ratio ad peragendos me-
atus suos apta : sed dei est illa ratio qui et fecit et regit omnia : non ipsorum
siderum que moventur Nam si solem stare voluisset perpetuus utique di-
es esset Item si motus astra non haberent quis dubitat sempiternam noctem
futuram fuisse Sed ut diei ac noctis vices essent : moveri ea voluit
et tam varie moveri · ut non modo lucis atque tenebrarum mutue vicissi-

tudines fierent : quib9 et laboris et quietis alterna spacia constarent
si etiā frigoris · et caloris ut diuisorum tp̄orum uis ac ptās ul' maturā
dis frugib9 conueniret Quā solertiam diuine ptātis in generandis i
tenebris astror : quia philo' nō uidebant aīalia eē sidera putauerunt
tanq̄ pedib9 et sponte nō diuiā racione pcederent Cur aūt illa exco-
gitauerit deus · quis nō intelligit · scilicet ne solis lumine decedente
in nimī ceca nox terris atq3 horrentib9 tenebris ingrauesceret · noce
ret q3 uiuentib9 · ita et celum mira simul uarietate distinxit : et tene
bras ipās multis minutisq3 luminib9 temperauit Quanto igr̄ nūso
prudencius : q̄ illi qui sapientie studere se putant · qui sentit adeo lūia
illa ut horrorem tenebrarum depellerent instituta Is cum librum quo phe-
nomena breuiter cōphendit · his trib9 uersib9 t'minauit Tot numero
taliq3 deus simulachra figura imposuit celo · p que atras sparsa tenebrās
Clara pruinose iussit dare lūia nocti Quod si fieri nō pōt · ut stelle
dij sint : ergo ne sol quidem in quo illa oīā continent̄ Simili mō si terā
quam calcamus quam subigim9 et colim9 ad uictum : deus nō ē nec
campi quidem · nec montes dij erūt Si hi nō sūt g'o nec tellus quidē
vniusa deus uideri pōt Item si aqua que seruit aīantib9 ad usum biben
di aut lauandi deus non est : ne fontes quidem ex quib9 aqua pro
fluit Si fontes nō sūt : ne fluuia quidem qui de fontib9 colligūt Si
fluuiā q3 dij nō sūt · g'o et mare qd̄ ex fluminibus constat deus hri non
pōt Quod si neq3 celum neq3 terā neq3 mare que mūdi partes st
dij eē pnt : ergo ne mundus totus deus ē : quidem idem ipi stoici
et aīantem et sapientem eē contendūt : et pptea deū in quo · tām in con
stantes fuerūt ut nihil ab his dictum sit · quod nō abunde fuerit euer
sum Sic ē argumētant̄ fieri nō posse ut sensu careat qd̄ sensibilia ex
se generat Mundus aūt generat hoīem · qui ē sensu pditus : g'o et ipm
eē sensibilem Item sine sensu eē nō posse cui9 ps habeat sensum Igit'
quia homo sensibilis ē : etiā mūdo cui9 ps homo ē inesse sensum · Pro
positiones quidem uere sūt : et sensibile eē · qd̄ sensu pditū gignat · et i
hrē sensum cui9 ps sensu aucta sit : s3 assūpciones false : quib9 argumē
ta concludūt : quia neq3 mundus generat hoīem : neq3 homo mūdi ps
ē Nam hoīem a pricipio idem deus fecit · qui et mundum : et nō ē mūdi
ps homo · sicut corporis membrum · Potest ē mundus eē sine hoīe : sicut urbs
et domus : atq3 ut domus unius hoīs habitaclm ē : ut urbs unius
populi : sic et mūdus domicilium totius generis hūani : et aliud ē qd̄
incolitur · aliud qd̄ incolit · S3 illi dum student · id qd̄ falso susceperant
confirmare · et sensibilem eē mundum · et deum : argumentorum suorum conse
quenciam non uiderūt · Nam si mūdi ps ē hō · et sensibilis ē mundus i
quia homo sentit : ergo quia mortalis ē homo : mortalis sit et mūdus
necesse ē : nec tm̄ mortalis · s3 et oīb9 morbis passionib9 q3 subiect9
Et econūrio si deus ē mundus : et partes eius utiq3 ī mortales sunt
ergo et homo deus est : quia ps est · ut dicitis mūdi Si homo in
menta et pecudes · et cetā genā bestiarum · et auium et piscium quā · et
illa eodem mō senciūt · et mūdi ptes sūt · At hoc tollerabile ē : nam et h
colunt egypcij · S3 res eo puenit : ut rane et culices et formice dij eē
uideantur : quia et ipis inest sensus · et ex pte mūdi sūt : ita semp ar-
gumenta · ex falso petita ineptos · et absurdos exitus hnt · Quid q
idem ipi aiūt · deorum et hoīum causā mūdū eē constructum q'i cōmunem
domum · Ergo mundus nec deus ē : nec ~~aīāt~~ si constructus ē Animans
ē nō construit' · s3 nascitur : et si ē edificatus sic utiq3 tanq̄ domus tam
q̄ nauis · Est ergo aliquis artifex mūdi deus : et seorsum erit mundus
qui factus ē · seorsum ille qui fecit Iam illud quia repugnans et absur
sum q' cum celestes ignes ceteraq3 mūdi elementa deos eē affirment
item mundum · et ipm deum dicūt · Quō pt ex multorum deorū aceruo

Ar ~ y pomitas mūdi esse aīantem et deum

aīans

vnus deus conficit. Si astra dii sunt ergo non deus sed domicilium deorum est
Si non mundus deus est. ergo illa omnia que sunt in eo dii non sunt: sed dei membra
que utique solidi nomen accipere non possunt. Nec enim recte quis dixerit. membra
hominis unius multos homines esse: sed tamen non est similis comparatio animalis et mundi
animal enim quia sensu preditum est: et membra eius habent sensum. nisi a corpore di
vulsa brutescunt. Cuius igitur rei similitudinem gerat mundus, innuimus ipsi do
cent. eum factum esse non diffitentur. ut esset diis et hominibus quasi communis domus. Si
ergo est constructus ut domus nec ipse deus est. nec elementa que sunt i
partes eius: quia neque domus habere dominium sibi potest. neque illa de quibus
domus constat. Non tantum igitur veritate: sed etiam rebus suis repugnant.
Sicut enim domus inhabitandi usum facta per se nihil sentit. dominoque
subiecta est. qui eam fecit aut incolit. ita mundus per se nihil sentiens: fac
tori deo subiacet: qui eum in usum suum fecit. Duplici ergo racione peccatur ab
insipientibus. primum quod elementa, id est dei opera deo preferunt: Deinde quod elemen
torum suorum figuras humana specie comprehensas colunt. Nam solis luneque si
mulachra humanum in modum formant Item ignis et terre et maris. que illi
vulcanum vestam neptunum vocant. nec elementis ipsis in aperto. Tanta ho
minum imaginum cupiditas tenet: ut iam viliora ducantur illa que vera
sunt. Auro scilicet et gemmis. et ebore delectantur. horum pulchritudo ac ni
tor perstringit oculos: nec ullam religionem putant. ubicumque ista non
fulserint. Itaque sub obtentu deorum. avaricia et cupiditas colitur. credunt enim
deos amare quicquid ipsi concupiscunt quicquid est propter quod furta. et homicidia
et latrocinia quotidie seviunt. propter quod bella per totum orbem populos urbesque
que subvertunt. Consecrant ergo diis manubias. et rapinas suas: quos
certe necesse est imbecilles esse. ac summe virtutis expertes. si subiecti sunt
cupiditatibus. Cur enim celestes eos putemus: si desiderant aliquid e terra vel
vel beatos: si aliqua re indigent. vel incorruptos si voluptati habent
ea in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur. Veni
unt igitur ad deos. non tam religionis gratia. que nulla potest esse in rebus male partis
et corruptibilibus. quam ut aurum oculis hauriant. nitorem levigati marmo
ris aut eboris aspiciant: ut insignes lapillis. et coloribus vestes: vel dis
tincta gemmis fulgentibus pocula insaciabili contemplacione contrectent
et quanto fuerint ornaciora templa et pulchriora simulachra. tanto plus
maiestatis habere credunt. Adeo religio eorum nihil est aliud quam cupiditas hu
mana miratur. He sunt religiones que sibi a maioribus suis tradite pertina
cissime tueri ac defendere perseverant Nec considerant quales sint: sed
ex hoc probatas. atque veras esse confidunt: quod eas veteres tradiderunt. tan
taque auctoritas vetustatis ut inquirere in eam scelus esse dicatur. Itaque creditur
ei passim tanquam cognite veritati. Denique apud ciceronem sic dicit cotta
lucilio. habes balbe quid cotta. quid pontifex senciat. fac nunc ego in
telligam. quid tu sencias. a te enim philosopho racionem religionis acci
pere debeo. Maioribus nostris eciam nulla racione reddita racionis est credere
Si credis cur ergo racionem requiris: que potest efficere ne credas Si
racionem queris. et querendam putas. ergo non credis ideo eam queris. ut
eam sequaris cum inveneris. Docet te ecce racio. non esse veras religiones
deorum: quid facies Maiores ne potius an racionem sequeris: que quidem
tibi non ab alio insinuata: sed a te ipso inventa et electa est. cum omnes religi
ones radicitus eruisti Si racionem mavis discedere te necesse est ab in
stitutis. et auctoritate maiorum: quoniam id solum rectum est quod racio prescribit Si
autem pietas maiores sequi suadet fatere igitur et stultos illos fuisse. qui ex
cogitatis contra racionem religionibus servierunt. et ineptum qui id colas
quod falsum esse convicerimus. Sed tamen quia nobis tantopere maiorum nomen op
ponitur videamus tamen qui fuerint maiores illi. quorum auctoritate discedi nefas
ducat Romulus urbem conditurus. pastores inter quos adoleverat
convocavit. cumque is numerus condende urbi parum idoneus videretur

constituit asylum. Eo passim confugerunt ex finitimis locis passim quoque
sine ullo condicionis discrimine. Ita conflavit ex his omnibus populum. legit
que in senatum eos qui etate ante ibant. et patres appellavit quorum consi
lio gereret omnia. de quo senatu pertinens eligiarum scriptor hec loquitur.
buccina cogebat priscos ad verba quirites. Centum illi in prato sepe
senatus erat. Curia pretexto nunc que nitet alta senatu. pellitos habuit
rustica corda patres. Hy sunt patres quorum decretis eruditi. ac
prudentes viri devotissime serviunt; idque verum atque inmutabile omnis
posteritas iudicet. quod centum pelliti senes statutum esse voluerunt
Quos tamen ut in primo libro dictum est pompilius illexit ut vera esse creder
rent sacra que ipsa tradebat. Est vero quod eorum auctoritas tanti habeatur a
posteris. quos nemo cum viverent. neque summis neque infimis affinita
te dignos iudicavit. Quare oportet in ea re maxime in qua vite ra
tio versatur sibi quemque confidere; suoque iudicio ac propriis sensibus niti: ad in
vestigandam. et perpendendam veritatem; quam credentem alienis errori
bus decipi tamquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus deus pro virili par
tione sapientiam ut et inaudita investigare possent. et audita perpendere
Nec quia nos illi temporibus antecesserunt: sapientia quoque antecesserunt
que si omnibus equaliter datur. occupari ab antecedentibus non potest. In
libabilis est tamquam lux. et claritas solis: quia ut sol oculorum. sic sapientia lu
men est cordis humani. Quare cum sapere. i. veritatem querere omnibus
sit innatum; sapientiam sibi adimunt. qui sine ullo iudicio inventa maiorum
probant. et ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc fallit quod maiorum nomine
posito. non posse: ut aut ipsi plus sapiant: quia minores vocantur
aut illi desipuerunt. quia nominantur. Quid igitur impedit: quin ab ipsis
sumamus exemplum. et quomodo illi que falsa invenerant. posteris tradiderunt
sic nos qui verum invenimus posteris melioria tradamus. Superest ingens
questio cuius disputatio non ab ingenio. sed a scientia venit: que pluribus
explicanda erit; ne quid omnino dubium relinquatur. Nam fortasse aliquis
ad illa confugiat. que a multis et non dubiis traduntur auctoribus eos ipsos
quos docuimus deos non esse maiestatem suam per sepe ostendisse. et prodigiis
et somniis. et aliis auguriis et oraculis. Et sane multa enumerare possunt
digna miracula. In primis illud quod accius navius summus augur cum
tarquinium priscum commoneret. ut nichil novi facere inciperet: nisi pri
mus esset inauguratus. eique rex artis eius elevans fidem diceret ut con
sultis avibus renunciaret sibi. utrum ne fieri posset id quod ipse animo con
cepisset. affirmaret que navius posse. Cape igitur inquit hanc cotem eam
que novacula discide At ille incunctanter accepit ac secuit. Deinde
illud quod castor et pollux bello latino apud lacum iuturne: visi sunt
equorum sudorem abluentes. cum edes eorum que iuncta fonti erat sua sponte
te patuisset Idem bello macedonico equis albis insidentes. publio vatieno
romam nocte venienti se obtulisse dicuntur. nunciantes eo die regem
persen victum atque captum. Quod paucis post diebus littere pauli verum
esse docuerunt Illud etiam mirabile quod simulachrum fortune muliebre
bre: non semel locutum esse traditur. Item iunonis monete cum captis
veiis. unus ex militibus ad eam transferendam missus iocabundus ac
ludens interrogaret: utrum ne romam migrare vellet: velle respondit
Claudia quoque proponitur in tempore miraculi: nam cum ex libris sibilli
nis idea mater esset accita et in vado tyberini fluminis navis qua vehebatur
tur hesisset nec ulla vi commoveretur: claudiam ferunt que semper im
pudica esset habita obnixius corporis cultus deam summissis genibus
orasse ut si se castam iudicaret suum cingulum sequeretur: ita navem
que ab omni iuventute non valuit commoveri. a bonina muliere esse commo
tam Illud eque mirum quod hic semetipse esculapius epidauro accitus: ur
bem romam diuturna pestilencia liberasse perhibetur Sacrilegi quoque

numerant

numen post quorum presentibus penis iniurias suas dii vindicasse creduntur
Appius claudius censor cum adversum responsum sacra herculis transtu
lisset ad servos publicos luminibus orbatus est · Et potitiorum gens que pro
didit : intra unius anni tempus extincta est Item censor fulvius cum ex
iunonis latinie templo marmoreas tegulas abstulisset : quibus edem
fortune equestris quam rome fecerat tegeret : et mente captus est
et amissis duobus filiis in illirico militantibus : summo animi merore con
sumptus est · Prefectus etiam M · antonii turullius cum apud choos euerso
esculapii luco ambitibus cesaris interfectus est · hiis exemplis adiun
gitur pirrus qui sublata ex thezauro proserpine locrensis pecunia
naufragium fecit ac inermis dee litoribus illisus est ut nichil preter
eam pecuniam incolumem reperiretur Ceres quoque milesia multum sibi
apud homines venerationis adiecit : Nam cum ab alexandro capta
civitas esset : ac milites ad eam spoliandam irrupissent oculos omnium
repente obiectus fulgor ignis extinxit Reperiuntur etiam somnia que vim
deorum videantur ostendere · Tiberio namque atinio homini plebeio · per
quietem observatus esse iupiter dicitur : et precepisse ut consulibus
et senatui nunciaret ludis circensibus proximis presultorem sibi disp
licuisse : quem antronius quidam verberatum servum sub furca medio circo
ad supplicium duxerat ideoque ludos instaurari oportere Quod cum
ille neglexisset eodem die filium perdidisse : ipsum autem gravi morbo esse
correptus : et cum rursus eandem imaginem cerneret · querentem
satis ne penam pro neglecto imperio pependisset : lectica delatus ad con
sules · et omni re in senatu exposita recepisse corporis firmitatem
suisque pedibus domum redisse Illud quoque somnium non minoris ammi
racionis fuit : quo cesar augustus dicitur esse servatus Cum bello ci
vili bruttiano implicitus gravi morbo abstinere prelio statuisset
medico eius artorio minerve species obversata est · monens : ne propter
corporis inbecillitatem castris se cesar contineret : itaque in acie lec
tica perlatus est : et eodem die a bruto castra capta sunt Multa preterea
possunt similia exempla proferri : sed vereor ne si fuero in opposicione rerum
materiam diutius immoratus · aut oblitus esse propositi videar · aut cu
mei loquacitatis iniuriam Exponam igitur istorum omnium racionem : quo
facilius res difficiles et obscure intelligantur : et has omnes simulati nu
minis prestigias revelabo : quibus inducti homines · a veritatis via
longius recesserunt Sed repetam longe altius ut siquis ad legen
dum veri expers et ignarus accesserit instituatur atque intelligat quod
tandem sit caput et causa malorum : et hinc accepto fuos · ac totius
generis humani perspiciat errores · Cum esset deus ad excogitandum provi
dentissimus : ad faciendum sollertissimus · antequam ordiretur hoc opus
mundi : quoniam plenus et consummati boni fons in ipso erat : sicut est semper
ut ab eo bonum tamquam rivus oriretur longeque proflueret : produxit si
milem sui spiritum qui esset virtutibus patris dei preditus · Quomodo autem id
voluerit in quarto docere conabimur libro Deinde fecit alterum in
quo indoles divine stirpis non permansit Itaque suapte invidia tamquam
veneno infectus est : et ex bono ad malum transcendit : suoque arbi
trio · quod illi a deo liberum fuerat datum contrarium nomen sibi asci
vit Unde apparet cunctorum malorum fontem esse livorem Invidit enim illi an
tecessori suo · qui deo patri perseverando · tum comprobatus est et carus
est : hunc ergo ex bono per se malum effectum greci ΔΙΑΒΟΛΟΝ appellant nos
criminatorem nominamus · quod crimina in que ipse illicit ad deum deferat · Exor
sus igitur deus fabricam mundi : illum primum et maximum filium preficit
operi in inmenso · eoque simul et consiliario usus est : et artifice et in
excogitandis ordinandis perficiendisque rebus : quoniam is et providen
tia et racione · et potestate perfectus est · de quo nunc parcius · quod alio loco

et virtus eius et nomen et racio enarranda nobis erit. Nemo quae
rat ex quibus ista materiis tam magna tam mirifica deus opera fecerit
omnia enim fecit ex nichilo. nec audiendi sunt poete qui aiunt chaos in
principio fuisse id est confusionem rerum atque elementorum. postea vero deum di
remisse omnem illam congeriem singulisque rebus ex confuso acervo se
paratis in ordinemque descriptis instruxisse mundum pariter et ornasse.
Quibus facile est respondere potestatem dei non intelligentibus quem credant
nichil efficere posse nisi ex materia subiacente ac parata: in quo errore
etiam philosophi fuerunt. Nam cicero de natura deorum disputans ait
sic. Primum igitur non est probabile eam materiam rerum unde omnia orta sunt
sunt esse divina providencia effectam: sed habere et habuisse vim et naturam suam.
Ut igitur faber cum quid edificaturus est. non ipse facit materiam sed
utitur ea que sit parata: fictorque item cera: sic isti providencie di
vine materiam presto esse oportuit. non quam ipse faceret: sed quam haberet
paratam. Quod si materia non est a deo facta. ne terra quidem et aer
et aqua vel ignis a deo factus est. O quam multa sunt vicia in his .x.
versibus. primum quod is qui maluis disputationibus et libris fere omnibus
providencie fuerit assertor. et qui acerrimis argumentis impugna
verit eos qui providenciam non esse dixerunt. idem nunc quasi proditor ali
quis aut transfuga providenciam conatus est tollere: in quo si contradicere
velis. nec cogitatione opus est: nec labore sua illi dicta recitanda
sunt. Nec enim poterit ab ullo cicero: quam a cicerone vehemencius re
futari. Sed concedamus huic vel hos more et instituto academicorum
ut liceat hominibus valde liberis dicere ac sentire que velint: sententiam ipsam
consideremus. Non est inquit materiam rerum probabilem a deo factam. Q
uibus hoc argumentis doces. Nichil enim dixisti quare hoc non sit pro
babile. itaque mihi e contrario vel maxime probabile videtur. Nec tamen temere
videtur cogitanti plus esse aliquid in deo: quem profecto ad imbecil
litatem hominis redigis cum nichil aliud quam opificium concedis. Quo
igitur ab homine divina illa vis differet. si ut homo sic etiam deus ope
indiget aliena. Indigit autem si nichil moliri potest nisi ab altero illi ma
teria ministretur. Quod si sic imperfecte utique virtutis est: et erit iam
potencior iudicandus materie institutor. Quo ergo nomine appellabitur
qui potencia deum vincit. Siquidem maius est propria facere quam aliena
instituere. Si autem fieri non potest: ut sit potencius deo quicquam. quem
necesse est perfecte esse virtutis potestatis racionis. Idem igitur materie fictor est
qui et rerum ex materia constancium. Neque enim deo non faciente aut +
invito esse aliquid aut potuit aut debuit. Sed probabile est inquit ma
teriam rerum habere et habuisse vim et naturam suam: quam vim potuit habere
nullo dante: quam naturam nullo generante. Si habuit vim ab aliquio
eam sumpsit: a quo autem sumere nisi a deo potuit. Si habuit naturam quam uti
que a nascendo dicitur nata est. a quo autem nisi a deo potuit procreari. Na
tura enim qua dicitis orta esse omnia si consilium non habet efficere nihil
potest. si autem generandi et faciendi potens est. habet ergo consilium
et propterea deus sit necesse est: nec alio nomine appellari potest cui in
est et providencia excogitandi: et sollercia potestasque faciendi. Melius
igitur seneca omnium stoicorum acutissimus: qui vidit nichil aliud esse natu
ram quam deum. Ergo inquit deum non laudabimus: cum naturalis est vir
tus: nec illam didicit ex ullo: immo laudabimus. Quamvis enim naturalis
illi sit sibi illam dedit. quoniam deus ipse natura est. Cum igitur ortum
rerum tribuis nature ac detrahis deo: in eodem luto hesitans verborum
solius. a quo est fieri negas: ab eodem plano fieri mutato nomine confite
ris. Sequitur ineptissima comparacio. Ut faber inquit cum quid edifica
turus est. non ipse faciat materiam: sed utitur ea que sit parata. fictorque item cera
sic isti providencie divine materiam esse presto oportuit: non quam ipsa faceret

s; quam hẽt paratã: nno nõ non oportuit: erit enim deus minoris po
testatis · si ex parato faciat · quod ẽ hoĩs · faber sine ligno nihil edificabit
quia lignum ipm̃ non facere nõ pot Non posse aũt imbecillitatem ẽ hũane
ille non audiendi discendique gratia querebat a quo enim posset audire
cum sciret id nemo: sed ut in causis facere solebat: interrogacione vo
luit urgere ad confessionemque producere: tanquam confideret: nihil eum pror
sus nihil posse quo minus philosophia esset magistra virtutis quod
quidem in tusculanis disputacionibus aperte professus est: ad eam ipsam conversa
oracione tanquam se declamatorio dicendi genere iactaret O vite ph
ilosophie dux inquit o virtutis indagatrix expultrixque viciorum
Quid non modo nos sed omnino vita hominum sine te esse potuisset Tu inven
trix legum: tu magistra morum et discipline fuisti Quasi non ali
quid per se ipsa sentiret At non potius ille laudandus esset qui eam
tribuit Potuit eodem modo gratias agere cibo et potui: quod sine hiis re
bus constare vita non possit: in quibus ut sensus ita beneficii nihil
est Atqui ut illa corporis alimenta sunt: sic anime sapiencia Rectius itaque
lucrecius: cum eum laudat qui primus sapienciam invenit: Sed hoc inepte
quod ab homine ineptam (inventam) putavit Quasi non illam alicubi iacentem homo
ille quem laudabat invenerit: tanquam ubi vas ad fontem ut poete aiunt
Et si repertorem sapiencie: ut deum laudavit: ita enim dicit Nemo ut opinor
erit mortali corpore cretus: nam si ut ipsa petit maiestas cognita rerum
dicendum est: deus ille fuit: deus inclite memmi: tamen non erat sic la
udandus deus quod sapienciam invenerit: sed quod hominem fecerit qui posset capere
sapienciam Minuit enim laudem qui partem laudat ex toto Sed ille ut hominem
laudavit: qui tamen ob id ipsum deberet pro deo haberi: quod sapere invenerit: nam
sic ait Nonne decebit hunc hominem divum numero dignarier esse Hinc

apparet ut pitagoram noluisse laudare: qui se primus ut dixi philosophiam (phum) no-
minavit: aut milesium thalem: qui de rerum natura primus traditur disp-
utasse Cum enim hominem querit extollere rem ipsam depressit: non est enim
magna si ab homine potuit inveniri Verum potest ut poete dari venia
At ille idem perfectus orator: summus philosophus ne grecos reprehen-
dam: quorum levitatem semper accusat: et tamen sequitur ipsam sapientiam quam
alias donum alias inventum deorum vocat: poetice figuratum laudat
infaciem: graviter etiam queritur extitisse aliquos qui eam vituperaret
Quamquam ne inquit vituperare vite parentem: et hoc parricidio se inquina-
re audeat et tam impie ingratus esse Nos ergo M. tulli parricide sumus
et insuendi te iudice in culleum qui philosophiam negamus parentem esse vite
aut tu qui adversus deum tam impie ingratus es Non huic cuius effigi-
em veneraris in capitolio sedentem: sed illum qui mundum fecit hominemque
generavit qui sapientiam quoque ipsam inter cetera celestia sua benefi-
cia largitus est Magistram tu virtutis: aut parentem vite vocas
ad quam siquis accesserit multo sit incertior necesse est quam prius fuerat +
Cuius est utilitatis: quam ipsa sibi incerta sit: adhuc philosophi non expediunt Cuius vite
cum ipsi doctores ante fuerint: senectute ac morte confecti: quam constitue-
rint quomodo vivi deceat Cuius indagatricem veritatis profiteri potes quam
sepe testaris cum tanta multitudo fuerit philosophorum: sapientem tamen extitis-
se adhuc neminem Quid ergo te magistra vite illa docuit an ut po-
tentissimum consulem maledictis incesseres: eumque hostem patrie vene-
natis orationibus faceres Sed omittamus illa que possunt excusari fortu-
ne nomine Studuisti nempe philosophie: et quidem sic ut nullus umquam diligen-
tius: quippe qui omnes cognoveris disciplinas: sicut ipse gloriari solebas: ci-
que ipsius latinus litteris illustraveris imitatoremque te platonis ostenderes
Cedo igitur quid didiceris: aut in qua secta veritatem deprehenderis in aca-
demia scilicet quam secutus es quamque probasti At hec nihil docet: nisi ut scias
te nihil scire Tum ergo te libri arguunt quam nihil a philosophia disci possit ad
vitam Hec tua verba sunt: mihi autem non modo ad sapientiam ceci videmur sed
dicuntur hebetes et obtusi Si ergo philosophia vite magistra est: cur tibi +
ipsi cecus et hebes et obtunsus videbare: quem oportuit illa docente
et sentire et sapere: et in clarissima luce versari At quam confessus fueris
philosophie veritatem docentis: ad filium compositum precepta: quibus mones philosophie
quidem precepta noscenda vivendum autem esse civiliter Quid tam repug-
nans dici potest Si noscenda sunt precepta philosophie: ideo utique noscenda
sunt ut recte sapienterque vivamus Vel si civiliter vivendum est: non est igitur
philosophia sapientia siquidem melius est civiliter: quam philosophice vivere Nam si
sapientia est que dicitur philosophia stulte profecto vivit qui non secundum philosophiam vivit
Si autem non stulte vivit qui civiliter vivit consequitur ut stulte vivat qui
philosophice vivit Tuo itaque iudicio philosophia stultitiae vanitatisque damp-
nata est Idem in consolacione id est in ope non iocularii hanc de philosophia +
sententiam tulisti Sed nescio quis nos teneat error aut miserabilis ignora-
cio veri Ubi est ergo philosophie magisterium: aut quid te docuit illa vite pa-
rens: si veri miserabiliter ignorans Quod si hec erroris ignora-
cionisque confessio: pene invito tibi ab intimo pectore expressa est Cur
non tibi fatearis aliquando verum: philosophiam quam tu nihil docentem mediam
laudibus extulisti: magistram virtutis esse non posse Eodem ductus
errore seneca: quis enim veram viam teneret errante cicerone Philosophia
inquit nihil aliud est quam recta racio vivendi scientia: vel ars recte + [margin: ...]
vivende agende Non errabimus si dixerimus philosophiam esse legem bene be-
(vite) ateque vivendi: et qui dixerit illam regulam vite: suum illi reddi-
dit Hic plane non respexit ad commune philosophie nomen: quod cum sit in plu-
res sectas disciplinasque diffusa: nihilque habeat certi: nihil denique de quo
(in Seneca) omnes consentiant Quid potest esse tam falsum quam
vivendi magistra ... ac vote consenciant

regulam uite philosophiam uocari in qua diuersitas preceptorum rectum iter impe
diat ut turbet aut legem bene uiuendi: cuius capita longe dissonant
aut sciam uite agende: in qua nihil aliud efficitur ūrā sepe dicendo
q̄ ut nemo quicq̄ sciat Queso ē utrum ne ac eadem iā philosophiam putet
esse an nō · negatiuum nō arbitror Et si ē nihil ē illorum cadit in
philosophiam: q ut omnia reddat incerta: legem abrogat · artem nullam putet
racionē subuertit · regulam deprauat: sciam funditus tollit · falsa igitur
illa omnia: quia uirtutem semper incertam: et ad huc nihil explicantem
cadere nō potuit · Nulla itaque racio uel sciā: uel lex bene uiuendi: nisi in
hac unica et uera · et celesti sapiencia constituta ē: q philosophis fuerat ignota
Nam illa terrena quoniam falsa ē · fit uaria · et multiplex · sibique contraria est Et
sicut unus ē huius mundi constitutor et rector deus: una ueritas · ita unā
esse ac simplicem sapiam: necesse est: quia quicquid ē uerum ac bonum
id perfectum ee nō pot: nisi fuerit singulare Quod si philosophia uitā posset in
struere: nulli alii nisi philosophi eent boni: et qui eam nō didicissent eent
omnes semper mali Cum uero innumerabiles existant: et semper extiterint
qui sint aut fuerint sine ulla doctrina boni Ex philosophis autem p raro
fuerit: qui aliquid in uita fecerit laude dignum: quis est tandem qui
uideat: eos homines uirtutis: qua ipsi egent non esse doctores Nam si
quis mores eorum diligenter inquirat: inueniet iracundos cupi
dos libidinosos · arrogantes superbos: et sub obtentu sapie sua uicia
celantes: domi facientes · ea que in scolis arguissent Mencior fortas
se accusandi gratia: nonne id ipm tullius et fatetur et queritur Quotus
quisque inquit philosophorum inuenitur: qui sit ita moratus: ita aīo ac uita con
stitutus ut racio postulat: qui disciplinam suam nō ostentacionē scie
sed legem uite putet: qui obtemperet ipe sibi: et decretis pareat suis t
Videre licet alios · tanta leuitate · et iactacione: ut his fuerit nō didi
cisse melius: alios pecunie cupidos · alios glorie: multos libidinum seruos
ut cum eorum uita mirabiliter pugnet oracio Nepos quoque cornelius
ad eundem ciceronem ita scribit Tantum abest ut ego magistram putem ee uite
philosophiam · beateque uite perfectricem: ut nullis magis existimem opus esse
magistros uiuendi: quam plerisque: qui in ea disputanda uersantur Video enim
magnam partem eorum · qui in scola de pudore et continencia precipiunt argu
tissime · eosdem in omnium libidinum cupiditatibus uiuere Item seneca in ex
ortacionibus Plerique inquit philosophorum tales sunt diserti in conuicium suum:
quos si audias in auariciam · in libidinem · in ambicionem perorantes in
dicium suum professos putes · ideo redundent ad ipsos maledicta in pub
licum missa · Quos nō aliter intueri decet · q̄ medicos: quorum tituli re
media habent pixides uenena Quosdam uero nec pudor uiciorum tenet: sed
patrocinia turpitudini sue fingunt: ut etiam honeste peccare uideantur: Fa
ciet inquit sapiens · idem seneca que nō probabit · etiam ad maiora tran
situm inueniet: nec relinquet mores bonos · sed tempori aptabit: ut quibus alii
utuntur in gloriam aut uoluptatem utitur agende rei causa · Deinde et
paulo post · Omnia q luxuriosi faciunt quoque imperiti faciet et sapiens
sed nō eodem modo eodemque proposito At cum nihil interest quo animo facias
quod fecisse uiciosum est: quia facta cernuntur animus nō uidetur Ar
istippo cyrenaicorum magistro cum laide nobili scorto fuit consuetudo
Quod flagicium grauis ille philosophie doctor sic defendebat: ut diceret
multum inter se · et ceteros laidis amatores interesse · q ipse haberet lai
dem: alii a laide haberentur O preclara et bonis imitanda sapiencia
hunc ii libros in disciplinam dares ut discerent habere meretricem · Ali
quid inter se ac perditos interesse dicebat scilicet: q illi bona sua perderent
ipse gratis luxuriaret In quo tu sapienciorem meretrix fuit: q sic philosophum
habuit p lenone · ut ad se omnis iuuentus doctoris exemplo: et auctore cor
rupta · sine ullo pudore concurreret Quid ergo interfuit quo animo

philosophus ad meretricem famosissimã cõmearet : cũ enĩ pp̃his et
venales sui indicit omibꝰ p̃ditus negocium Nec satis fuit ita viuere : sꝫ
docere etiã libidines cepit : ac mores suos de lupanari ad scholam
tradidit : disserens voluptatẽ corporis ẽẽ summũ bonũ : q̃ doctrina ex sec
bilis et pudenda · non in corde philosophi : sꝫ in sinu meretricis est nata
Nam quid ego de cinicis loquar : quibꝰ in propatulo coire cũ coniu
gibꝰ mos fuit Quid mirũ si a canibꝰ quorũ vitã imitant̃ ec vocabu
lũ nomenq̃ traxerũt Nullũ igr̃ in hac disciplina magisteriũ virtutis
est : cũ etiã illi qui honestiora preceperũt : aut nõ faciunt ipi que suadẽt
aut si faciunt q̃ raro accidit : nõ disciplina eos ad rectũ · sꝫ natura pro
ducat · q̃ sepius et indoctos impellit ad laudem Verũ enĩ cũ se p
petue desidie tradant nullãq̃ virtutẽ capessãt : et omnẽ suã vitã
nihil aliud q̃ in eloquendo p̃agant : quid aliud q̃ inertes debent pu
tari Sapiẽ enĩ si in aliquo actu fuerit quo vim suam exerceat · in
anis et falsa est Recteq̃ tullius ciuiles viros : qui r · p · gubernẽt
qui urbes aut nouas constituant : aut constitutas equitate tueant̃
qui salutẽ libertatẽq̃ ciuiũ vl̃ bonis legibꝰ vl̃ salubribꝰ consili
is : vl̃ iudicijs grauibꝰ cõseruent p̃hie doctoribꝰ prefert Bonos ẽ
facere oportet potius q̃ inclusos in angulis facienda p̃cipe : que ne
ipi quidem faciũt qui loquũtur : et qui se a veris actibꝰ remouerit
appet eos exercende lingue cãa vl̃ a nocendi grã artẽ ipam p̃hie
repperisse Qui aũt docent tantũ · nec faciunt ipi p̃ceptis suis detra
hunt pondus Quis enĩ obtempet cũ ipi preceptores doceant nõ
obtẽpare Bonũ ẽ aũt recta · et honesta precipe : sꝫ nisi · et facias mẽ
dacium ẽ · et est incongruens atq̃ ineptũ Non in pectore sed in labris
hñt veritatem Non g° utilitatẽ ex p̃hia sed oblectationẽ petunt q̃
quidem cicero testatus est · p̃fecto inquit omnis istorũ disputatio q̃q̃
vberrimos fontes virtutis et sciẽ cõtineat : tñ collata cũ horũ actis
p̃fectisq̃ rebꝰ : vereor ne nõ tñ attulisse videatur negocijs hominũ
quandã delectationẽ ocij Verũ quidẽ nõ debuit cũ verũ diceret
sꝫ quasi timere : ne quasi proditi misterij reus a p̃his citaretur
Non ẽ ausus confidenter p̃nunciare qd̃ fuit verũ · illos nõ ideo
disputare ut doceant : sꝫ ut se oblectent in ocio : qui qm̃ auctores
sunt rerũ gerendarũ : nec ipi quicquã gerunt p̃loquacibꝰ sũt hñdi
cõ ; p̃fecto qm̃ nihil ad vitã boni afferebant : nisi ipi decretis suis
obtemperauerũt : nec quisq̃ p̃tot secla inuentus ẽ qui eorũ legibus
viueret Abicienda ẽ igr̃ omnis p̃hia : quia nõ studendũ sapiẽ qd̃
fine ac modo caret sꝫ sapiendũ ẽ Et quid mature Non ẽ nobis
altera vita concéditur ut cũ in hac sapiam querãmꝰ In illa sape pos
simus In hac utrũq̃ fieri necesse est Cito inueniri debet : ut cito
suscipi possit : ne quid pereat ex vita Cuiꝰ finis incertus ẽ Ciceronis
hortensius cõtra p̃hiam disserens · circumuenit̃ arguta conclusione q̃
cũ diceret philosophandũ nõ ẽẽ : nihilominꝰ philosophari videbatur
qm̃ philosophi est : quid in vita faciendũ · vl̃ nõ faciendũ sit dis
putare Nos ab hac calumnia immunes ac liberi sumus : qui p̃hiam
tollimus : quia humana cogitatio inuentio est · p̃hiam defendimus
quia diuina traditio ẽ : eamq̃ ab omnibꝰ suscipi oportere testamur Ille
cũ p̃hiam tolleret : nec melius aliquid afferret · sapiam tollere pu
tabatur : eoq̃ facilius de sũia pulsus est : quia constat homĩẽ non
ad stulticiã sꝫ ad sapiam nasci · Preterea illud quoq̃ argumentũ cõtra
p̃hiam valet plurimũ : quo idem ẽ usus hortensius · ex eo posse ĩ
telligi p̃hiam nõ ẽẽ sapiam : q̃ principiũ et origo eius appareat
Quando inquit p̃hi esse ceperũt · thales ut opinor primus : recẽs
hec quidem etas Ubi g° apud antiquiores latuit amor iste inues
tigande veritatis · idem lucretius ait Denique natura hec rerũ ratio

q3 recepta est. Nup et hec primu cu primus ipse receptus. Nunc ego
sum in patrias qui possum vertere voces. Et Seneca secundum sunt in
quit mille anni ex quo initia sapientie nota sunt. Multis igitur seculis
humanum genus sine ratione uixit. quod irridens persius. Postquam in
quit sapere urbi cum pipere et palmis uenit: tanquam sapientia cum saporis
mercibus fuerit inuenta. que si secundum hominis naturam est: cum homine
ipso cepit necesse est: si vero non est: nec capere quidem ille possit huma
na natura. Sed quia recepit a principio igitur fuisse sapientiam necesse est.
Ergo philosophia quia non a principio fuit: non est eadem vera sapientia. Sed
videlicet greci quia sacras ueritatis litteras non attigerant quemadmodum
modum depravatam esset sapientia nescierunt: et ideo cum vacare sapien
cia humanam vitam putarent philosophiam commenti sunt. id est latentem atque
ignotam sibi ueritatem disserendo eruere uoluerunt: quod studium
pro ignorantia ueram sapientiam putauerunt. Dixi de philosophia ipsa quam breuiter
potui. nunc ad philosophos veniamus: non ut cum hisdem certemus qui
stare non possunt: sed ut eos fugientes atque deiectos in nostro campo insequamur.
Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit quam ceterorum: non
quia veri aliquid afferet: sed quia multos populare nomen volup
tatis inuitat. Nemo enim non in uicia pronus est: preterea ut ad se
multitudinem contrahat. apposita singulis quibusque moribus loquitur.
Desidiosum vetat litteras discere. Auarum populari largicione liberat.
ignauum prohibet accedere ad rem publicam. pigrum exerceri. timidum militare. Ir
religiosus audit deos nihil curare in humanis. et sinus commodis seruire
iubet nihil cuiquam tribuere: fugienti turbam solitudo laudatur: qui nimium
minus parcus est: discit aqua et polenta uitam posse tollerari. Qui o
dit uxorem: huic enumerantur celibatus bona: huic malos lib
eros orbitas predicatur. ad uersus impios parentes: nullum vinculum
esse nature. impacienti ac delicato dolorem esse omnium malorum maximum
dicitur. forti etiam in tormentis beatum esse sapientem: qui claritati
ac potencie studet. huic precipitur reges colere: qui molestiam
ferre non potest huic regiam fugere. Ita homo astutus ex uariis diuisisque
moribus circulum cogit. et dum studet placere omnibus maiore discor
dia secum ipse pugnauit: quam inter se uniuersi. Unde autem tota disciplina
eius descendat. quam originem habeat explicandum est. Videbat epicurus
bonis aduersa semper accidere. paupertatem labores exilia carorum amissio
nes. Malos contra augeri potentia. honoribus affici. videbat innocen
ciam minus tutam. scelera impune committi: videbat sine dilectu
morum sine ordine ac discrimine annorum seuire mortem: sed alios in
ad senectutem peruenire. alios infantes rapi. alios iam robustos in
terire. alios in primo adolescencie flore: immaturis funeribus extingui.
in bellis meliores potius et uinci et perire. maxime autem commouebat
homines in primis religiosos grauioribus malis affici. hiis autem quos aut de
os omnino negligeret. aut non pie colerent. uel innoxia incommoda euen
ire. uel nulla. ipsa etiam sepe templa fulminibus conflagrare. quod lucrecius
queritur cum dicit de deo. Tum fulmina mittat. Et edes ipse suas disturbet
et in deserta recedens Seuiat exercens telum: quod sepe nocentes pre
terit. exanimatque indignos inque merentes. Quod si uel exiguam ueri
tatis auram colligere potuisset: nunquam diceret illum edes suas disturbare
cum ideo disturbet. quia non sunt sue. Capitolium quod est romane urbis et
religionis caput summum non semel: sed sepius fulminis ictum conflagra
uit. Homines autem ingeniosi quid de hoc existimauerit ex dicto cicero
nis apparet. qui ait diuinitus extitisse illam flammam. non que terrestre il
lud domicilium iouis deleret: sed que sublimius magnificenciusque depos
ceret. Qua de re eciam in libris consulatus sui eadem dixit que lucrecius.
Nam pater altitonans stellanti nixus olympo. ipse suas arces atque

inclita templ

inclita templa petiuit uel remisit Et capitolinus inuexit sedibus ignes Per-
tinaci ergo stulticia non modo uim maiestatemque ueri dei non intellexerunt sed
etiam impietatem suis erroribus auxerunt: qui templum celesti iudicio sepe
dampnatum restituere contra fas omne contenderent Cum hec igitur cogita-
ret epicurus: earum rerum uelut iniquitate inductus: sic enim ignarum causam
rationemque ignoranti uidebatur existimauit nullam esse prudenciam Et
cum sibi persuasisset suscepit et defendendum: sic in errores inextricabi-
les se ipse inclusit Si enim prudencia nulla est: quomodo tam ordinate tam
disposite mundus effectus est Nulla inquit dispositio est Multa enim fac-
ta sunt aliter quam fieri debuerunt: et inuenit homo diuinus quod reprehenderet
Que singula si uacaret refellere facile ostenderem nec sapientem hunc
fuisse nec sanum Item si nulla prudencia est: quomodo animalium corpora tam
prudenter ordinata sunt: ut singula quaeque membra mirabili racione dis-
posita sua officia conseruent: nihil inquit in procreandis animalibus prouiden-
cie racio molita est Nam neque oculi ad uidendum facti sunt neque aures
ad audiendum: neque lingua ad loquendum: neque pedes ad ambulandum
quoniam hec prius nata sunt: quam esset loqui uidere audire ambulare Ita-
que non hec ad usum nata sunt: sed usus ex illis natus est Si nulla prouiden-
cia est: cur imbres cadunt et fruges oriuntur arbusta frondescunt Non
inquit semper animancium causa ista fiunt: quoniam prudencie nichil prosunt
sed omnia sua sponte fieri necesse est Unde ergo nascuntur: aut quomodo
fiunt omnia que geruntur Non est inquit prudencie opus Sunt enim semi-
na per inane uolitancia: quibus inter se temere conglobatis uniuersa
gignuntur atque concrescunt Cur igitur illa non sentimus aut cernimus: quia
nec colorem habent inquit: nec colorem ullum: nec odorem saporumque et
humoris experta sunt: et tam minuta ut secari ac diuidi nequeant
Sic enim quia in principio falsum susceperat consequencium rerum necessitas
ad deliramenta perduxit Ubi enim sunt aut unde ista corpuscula Cur ne-
mo illa preter unum leucippum eruditus hereditatem stulticie reliquit
epicuro Que si sunt corpuscula: et quidem solida ut dicunt: sub oculos
certe uenire possunt. Si eadem est natura [alteratum] omnium: quomodo res uarias efficiunt
Uario inquit ordine ac positione conueniunt: sicut litere que cum sint
pauce: uarie tamen collocate innumerabilia uerba conficiunt At litere ua-
rias formas habent Ita inquit et hec primordia ipsa: nam sunt aspera: sunt
hamata sunt leuia Secari ergo ac diuidi possunt si aliquid inest illis
quod immineat Si autem leuia sunt: et humoris indigent: coherere non
possunt/hamata igitur esse oportet ut possint inuicem concatenari Cum
tam minuta esse dicantur: ut nulla ferri acie diuidi ualeant: quomodo
hamos aut angulos habent: quos quia extant: necesse est posse diuel-
li Deinde quo federe inter se qua mente conueniunt ut ex his aliquid
constituatur Si sensu carent: nec coire tam disposite possunt: quia non
potest quicquam rationale perficere nisi racio Quam multis coargui hec
uanitas potest: sed properat oracio: hic est ille: qui genus humanum
ingenio superauit et omnes Extinxit stellas exortus ut etherius
sol Quos equidem uersus numquam sine risu legere possum Non enim de
socrate aut platone aut saltem dicebat: qui uelut reges habentur phi-
losophorum: sed de homine quo sano ac uigente nullus eger ineptius
delirauit Itaque poeta inanissimus leonis laudibus murem non ornauit
sed obruit et obtriuit At idem nos liberat metu mortis: de qua his
ipsius expressa uerba sunt · Quando nos sumus mors non est Quando
mors est nos non sumus Mors ergo nihil ad nos · Quam argute nos
fefellit quasi uero transacta mors timeatur: qua iam sensus erep-
tus est: ac non ipsum mori: quo sensus eripitur Est enim tempus aliquod quo
et nos iam non sumus: et mors tamen non dum est: idque ipsum uidetur esse mi-
serum: quod et mors esse incipit et nos esse desinimus Nec frustra dictum

i. uacuum
uel per aerem
per inane uolitantia

aditus

est mors ipsa non est. Auditus ad mortem est miser. hoc est morbo tabe
scere: ictum perpeti ferrum: corpore excipere: ardere igni/ dentibus bestiarum
laniari/ hec sunt que timentur: non quia mortem afferunt: sed quia
dolorem magnum. Quin potius effice. ne dolor malum sit. Omnium in
quit malorum maximum est: quid ergo possum non timere: si id quod mortem
antecedit: aut efficit. malum est. Quid quod totum illud argumentum
falsum est: quia non intereunt anime. Vere inquit. nam quod corpore nas
citur: cum corpore intereat necesse est. Iam supra dixi differre me huius
hunc locum et operi ultimo reservare: ut hanc epicuri persuasionem sive
illa democriti sive dicearchi fuit: et argumentis et divinis testio
niis redarguam. Verum ille fortasse impunitatem vitiis suis spo
spondit: fuit enim turpissime voluptatis assertor. cuius capiende cau
sa nasci homines putavit. Quis cum hec affirmari audiat: vitiis
et sceleribus abstineat. Nam si periture sunt anime: appetamus divitias
ut omnes suavitates capere possimus. que si nobis desunt. ab his qui
habent auferamus. clam/ dolo/ vi. eo magis si humanas res nullus
deus curat: quecumque spes impunitatis arriserit. rapiamus/ nece
mus. Sapientis est enim malefacere. si et utile sit et tutum: quoniam si quis
in celo deus est: non irascitur cuiquam: eque stulti est benefacere: quia
sicut ira non commovetur: ita nec gratia tangitur. Voluptatibus igitur quo
quomodo possumus serviamus: brevi enim tempore nulli erimus omnino. Ergo
momentum temporis nullum diem: nullum denique punctum temporis fluere nobis sine volup
tate patiamur: nequia ipsi quoque perituri sumus idipsum quod vivimus
pereat. Hoc ille tamen: et si non dixit verbo, re tamen ipsa docet. Nam cum
disputet omnia sapientem sui causa facere: ad utilitatem suam refert
omnia que audit: ita qui audit hec flagitia: nec bonum quicquam facien
dum putabit: quoniam benefacere ad utilitatem spectabit alienam: nec a sce
lere abstinendum: quia maleficio preda coniuncta est. Archipirata /
quisque vel latronum ductor: si suos ad grassandum cohortetur: quo
alio sermone uti potest: quam ut eadem dicat que dicit epicurus: deos nihil
curare. non ira non gratia tangi: inferorum penas non esse metuendas /
quod anime post mortem occidant: nec ulli omnino sunt inferi: voluptatem
esse maximum bonum. nullam esse humanam societatem: sibi quemque consu
lere: neminem esse qui alterum diligat: nisi sua causa: mortem non esse /
metuendam forti viro: nec ullum dolorem. quin etiam si torqueatur si uratur
nihil curare se dicat. Est plane cur quisquam putet hanc vocem viri esse
sapientis: que potest latronibus aptissime commodari. Alii autem contra hi disse
runt: superesse animas post mortem. Et hi sunt maxime pithagorici ac stoi
ci: quibus et si ignoscendum est: quia verum senciunt: non possum tamen
non reprehendere eos. qui non sententia sed casu inciderunt in veritatem. Itaque
in eo ipso quod recte senciebant aliquid erraverunt. Nam cum timerent ar
gumentum illud quo colligitur necesse ut occidant anime cum corporibus
quia cum corporibus nascuntur. dixerunt: non nasci animas: sed insinuari po
tius in corpora: Non videantur fuisse ante corpora. Par igitur ac prope simi
lis error est partis utriusque. sed hec in preterito falsa est. illa in futuro. Nemo
enim vidit quod est verissimum: et nasci animas. et non occidere: quia cur
fieret: aut que ratio esset hominis nescierunt. Multi ergo ex his qui eter
nas animas esse suspicabantur tamquam in celum migraturi essent. sibi ipsis /
manus intulerunt: ut cleantes: ut chrysippus. ut zeno ut empedocles
qui se in ardentis ethne specus intempesta nocte deiecit. Ut cum re
pente non apparuisset: abisse ad deos crederetur: et ex romanis cato
qui fuit in omni sua vita socratice vanitatis imitator. Nam democri
tus in alia fuit persuasione: sed tamen sponte sua leto caput obvius obtu
scripsit credens lit ipse. Quo nihil sceleratius fieri potest. Nam si homicida nefarius est
quia hominis extinctus est: eidem sceleri obstrictus est qui se necat. quia hominem

extinctor

necat Imo vero maius id facinus existimandum ē . cuius ultio soli deo
subiacet Nam sicut in hanc vitam nō nr̄a sponte venimus: ita rursus
ex hoc domicilio corporis: qđ tuendum nobis assignatum est: eiusdem ius
su recedendum ē: qui nos in hoc corpus induxit: tum diu habitaturos
donec iubeat emitti Et si vis aliqua inferat: equa mente paciendum
est: cum extincta innocentis aīa inulta ee nō possit: habemus iu
dicem magnum cuiusque semp vindicta integra semp ē homicide igr̄ illi
omnes philosophi: et ipē romane sapientie pn̄ceps cato qui anteq̄
se occideret plegisse platonis librum dicat̄ qui ē scriptus de eternita
te aiaz: et ad summum nefas philosophi auctē compulsus ē Et hic
tn̄ aliquā moriendi causam videtur habuisse odium servitutis Quid
ambrachiotes ille: qui cum eundem librum plegisset precipitem se dedit
nullā aliam ob causam: nisi qđ platoni credidit Execrabilis prorsus ac
fugienda doctrina si abigit hoīes a vita: quod si sciret plato ac doc
uisset: a quo et quō et quib; et que obfacta et quo tpre īmortalitas
tribuatur: nec theobrotum impegisset ī mortem voluntariam nec cato
nem: sz eos ad vitam et iusticiam pocius erudisset Nam mihi cato
videtur causam quesisse moriendi: nō tm̄ ut cesarem fugeret q̄ stoicorum
decretis obtēperaret quos sectabatur̄ suumque nomen grandi aliquo fa
cinore clarificaret Cui quid mali potuerit accidere si vixeret nō in
venio Q. c. cesar ut erat clemens nihil aliud efficere volebat et
iam in ipō belli civilis ardore q̄ ut bene mereri de r. p. videret̄
duobus optimis civibus cicerone et catone servatis Sz redeamus
ad eos qui mortem pro bono laudant Demita grecus q̄r vixeris a
nunq̄ tibi racio constiterit Cur omnīo sic natus Nonne igr̄ tibi verus
ille et omnīs omnium pater terencianum illud iure increpauerit Prius
disce quid sit vivere: et displicebit vita: tunc isthoc utito: Indig
nans te malis esse subiectum tm̄: qui quicq̄ mereamus boni: qui pa
trem qui dominum qui regem tuum nescis: qui quamvis clarissima
lucem intuearis oclis: mente tn̄ cecus es et in profundis ignorantie
tenebris iaces Qua ignorancia efficit ut quosdam dicere non pu
deret: id circo nos esse natos: ut scelerum penas lueremus Quo +
quid delirius dici possit nō video Ubi ē vl' q̄ scelera potuimus a pitagora
admittere qui omnīo nō fuimus nec forte credemus inepto illi seni
qui se in priori vita euphorbum fuisse mentitus est Hic credo qđ erat
ignobili genere natus: familiam sibi ex homeri carminibus adoptavit
Omniam et singularem pitagore memoriam et miseram oblivionem +
omnium nrm̄ qui nesciamus qui ante fuerimus Sz fortasse vl' errore a
liquo vl' grā sit effectum: ut ille solus letheum gurgitem nō atti
gerit nec oblivionis aquam gustaverit Videlicet senex vanus
sicut ociose aniculae solent fabulas tanq̄ infantulis credulis +
finxit Qz si bene sensisset de his: quibus hec locutus ē: si hoīes
eos existimasset: nunq̄ sibi tam petulanter menciendi licenciam vē
dicasset Sz deridenda hoīs vani levissimi vanitas Quid ciceroi
fuerim' Qui cum in pn̄cipio consolationis sue dixisset luendorum
scelerum causa nasci hoīes: iterauit id ipm̄ postea: quasi obiurgans
eum qui vitam nō ee penam malis putet Recte g' pfatus ē errore
ac miserabili veritatis ignorancia se tueri At illi qui de morte +
bono disputant: quia nihil veri sciunt sic argumentantur Si nihil
est post mortem non est malum mors: aufert eī sensum mali Si +
aut superstit aīe etiam bonum ē quia īmortalitas sequitur Quam
sinam cicero de legib; sic explicant gratulemurq; nobis: qui mors
aut lemorem: q̄ qui est in vita: aut certe nō deteriorem allatura ē
statu: nam sine corpe aīo vigente divina vita ē sensu carente ni
hil pfecto est mali aliquid ut sibi videt: quasi nihil ee aliud possit

386 recep

Atquin utrumque hoc falsum est. Docent enim divinae litterae non extingui animam
sed aut pro iusticia premio affici: aut pena pro sceleribus sempiterna. Nec enim
fas est aut eum qui sceleratus in vita feliciter fuerit: effugere quod me-
retur: aut eum qui ob iusticiam miserrimus fuerit sua mercede fraudari.
Quod adeo verum est: ut idem tullius in consolatione: non easdem se-
des incolere iustos atque impios predicaverit. Nec omnibus inquit idem
illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in celum patere. Nam vi-
ciis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in ceno
iacere docuerunt: castos autem animos puros integros incorruptos bonis
etiam studiis atque artibus expolitos levi quodam et facili lapsu ad deos
id est ad naturam sui similem pervolare. Que sententia superiori illi argumento
repugnat. Illud enim sic assumptum est tamquam necesse sit omnem hominem natum
immortalitate donari. Quod igitur erit discrimen virtutis ac sceleris utrum
cato an catilina. Sed hanc repugnanciam rerum sapiens non sentit nisi
mors qui tenet veritatem. Si quis igitur nos roget: utrum ne bonum sit mors
an malum respondebimus: qualitatem eius ex vite racione pendere. Nam
sicut vita ipsa bonum est: si cum virtute vivatur: malum si cum scelere. Sic
et mors ex preterite vite actibus ponderanda est. ita fit: ut si vita in dei
religione transacta sit: mors malum non sit: quia translacio est ad im-
mortalitatem: si aliter malum sit necesse est: quia ut dixi ad eterna
supplicia transmittit. Quid ergo dicemus nisi errare illos qui aut mor-
tem appetunt tamquam bonum: aut vitam fugiunt tamquam malum. nisi quod sunt
iniquissimi qui pauciora mala non pensant bonis pluribus. Nam cum
omnem vitam per exquisitas et varias traducant voluptates: mori cupi-
unt si quid forte his amaritudinis supervenit: et sic habent tamquam illis
numquam fuerit bene: si aliquando fuerit male. Damnant igitur vitam omnem bo-
nis plenam qui nihil aliud quam malis opinantur hic nata est inepta
illa sententia: hanc esse mortem: quam nos vitam putamus: illam vitam quam
nos pro morte timeamus: ita primum bonum esse non nasci secundum cito mori
que ut maioris sit auctoritatis sileno attribuunt. Cicero in consolatione: non
nasci inquit longe optimum: nec in hos scopulos incidere vite. proximum
autem si natus sis: quam primum mori: tamquam ex incendio effugere violenciam
fortune. Credidisse illum vanissimo dicto ex inde apparet: quod adiecit de
suo aliquid ut ornaret. Quero igitur cui esse optimum putet non nasci
cum sit nullus omnino qui senciat. Nam ut bonum sit aliquid aut malum
sensus efficit. Deinde cur omnem vitam nihil aliud esse: quam scopulos et
incendium putavit: quasi aut in potestate nostra fuerit: ut nasceremur
aut vitam nobis fortuna tribuat non deus: aut vivendi racio quicquam
plato gratias egit quam simile in cedio habere videatur. Non dissimile platonis illud est: quod aie-
bat se gratias agere nature: primo quod homo natus esset potius quam
mutum animal: deinde quod mas potius quam femina: quod grecus quam barbarus
postremo quod atheniensis: et quod temporibus socratis. Dici non potest quantam
mentibus cecitatem: quantos pariat errores ignoracio veritatis. Ego
plane contenderim: numquam quicquam in rebus humanis dictum esse delirius. Qua-
si vero si aut barbarus aut mulier aut asinus denique natus
esset: ac non illud ipsum quod natus fuisset. Sed videlicet pytagore credidit
qui ut vetaret homines animalibus vesci: dixit animas de corporibus in aliorum
animalium animas commeare: quod et vanum et impossibile est. Vanum quia
necesse non fuit veteres animas in nova corpora inducere: cum idem arti-
fex qui primus aliquando fecerat: potuerit semper novas facere. Impossi-
bile quia recte racionis anima tam immutare natura status sui non
potest: quam ignis aut deorsum ire aut in transversum fluminis modo flammam
suam fundere. Existimavit igitur homo sapiens potuisse fieri ut anima
que tunc erat in platone in aliquod mutum animal includeretur esset que
humano sensu predita ut intelligeret ac doleret incongruenti se corpore

honoratum Quanto sanius faceret si gratias agere se diceret quod ingeniosus
quod docilis natus esset quod in his opibus ut liberaliter erudiretur Nam
quod atheniensis natus est quid in eo beneficii fuit An non plurimi ex-
titerunt in aliis civitatibus excellenti ingenio atque doctrina viri qui me-
liores singuli quam omnes athenienses fuerunt Quanta hominum milia fuisse
credamus qui et athenis nati et temporibus socratis indocti tamen ac
stulti fuerunt Non enim parietes aut locus in quo quisque est effusus
ex utero conciliat homini sapientiam Quid vero attinuit socratis se temporibus
natum gratulari Num socrates ingenia discentibus potuit comodare
Non venit in mentem platoni alcibiadem quoque et critiam eiusdem socra-
tis absiduos auditores fuisse quorum alter hostis patrie acerrimus fuit assiduos
alter crudelissimus omnium tyrannorum Videamus nunc quid in socrate
ipso tam magnum fuerit ut homo sapiens merito gratias ageret illius
temporibus esse natum Non inficior fuisse illum paulo cordatiorem quam cete-
ros qui naturam rerum putaverunt ingenio posse comprehendi in quo
illos non excordes tantum fuisse arbitror sed et impios quod in secreta ce-
lestis illius sapientie providentie curiosos oculos voluerint immittere Ro-
me et in plerisque urbibus scimus esse quedam sacra que aspici a viris nefas ha-
betur abstinent igitur aspectu quibus illa contaminare non licet et si forte
vel errore vel casu quopiam vir aspexerit primo pena eius deinde instaura-
tione sacrificii scelus expiatur Quid his facias qui inconcessa scire
petunt noluerunt Nimirum multo sceleratiores qui archana mundi et hoc
te celeste templum profanare impiis disputationibus querunt quam qui
edem veste aut bone dee aut cereris [illegible] aut intraverint Que
penetralia quamvis adire viris non liceat tamen a viris fabricata sunt
Hi vero non tantum impietatis crimen effugiunt sed quod est multo indignius elo-
quentie famam et ingenii gloriam consequuntur Quid si aliquid
investigare possent Sunt tamen tam stulti in asseverando quam improbi
in querendo cum neque invenire quicquam possint nec defendere etiamsi
invenerint quod sepius Nam si verum vel fortuito viderint quod sepius
contingit committunt ut ab aliis id pro falso refellatur Non enim descendit
aliquis e celo qui sententiam de singulorum opinionibus ferat Quare nemo
dubitaverit eos qui ista conquirant stultos ineptos insanos esse A-
liquid igitur socrates habuit cordis humani qui cum intelligeret hec non
posse inveniri ab huiusmodi questionibus se removit Vereor quidem ne in eo solo
Multa enim sunt eius non modo laude indigna sed etiam reprehensione di-
gnissima in quibus fuit eorum simillimus ex his unum eligam quod ab omnibus
sit probatum Celebre hoc proverbium socrates habuit quod supra nos nihil
ad nos Procumbamus igitur in terram et manus ad preclara opera nobis datas
convertamus in pedes Nichil ad nos celum ad cuius contemplationem sumus
excitati nihil denique lux ipsa pertineat Certe victus noster causa de celo
est Quod si hoc sensit non esse de rebus celestibus disputandum ne illorum qui-
dem rationem potuit comprehendere que sub pedibus habebat Quid igitur
Num erravit in verbis nec simile non est Sed nimirum id sensit quod lo-
cutus est religioni minime serviendum quod si aperte diceret nemo pate-
retur Quis est enim qui non sentiat hunc mundum tam mirabili ratione perfec-
tum aliqua providentia gubernari quandoquidem nihil est quod possit sine ul-
lo moderatore consistere Sic domus ab habitatore deserta dilabitur
navis sine gubernatore abit pessum et corpus relictum ab anima de-
fluit nedum putemus tantam istam molem aut constitui sine artifi-
ce aut stare tamdiu sine rectore potuisse Quod si publicas illas
religiones voluit evertere non improbo quin etiam laudo si ipse quod est
melius invenerit Verum idem per canem et anserem deierabat O hominem
scurram ut ait zeno epicureus ineptum perditum desperatum si cavillari
voluit religionem dementem si hoc serio fecit ut avem turpissimam

pro deo haberet: quis iam superstitiones egiptiorum audeat reprehendere: quas
socrates athenis auctore confirmavit sua. Illud vero nonne summe vanitatis
quod ante mortem familiares suos rogavit: ut esculapio gallum quem
voverat pro se sacraret. Timuit videlicet ne apud radamanthum re-
ceptorem reus non fieret asclepio. Dementissimum hominem putarem si
morbo affectus perisset. Cum vero sanus hoc fecerit est ipse insanus qui
eum putet esse sapientem. En cuius temporibus natum esse se homo sapiens scilicet plato
gratuletur aut glorietur: videamus tamen quid illum socrates docuerit
scilicet plato didicit a socrate Qui cum totam physicam repudiasset: eo se contulit: ut de virtute atque
officio quereret. Itaque non dubito quin auditores suos iusticie pre-
ceptis erudierit. Docente igitur socrate non fugit platonem iusticie
vim in equitate esse: siquidem omnes pari condicione nascuntur. Ergo nihil in-
quit privati ac proprii habeant: sed ut pares esse possint quod iusticie ra-
tio desiderat omnia in commune possideant. Ferri hoc potest quamdiu de
pecunia dici videtur: quod ipsum quam impossibile sit: et quam iniustum pos-
sem multis rebus ostendere. Concedamus tamen ut possit fieri. Omnes enim
sapientes erunt et pecuniam contemnent. Quo igitur illum communitas ista
perduxit. Matrimonia inquit quoque communia esse debebunt. scilicet ut ad eandem
mulierem multi viri tamquam canes confluant. et eam utique obtineat qui
viribus vicerit. Aut si sapientes aut pacientes sunt ut philosophi expectent
ut vicibus tamquam lupanar habeant. O miram platonis equitatem: ubi
est igitur virtus castitatis ubi fides coniugalis: que si tollas omnis
iusticia sublata est. At idem dixit beatas civitates futuras fuisse si aut
aut philosophi regnarent: aut reges philosopharentur. Huic vero tam iusto tam
equo viro regnum dares: qui aliis abstulisset sua: aliis condonasset
aliena prostituisset pudiciciam feminarum: quam nullus umquam non modo
rex: sed ne tyrannus quidem fecit. Quam vero intulit rationem turpis-
simi huius consilii: sic inquit civitas concors erit: et amoris mutui
constricta vinculis: si omnes omnium fuerint et mariti et patres et ux-
ores et liberi. Que ista confusio generis humani est. Quomodo servari caritas
potest: ubi nihil certum est quod ametur. Quis aut vir mulierem: aut mu-
lier virum diliget: nisi habitaverint semper una: nisi devota mens
et servata invicem fides individuam fecerit caritatem. Que virtus
in illa promiscua voluptate locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint
quis amare filios tamquam suos poterit. cum suos esse aut ignoret aut
dubitet. Quis honorem tamquam patri deferet: cum unde natus sit nes-
ciat: ex quo fit: ut non etiam alienum pro patre habeat: sed etiam patrem pro alieno.
Quid quod uxor potest esse communis filius non potest: quem concipi non nisi ex
uno necesse est: perit igitur illi vinculum communitas ipsa reclamante natura: super-
est ut concordie causa uxores velit esse communes. At nulla vehemen-
cior discordiarum est causa: quam unius femine a multis maribus appetitio.
In qua plato si ratione non potuit: exemplis potuit certe admoneri: et
mutorum aut multorum animalium: quod ob hoc vel acerrime pugnent: et hominum
qui semper ob eam rem gravissima inter se bella gesserunt. Restat ut
communia ista nichil aliud habeant preter adulteria et libidines propter quas
funditus eruendas est virtus vel maxime necessaria. Itaque non in-
venit concordiam quam querebat: quia non videbat unde oriatur: nam
iusticia in exterius posita nihil momenti habet: nec in corpore quidem: sed tota
in hominis mente versatur. Qui ergo vult homines equare non matri-
monia non opes subtrahere debet: sed arrogantiam superbiam tumorem
ut illi potentes et elati pares esse se etiam mendicissimis sciant. De-
tracta igitur divitibus insolencia et iniquitate nihil intererit: utrumne
alii divites alii pauperes sint. cum animo pares fuerint quod efficere
nulla res alia preter religionem dei potest. Putavit igitur se invenisse
iusticiam: cum eam prorsus everteret: quia non rerum fragilium sed mentium

debet ee cōmunitas Nam si iusticia uirtutū omniū mater ē· cū ille
singule tollunt' ipā subuertitur Tulit aūt plato ante omīa frugalita
tē: q̄ utiqȝ nulla ē: ubi ppriū nihil hētur Tulit abstinenciā siqui
dem nihil fuit qd abstineatur aliemū· Tulit tēperanciā· tulit casti
tatē: q̄ uirtutes in utroqȝ sexu maxīe sūt· Tulit uerecundiam
pudorem et modestiam: si honesta et legittima ee incipiūt· q̄ so
lent flagiciosa et turpia iudicari: sic uirtutē cū uult omībȝ
adeīnit Nam rerū proprietas et viciorȝ· et virtutū materiā
cōtinet: cōmunitas aūt nihil aliud q̄ uiciorū licenciā Nam
viri qui multas mulieres hūt: nihil aliud dici pūt q̄ luxuriosi
atqȝ nepotes Item mulieres que multos hēntur non utiqȝ a
dultere: quia certū matrimoniū nullū est: sȝ prostitute· ac meretri
ces sint necesse est Redigit ergo huānā uitā· ad similitudinē nō
dicā mutorȝ sȝ pecudū ac beluarū· Nam uolucres pene omēs
faciūt matrimonia· et paria iūgūt: et nidos suos tanq̄ geniales
toros concordi mente defendūt: et fetus suos quia sūt certa
mant: et si alienos obieceris abigūt: ac homo sapiens cōtra morē
hominū cōtraqȝ natura stulciora sibi q̄ imitaretur elegit / Et qui
uidebat in ceteris aīalibus officia maris femineqȝ nō esse diuisa/
existimauit oportere eciā mulieres militare: et consiliis publicis
interesse· magistratus gerere· et imperia suscipe: itaqȝ his arma et
equos assignauit: consequens est ut lanā et telam uiris· et infā
ciū gestaciones: nec uidit impossibilia ee: que diceret / ex eo· q̄ adhuc
in orbe terre: neqȝ tam stulta neqȝ tam uana· illa gens extiterit
q̄ hoc mō uiueret / Cū igitur in tanta uanitate ipi philorū principes de
prehendant': quid illos minores putabimus· qui nunq̄ sibi tam
sapientes uideri solent: q̄ cū pecunie contemptu gloriant': fortes
animus sȝ expecto· quid faciāt· et quo ille contemptus euadat Tu
dita sibi aparentibȝ patrimonia tanq̄ malū fugiūt: ac deseruūt / et
ne in tempestate naufragiū faciat in tranquillū se ultro precipitant
nō uirtute sȝ puerso metu fortes: sic illi· qui cū timent ne ab
hoste iugulentur: ipi se iugulant: ut mortē morte deuitent / Sic isti
inde possent gl̄iam liberalitatis acqrere / sine honore: sine grā per
dūt; laudatur democritus q̄ agros suos reliquerit: eosqȝ pascua
publica fieri passus sit: Probarē si donasset: nihil aūt sapienter
fit· qd si abomībȝ fiat inutile ē ac malū· Sȝ hec negligencia tol
lerabilis Quid ille qui patrimoniū in nummos redactus effudit
in mare Ego dubito utrū ne sanus an demens fuerit Abite
inquit in profundū· male cupiditates· Ego uos mergā: ne ipē mer
gar a uobis Si tantus pecunie contemptus est: fac illā beneficiū
fac humanitatē· largire pauperibȝ· Post hoc qd perditurus es: multis
succurre: ne fame aut siti: aut nuditate moriant' Imitare insanā
saltē furoremqȝ iudicaui Sparge populo diripienda: potes et pe
cuniam effugere: et tū bn̄ collocare· quia saluū est quicqd pluribus
pfuit Zenonis aūt paria pc̄ta quis pbat Sȝ omittamus id quod
abomībus ē semp irrisū Illud satis est ad coherendū furiosi hoīs
errorē: q̄ inter uicia et morbos misericordiā posuit Adimit
nobis affectū: quo racio humane uite pene omīs continet Cū eīm
natura hoīs inbecillior sit q̄ ceterorū aīaliū· q̄ ul' ad perferendā
iniurā temporū· ul' ad incursiones a suis corporibȝ arcendas natura
libȝ munimentis prouidencia celestis armauit· hoī aūt quia nihil
istorū datū est: accepit pro istis omnibus miseracionis affectū: qui
plane uocat' humanitas qua nos inuicē tueremur· Nam si homo
ad cōspectū alterius hoīs efferaretur· qd facere uidemus quantos quam
natura solivaga est: nulla eet hominū societas· nulla urbiū condendarum

nl' cura nl' racio Sic ne uita quidem satis tuta: Cum ceteris aīalib;
exposita eēt inbecillitas hominum: et ipsi inter se metipsos beluarum more
seuiret/ nō minus in aliis demencia Quid enim dici pot de illo: qui
Anaxag nigram eē dixit niuem: q̄ consequens erat: ut etiam picem albam eē
diceret. Hic est ille qui se ideirco natum eē dixit: ut celum ac so
lem uideret: qui interim incolis uidebat sole lucente Xenophanes
dicentibus mathematicis orbem lune duodeuiginti ptibus maiorē
eē quam terram stultissime credidit. et qd huic leuitati fuit con
sentaneum: dixit intra concauum lune sinum eē aliam terram et ibi
aliud genus hominum simili modo uiuere quo nos in hac terra uiuimus. Ha
bent igr illi lunatici hoīes alteram lunam: q̄ illis nocturnum lu
men exhibeat sicut exhibet nobis et fortasse noster h orbis alte
rius inferioris terre luna sit. Fuisse Senecam inter stoicos ait qui deli
beraret: utrum ne soli quoque suos populos daret. inepte: sed qui du
bitauerat quid enim pderet si dedisset Sed credo calor deterrebat
ne tantam multitudinem periculo committeret: ne si estu nimio perisset
ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur Quid illi qui
esse contrarios uestigiis nris antipodas putant Num aliquid loquunt
aut est quisq̄ tam ineptus qui credat eē hoīes quorum uestigia
sint supiora quam capita: aut ubi q̄ apud nos iacent inuersa pē
dere. fruges et arbores deorsum uersus crescere. pluuias et niues
et grandinem sursum uersus cadere in terram. Et miratur aliquis hor
tos pensiles inter septem mira narrari. cum phi et agros et urbes
et maria et montes pensiles faciant Huius quoque erroris api
enda nobis origo est Nam semp eodem mō fallunt Ut cum enim
falsum aliquid inprincipio sumpserint: uerisimilitudine inducti: necesse
est eos in ea q̄ sequuntur currere Sic incidunt i multa ridicula:
quia necesse falsa eē: q̄ rebus falsis congruunt Cum aut primis ha
buerint fidem. qualia sint ea q̄ sequuntur nō circumspiciunt. sed defen
dunt omnimodo. cum debeant p̄ illa utrum ne uera sint. an falsa
ex consequentibus iudicare Que igr illos racio pduxit Videbat
vid' N vi siderum cursus in occasum meantium solem atque lunam in eandem par
tem semp occidere: et oriri semp ab eidem Cum aut nō pspice
rent que machinacio cursus eorum temparet: nec quō ab occasu ad
orientem remeant: celum aut ipsum in omnes fere partes putarent
eē deuexum: quod sic uideri ppter immensam latitudinem necesse
est. existimauerunt rotundum eē mundum sicut pilam: et ex motu siderum
opinati sunt celum uolui. sic astra solemque: cum occiderint uolubi
litate ipsa mundi ad ortum referri itaque et ereos orbes fabricati
sunt quasi ad figuram mundi eosque celarunt: portentuosis quibusdam
simulachris: que astra eē dicerent. hac igr celi rotunditatem il
lud sequebatur. ut terra in medio sinu eius eēt inclusa Quod si
ita eēt. etiam ipsam terram globo similem: neque enim fieri posset. ut nō
eēt rotundum. quod rotundo conclusum teneretur Si aut rotunda
etiam terra eēt: necesse eēt ut in omnes celi ptes eandem faciem ge
rat. i. montes erigat. campos tendat maria consternat Quod
si eēt etiam sequebatur illud extremum: ut nulla sit pars terre q̄
nō ab hoībus ceterisque aīalibus incolatur: sic pendulos istos antipo
das celi rotunditas adinuenit Quod si queras ab his qui hec por
tenta defendunt. quō nō cadunt omnia in inferiorem illam celi
partem: hanc respondent rerum eē naturam: ut pondera i medium
ferantur: et ad medium connexa sint omnia sicut radios uidemus in
rota. que aut leuia sunt: ut nebula fumus ignis. ad medium defe
rantur ut celum petant. Quid dicam de his nescio. qui cum semel
aberrauerint: constanter in stultitia pseuerant. et uanas uana defen

dunt · nisi q eis interdu͞z puto · aut iocā causā philosophari · aut pru
dentes et scios mendacia defendenda suscipe · q̄i ut ingenia sua in
malis rebꝫ exerceant vl̄ ostendant · At ego multis argumentis pro
bare possē nullo mō fieri posse · ut celu͞z terrā sit inferius : nisi et
liber iam concludendus eet : et ad huc aliqua restaret · q̄ magis
sint p̄nti opi necessaria Et quī singulorꝫ errores p curre non
ē unius libri opus satis sit pauca enumasse · ex quibꝫ possint qua
lia sint cetera intelligi : nūc pauca nobis de phyā i cōmuni di
cenda sūt : ut cōfirmata causā p orem͞us Senuus ille noster
platonis imitator : existimauit phiam nō eē uulgare͞z : q eam
nisi docti hoīes assequi possent Est inquit phia paucis cōtenta
iudicibꝫ multitudinē cōsulto ipā fugiens Non ē g° sapiā si hoī +
data ē sine ullo discrīe data est : ut nemo sit prorsus qui eam
cape non possit At illi virtute͞z hūano generi data͞z sic ampler
ant · ut soli omni͞z publico bono frui velle uideant : tā͞z inuidi q̄ si
uelint deligare oclos aut effodere ceteris ne solem uideant +
Nam quid ē aliud hoibꝫ negare sapiam · qua͞z mentibꝫ eorꝫ uerꝫ
ac diuinū lumen auferē Qz si natura hoīs sapiē capax est
Isaias quoque sic loquitur Venio colligere omnes gentes et linguas et
uenient · et uidebunt claritatem meam · et dimittam super eos signum · et
mittam super his conseruatos in gentes que longe sunt : que non audierunt glo
riam meam · et nunciabunt claritatem meam in gentes Volens igitur deus
metatorem templi sui mittere in terram · ut ingratus in deum · populus in
errorem maximum induceretur · ac penas profanationibus suis lueret · qui
dominum ac deum suum non recepissent Quod dei prophete cecinerat sic esse facturum

Isaias quidem quem iidem ipsi iudei serra confectum crudelissime necaue-
runt ita dicit. Audi celum et percipe auribus terra: quoniam dominus locutus est
filios genui et exaltaui. ipsi autem me spreuerunt. Agnouit bos posses-
sorem suum: et asinus presepium domini sui: israel autem me non cognouit: et po-
pulus me non intellexit. Jeremias quoque similiter ait. Cognouit tempus
suum turtur et hyrundo et ruris passeres custodierunt tempora introi-
tus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis
sapientes sumus. et lex domini nobiscum est: In cassum facta est metatu-
ra falsi scribe. et confusi sunt sapientes. trepidauerunt et capti sunt
quia uerbum domini reprobauerunt. Ergo ut ceperam dicere cum statuisset deus
doctorem uirtutis mittere ad homines. renasci eum denuo in carne precepit
et ipsi homini similem fieri cui dux et comes et magister esset futurus. Sed tamen
quoniam pius et clemens est erga suos deus: ad eos ipsos eum misit quos
oderat: ne illis in perpetuum salutis uiam clauderet: sed daret his liberam
facultatem sequendi deum. ut et premium uite adipiscerentur si secuti fuis-
sent. quod plurimi eorum faciunt atque fecerunt: et ut autem culpa sua in penam
mortis incurrerent si regem suum repudiassent. Aput illos igitur ex
eorum semine regenerari eum iussit: ne si fuisset alienigena: iustam possent
excusationem de lege pretendere. quod eum non suscepissent. simul ut nulla
gens omnino esset in terra cui spes immortalitatis negaretur. Descendens
itaque de celo sanctus ille spiritus dei sanctam uirginem cuius utero se insinua-
ret elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta concepit: et sine ullo
attactu uiri repente uirginalis uterus intumuit. Quod si animalia que-
dam: uento et aura concipere solere omnibus notum est. cur quisquam mi-
rum putet cum spiritu dei cui facile est quicquid uelit grauatam esse
uirginem dicimus. Quod sane incredibile posset uideri. nisi hoc futurum
ante multa secula prophete cecinissent. Salomon in psalmo undeuigesimo ita
dixit. Infirmatus est uterus uirginis. et accepit fetum et grauata est
et facta est in multa miseratione mater uirgo. Item propheta isaias cuius
hec uerba sunt. Propterea dabit nobis deus ipse signum. Ecce uirgo conci-
piet in utero et pariet filium. et uocabitis nomen eius emanuel. Quid
hoc manifestius dici potest. Legebant ista iudei qui eum necauerunt. Siquis
hec nos fingere arbitratur ab his potissimum sumat. Satis firmum
testimonium est ad probandum: quod ab ipsis prohibetur inimicis. Emanuel au-
tem nunquam uocatus est. sed ihesus qui latine dicitur salutaris siue saluator
quia cunctis gentibus salutifer uenit. Sed propheta declarauit hoc
nomine: quod deus ad homines in carne uenturus esset. Emanuel autem signifi-
cat nobiscum deus. Scilicet quia illo per uirginem nato: confiteri
homines oportebat deum secum esse. id est in terra et in carne mortali. Unde
et dauid in psalmo lxxxiiij. Ueritas inquit de terra orta est: quia deus
in quo ueritas est terrenum corpus accepit: ut terrenis uiam salutis a-
periret. Item isaias ipse. Ipsi autem non crediderunt et exacerbauerunt spiritum
sanctum. et conuersus est eis ad inimicitiam. et ipse expugnauit. Et recor-
datus est dierum seculi qui suscitauit de terra pastorem ouium. Quis autem
futurus esset ille pastor declarauit alio loco dicens. Exultent celi de-
super et nubes induant iusticiam. aperiatur terra et pullulet saluator.
Ego enim dominus deus creaui eum. Saluator uero est ut supra diximus
ihesus. Sed et alio loco idem propheta predicauit. Ecce natus est nobis puer
et datus est nobis filius. cuius imperium super humeros eius: et uocatum
est nomen eius magni consilij nuntius. Id circo enim missus est a deo
patre ut uniuersis gentibus que sub celo sunt singularis et ueri dei sanctum
misterium reuelaret ablatum a perfido populo. qui aduersus deum sepe
deliquit. Daniel quoque similia uerba prelocutus est. Uidebam inquit in
uisu noctis. et ecce in nubibus celi ut filius hominis ueniens. et usque
ad uetustum dierum peruenit. et qui assistebant obtulerunt eum: et datum

est ei regnũ · et honor et imperiũ · et omnes populi tribus lingue servient
ei · et ptas eius eterna que nunquã transibit · et regnũ eius quod
nõ corrũpet Qñõ igr iudei · et confitentur et sperant xpm : quia t
hunc id circo reprobaverũt · quia ex hoĩe ẽ natus Nam cum ita sit adeo
constitutum : ut idem xpc bis adveniat in terram : semel ut unũ deum
gentibus nunctiet · deinde rursus ut regnet · quõ in secũdũ eius adven
tum credunt · qui in primũ nõ crediderũt At quin pphã utrosq; adve
tus eius paucis verbis conphendit Ecce inquit ĩ nubibus celi ut
filius hoĩs veniens nõ dixit · ut filius dei · sz ut filius hoĩs : ut os
tenderet q carne indui hrẽt in terrã · ut suscepta hoĩs figura · et cõ
dicione mortali doceret hoĩes iusticiam : et cum mandatis dei sinc
tus veritatem gentibus revelasset · iniuriaret etiã morte · ut inferos q;
vinceret ac resignaret Atq; ita demũ resurgens ad prem pficisce
retur in nube sublatus Et usq; ad antiquũ dierũ pvenit · et oblatus ẽ
Antiquũ dierum appellavit deum summũ · cuius etas et origo nõ pot
conphendi · quia solus a seculis fuit · et erit semp in secula · xpm autem
post passionem ac resurrectionem ascensurum ad deum prem · david ipse cum
contestatus ẽ his verbis · Dixit dñs dño meo sede ad dexteram meam
quoadusq; ponam ĩimicos tuos sub pedaneum pedum tuorũ Quĩ pphã
cum rex esset quem appellare deum suũ posset : qui sederet ad dexteram
dei : nisi xpm filium dei · qui ẽ rex regum et dñs dñorum Quod ysaias
apertius ostendit dicens : hec dicit dñs deus xpo dño · cuius tenui dex
teram · ob audire aũt eum gentes et fortitudinẽ regum dirupam Apiam
ante illum portes · et civitates nõ claudent Ego ante te ibo et mõ
tes de planabo · et fores ereas cõteram · et seras ferreas confringam
et dabo tibi thezauros absconditos · et invisibiles ut scias · quia ego
sum dñs deus qui voco nomẽ tuũ deus isrl Denique ob virtutem atq;
al' ac fidem q deo exhibuit de terra al' in terra · datum est ei regnum et ho
nor · et imperium · et omnes ppli tribus · et lingue servient ei · et ptas eius
eterna q nunq transibit · et regnum eius nõ corrũpet Quod quidem
duobus modis intelligi · quia et nunc ht ppetuam ptatem : cum omes gẽ
tes et omes lingue nomen eius venerantur · maiestatem confitentur
doctrinam sequuntur virtutem · imitantur · ht imperiũ · ht honorem cum omes
tribus lingue · terre pceptis eius obtemperant · et idem postea cum rur
sus advenerit in ptãte ac claritate ut omem aiam iudicet · et iustos
restituat ad vitam Tunc nõ totius terre regimen obtinebit · tunc sub
lato de rebus hũanis oĩ malo · aureũ seculum ut poete vocant · i · iustum
ac pacificum tpus oriet Sz hec uberius in ultimo libro disseremus : cũ
de secundo adventu loquemur : nunc de primo ut cepimus explicemus
Divinus igr deus ac parens omnium cum religionem suam transferre vo
luisset doctorem iusticie transmisit e celo · ut novis cultoribus novam
legem in eo ul per eum daret · nõ sicut ante fecerat p hoĩem : sz tñ eum
nasci voluit tanq hoĩem · ut p omnia summo pri similis existeret Ipse enim
deus pater et origo · et principium rerum · quĩ parentibus caret ἀπάτωρ
a trimegist atq; ἀμήτωρ a trimegisto verissime noiat · q ex nullo sit
pcreatus · idcirco etiam hunc filium nasci oportuit : ut ipse apator atq;
amet In prima enim nativitate spirituali ametor fuit · quia sine officio
matris a solo deo pri generatus ẽ In secũda nõ carnali · apator fuit
quĩ sine pris officio virginali utero pcreatus est : ut medium inter
deum hoĩem q; substantiam gerens naturam hanc fragilem imbecillem q; nram
quasi manu ad ĩmortalitatem posset educere : factus ẽ et dei filius per
spiritum et hoĩs p carnem · i · deus et hõ Dei virtutis in eo ex opibus q fecit
apparuit fragilitas hoĩs ex passione quam ptulit quam cur susceperit
paulo post docebo Interim et deum fuisse · et hominem ex utroq; genere per
mixtum pphis vaticinantibus discimus Ysaias deum testat fuisse his verbis

fatigata ē egyptus et negociato ethyopū et sabim uiri alti ate trans
gredientur et tui erūt serui et post te ambulabūt uincti cōpedibus
et adorabūt te et te p̄dicabuntur: quī inte deus ē et nō est alius
deus preter te Tu enī deus es et nos nesciebam⁹ deus isrl salua
tor Confundentur et reuebūt omēs qui aduersant tibi et cadent incō
fusionez Item ,pphā Ieremias sic ait hic deus nr̄ est et nō deputa
bitur alius absq; illo qui inuenit omēz uiaz prudencie et dedit
eam iacob puero suo et isrl dilecto sibi Post hec interris uisus est
et inter hoīes u̇satus est Item dauid in ps̄ xliiii. Thronus tuus
deus in secula seculoz. virga equitatis virga regni tui deus dilex
isti iusticiam et hodio habuisti iniquitatez propterea unxit te deus
deus tuus oleo unctionis al' exultacionis quo uerbo etiaz nomen
ostendit Siquidem ut sup̄ docui ab unctione appellatus est xp̄us
deinde hoiez fuisse eundem Ieremias docet dicens Et hō est et quis
cognouit eum Item isaias emittet eis deus hoiem qui saluabit eos
Sz et moyses in numeris ita loquit Orietur stella ex iacob et ex
urget homo ex isrl. Ppt'ea milesius appollo consultus utrū ne deus
an hō fuerit hoc modo respondit mortalis erat sc̄dm carnez sapi
ens mirificus opib; sed sub caldeis iudicib; armis compehensus
clauis et acutis sudibus amarem expleuit mortem. Primo uer
su uerum quidem dixit: sz argutē consultorez fefellit sacramenti ue
ritatis penitus nescientez Videtur enī negasse illuz deum. si cuz fate
tur sc̄dm carnez fuisse mortalem quod etiaz nos p̄dicam⁹ conse
quens est ut sc̄dm spm̄ deus fuerit qd' nos affirmam⁹ Quid ē ne
cesse erat necesse carnis facere mencionez cuz satis fuisset dicere fuisse mor
talem Sz ueritate pressus negare nō potuit quēadm̄ si res hrēt sic
illud qd' ait sapientem fuisse Quid ad hoc appollo respondes Si sa
piens fuit al' est. go doctrina eius sapi' est nec ulla alia: et sapiē
tes qui secuntur nec ulli alij Quid igr̄ uulgo p stultis et uanis
et ineptis hēmur qui sectamur uirūz etiaz ipsoruz deoruz confessio
ne sapientem Nam quod ait pontifica illuz opa fecisse quo maxie
diuinitatis fidem meruit assentiri nobis iam uidetur cuz dicat eadē
cuz quib; nos gloriamur: sz colligit se tū et ad demoniacas fraudes
redit Cuz ē uerum necessitate dixisset iam deoruz ac sui p̄ditor
uidebatur: nisi qp ab eo ueritas expresserat mendacio fallente ue
lasset Ait ē fecisse illuz quidem opa miranda uerum nō diuina uirtu
te sz magica Quid mirum si hoc appollo ueritatez ignorantib;
psuasit: cuz iudei quoq; cultores sm̄i uidebant sūmi dei hoc idem
putauerūt cuz ante oclos eoz cottidie fierent illa miracula nec
tñ tantaruz uirtutuz ɔtemplacione impelli potuerūt: ut deuz cre
derent quez uidebant ppt'ea dd' quez preter ceteros pphas uel mar
legūt in ps̄ xxvii°. sic eos dampnat. redde illis retribucionez eoz
quī nō intellexerūt opa dn̄i Ex huius ipm̄s domo xp̄m generatuz
iri sc̄dm carnez Et ipse dauid et alij pphe annunciauerūt Apud isa
iam ita sc̄ptuz est. Et erit in die illa radix iesse et qui exurget
pricipari in nationes in euz gentes sp̄abunt: et erit requies eius
inhonore Et alio loco Exiet uirga de radice yesse et flos de ra
dice eius eius ascendet et requiescet sup euz spūs dei Spūs sa
piencie et intellectus spūs consilij et fortitudis spūs sciencie
et pietatis et requiescet sup euz spūs timoris dei Iesse aut fuit
pater dauid. ex cuius radice ascensuruz esse florem prelocutus
est euz sz de quo sybilla dicit ΑΝΘΗϹΕΙ Δ'ΑΝΘΟϹ ΚΑΘΑΡΟΝ Item in ba
silion libro ii°. pphā natāz missus ē dauid uolentez deo templuz edi
ficare Et fuit uerbuz dn̄i ad nathaz dicens Vade et dic seruo meo
dauid Hec dicit dn̄s deus omp̄s Non tu edificabis in domū ad inha

milesius appollo

portentifica

sibilla

bitandum: sed cum impleti fuerint dies tui et dormieris cum patribus tuis
suscitabo semen tuum post te: et parabo regnum eius. hic edificabit
mihi domum in nomine meo: et erigam thronum eius usque in seculum: et ego
ero ei in patrem: et ipse erit mihi in filio: et fidem consequetur domus eius
usque in seculum. Sed hec ut iudei non intelligerent. illa sunt causa que sa
lomon filius dauid templum deo edificauit. et ciuitatem quam de
suo nomine ierosolimam nuncupauit. Itaque ad ipsum quod propheta dei sunt re
tulerunt. Salomon autem ab ipso patre suo imperii regimen: prophete uero
de eo loquebantur. qui tum nascebatur postquam dauid cum patribus suis requi
euisset. Preterea salomonis imperium perpetuum non fuit. annis enim xl. reg
nauit. Deinde quia nunquam filius dei dictus sit: sed filius dauid: et domus
quam edificauit: non est fidem consecuta: sicut ecclesia que est uerum templum
dei: quod non in parietibus est sed in corde ac fide hominum qui credunt
in eum. et uocantur fideles. Illud uero salomonium templum: quia
manu factum est manu cecidit. Denique pater eius in psalmo cxxvi^mo de operi
bus filii sui prophetauit hoc modo Nisi dominus non edificauerit domum in
uanum laborauerunt qui illam edificauerunt Nisi dominus non custodierit
ciuitatem in uanum laborant qui eam custodiunt Quibus ex rebus ap
paret prophetas omnes denuntiasse de christo fore aliquando: ut ex genere dauid
corporaliter natus constitueret eternum templum: deo quod appellatur ecclesia
et uniuersas gentes ad religionem dei ueram conuocaret. hec est domus
fidelis. hoc immortale templum. in quo siquis non sacrificauerit:
immortalitatis premium non habebit. cuius templi et magni et eterni quoniam
christus fabricator fuit. idem necesse est habeat in eo sacerdotium sempiter
num. nec potest nisi per eum. qui constituit templum et ad aditum templi
et ad conspectum peruenire. dauid in psalmo cix^o id ipsum docet dicens.
Ante luciferum genui te Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sa
cerdos in eternum: secundum ordinem melchisedech Item in basilion libro primo
Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem: qui omnia que sunt in corde meo
faciat: et edificabo ei domum fidelem: et transibit in conspectu meo
omnibus diebus Quis autem futurus esset: cui deus eternum sacerdotium
pollicebatur. Zacharias etiam nomine posito apertissime docuit sic enim dixit
Et ostendit mihi dominus deus iesum sacerdotem magnum stantem ante faci
em angeli domini. et angelus stabat adextera ipsius ut aduersaretur ad
contradicendum et dixit dominus ad dyabolum Imperet tibi dominus uite qui elegit
ierusalem Et ecce titio eiectus ab igne: et iesus indutus erat uestimen
ta sordida. et stabat ante faciem angeli: et respondit et dixit ad circumstan
tes ante faciem ipsius dicens Auferte uestimenta sordida ab eo. et
induite eum tunica talari: et imponite cydarim mundam super caput eius
et angelus domini stabat et testificabatur ad iesum dicens hec dicit dominus
omnipotens Si in uiis meis ambulaueris: et precepta mea seruaueris: tu
iudicabis domum meam: et dabo tibi qui conuersentur in medio horum
circumstantium. audi itaque iesus sacerdos magne Quis non igitur ca
ptos mentibus tum fuisse iudeos arbitretur: qui cum hec et legerent et
audirent nefarias manus deo suo intulerunt. At quum ab eo tempore quo
Zacharias fuit usque ad annum xv^m Imperii tiberii cesaris quo iesus passus est
prope quingenti anni numerantur Siquidem darii et alexandri adole
uit etate qui fuerunt non multo postquam tarquinius superbus exactus est
Sed illi rursus eodem modo falsi decepti quia sunt putantes hec de iesu
esse dicta filio naue. qui successor fuit moysi. aut de sacerdote iesu
filio iosedec: in quos nihil congruit eorum que propheta narrauit Non enim
sordidati illi unquam fuerunt: cum alter eorum potentissimus princeps fu
isset. alter sacerdos. aut perpessi sunt aliquid aduersi ut tanquam titio ex
igni eiectus putarentur. aut aliquando in conspectu dei et angelorum ste
terunt: aut propheta de preteritis loquebatur potius quam de futuris: locutus est

igitur de christo filio dei · ut ostenderet eum primo in humilitate · et carne esse ven-
turum · hec est enim vestis sordida · ut pararet templum deo : et sicut ticio igni
ambularetur · id est ab hominibus cruciamenta perferret · et ad ultimum extingue-
retur · ticionem enim vulgus appellat · extractum foco torrem · semiustum extinc-
tum · Quo autem et cum quibus mandatis adeo mitteretur in terram declara-
vit spiritus dei per prophetam · docens futurum ut cum voluntatem summi patris fi-
deliter · et constanter implesset · acciperet iudicium atque imperium sempiternum : si
in viis meis ambulaveris inquit · et precepta mea custodieris : tu iu-
dicabis domum meam · Que fuerint vie dei et precepta dei : nec am-
biguum · nec obscurum est · Deus enim cum videret maliciam : et falsorum de-
orum cultus · qui orbem terre ita invaluisse · ut iam nomen eius ex
hominum memoria fuisset pene sublatum · Ut siquidem iudei quoque
quibus solis archanum dei creditum fuerat · relicto deo vivo · ad colenda
figmenta irretiti demonum fraudibus aberrassent · nec increpiti per pro-
phetas reverti ad deum vellent · filium suum principem angelorum legavit
ad homines ut eos converteret ab impiis et vanis cultibus ad cognoscen-
dum · et colendum deum verum · ita ut eorum mentes a stulticia ad sa-
pienciam ab iniquitate ad iusticie opera traduceret · hee sunt vie dei in
quibus eum ambulare precepit · hec precepta que servanda mandavit · Ille
vero exhibuit deo fidem · docuit enim quod deus unus sit : eumque solum
coli oportere : nec unquam ipse se deum dixit quia non servasset fidem : si mis-
sus ut deos tolleret : et unum assereret induceret alios preter unum · hoc
erat non de uno deo facere preconium : nec eius qui miserat · sed suum proprium ne-
gocium gerere · ac se ab eo quem illustraturus venerat separare · Prop-
terea quia tam fidelis extitit · quia sibi nihil prorsus assumpsit ut man-
data mittentis impleret · et sacerdotis perpetui dignitatem · et regis sum-
mi honorem · iudicis potestatem · et dei nomen accepit · Cum de secunda na-
tivitate diximus · qua se hominibus in carne monstravit · veniamus ad opera
illa miranda : per que cum essent ea celestis indicia virtutis : magica iudei
putaverunt · Cum primum cepit adolescere tinctus est a iohanne propheta in
iordane flumine · ut lavacro spirituali peccata non sua : que utique non habebat sed car-
nis quam gerebat aboleret : ut quemadmodum iudeos suscepta circumci-
sione · sic eciam gentes baptismo id est purifici roris perfusione salvaret
Tum vox de celo audita est · filius meus es tu · ego hodie genui te
que vox apud david predicta invenitur · et descendit super eum spiritus dei
formatus in specie columbe candide · Exinde cepit maximas virtutes facere non
prestigiis magicis : que nihil veri ac solidi ostentant : sed vi ac potestate
celesti : que iam pridem prophetis nunciantibus canebantur · Que opera tam
multa sunt : ut unus liber ad complenda omnia satis non sit · Enumera-
bo igitur illa breviter · atque generatim : sine ulla personarum ac locorum
designacione · aut ad exponendam passionis eius : crucisque racionem pos-
sim pervenire · quo iam dudum festinat oracio · Virtutes eius fuerunt
quas appollo portentificas appellavit : quod quacumque iter faciebat · egros
ac debiles · et omni morborum genere laborantes uno verbo : uno-
que momento reddebat incolumes : adeo ut membris omnibus capti · re-
ceptis repente viribus roborati : ipsi lectulos suos reportarent · in quibus
fuerant paulo ante delati · claudis vero ac pedum vitio afflictis · non
modo gradiendi sed eciam currendi dabat facultatem · Tum quorum ceca lumina in
altissimis tenebris erant · eorum oculos in pristinum restituebat aspectum
Item sor · Mutorum quoque linguas in eloquium sermonemque solvebat · et aspersos ma-
dorum patefactis auribus insinuabat auditum · pollutos : et aspersos ma-
culis repurgabat · et hec omnia non manibus · aut aliqua medela · sed
verbo ac iussione faciebat · Sicut eciam sibilla predixerat · cuncta verbo
peragens omnemque egritudinem curans · Nec utique mirum · quod verbo faceret
mirabilia · cum ipse esset dei verbum celesti virtute ac potestate subnixum · Nec

satis fuit quod manus imbecillas redderet quod debilibus integritatem quod egris
et languentibus sanitatem: nisi etiam mortuos suscitaret: velut e sompno
solutos ad vitam revocaret. Que videntes tunc iudei demoniaca pote-
ntia fieri arguebant. cum omnia sic futura ut facta sunt: archana illorum
littere continerent. legebant quippe etiam tum aliorum prophetarum. tum ysaie verba
dicentis. Confortamini manus resolute et genua debilia. consolamini
qui estis pusillo animo: nolite timere nolite metuere: deus noster iu-
dicium retribuet: et ipse veniet et salvos faciet nos. Tunc aperientur
oculi cecorum. et aures surdorum audient: tunc saliet claudus velut cer-
vus. et plana erit lingua mutorum: quia rupta est in deserto aqua et ri-
vus in terra sitienti. Sed et sibylla eadem cecinit his versibus: Mortuorum
autem resurrectio erit et claudorum cursus velocissimus. et surdus an-
diet et ceci videbunt. loquentur non loquentes. Ob has eius virtutes et — Sibilla
opera divina cum magna illum multitudo sequeretur vel debilium vel egrorum
vel eorum qui curandos suos offerre cupiebant: ascendit in montem quendam
desertum. ubi adoraret: ubi cum triduo moratus esset: ac fame populus
laboraret: vocavit discipulos suos querens quantos secum gestaret cibos.
At illi quinque panes et duos pisces in pera se habere dixerunt. Afferri ea
iussit. ac multitudinem per quinquagenos distributam discumbere. Quod
cum discipuli facerent: frangebat ipse panem minutatim carnemque piscium con-
minuebat: et utraque in manibus eius augebantur: et cum apponeretur illa po-
pulo discipulis imperasset: saturata sunt quinque milia hominum. et insuper duo-
decim cophini de residuis fragminibus impleti. Quid aut dici aut fieri — Sibil
potuit mirabilius. At id futurum sibylla cecinerat olim: cuius versus tales
fuerunt. In panibus simul quinque et piscibus duobus. hominum milia in deserto +
quinque saturabit: et superantia capiens frusta duodecim implebit cop-
hinos ad spem multorum. Quero igitur quid hic potuerit ars magica mo-
liri. cuius peritia nihil aliud quam ad circumscribendos oculos valet. Item se-
cessurus orandi gratia sicut solebat in montem: precepit discipulis ut navi-
culam sumerent seque precederent: atque illi urgente iam vespere profecti
contrario vento laborare ceperunt: cumque iam medium fretum tenerent tunc
pedibus mare ingressus. consecutus est eos tamquam in solido gradiens:
non ut poete mentiuntur. orionem in pelago incedentem. qui demer-
sa corporis parte humero supereminet undas. Sed et rursus cum obdor-
misset in navi. et ventus usque ad extremum periculum seviret. ex-
citatus e sompno: silere ventum protinus iussit: et fluctus qui magni
ferebantur conquiescere: statimque sub verbo eius tranquillitas insecuta est.
Mentiuntur fortasse littere sancte. docentes tantam fuisse in eo potestatem ut imperio
suo cogeret ventos obsequi. maria servire/morbos cedere/inferos ob-
edire. Quid quod eadem sibylle carminibus suis ante docuerunt. quarum una — Sibill
cuius supra feci mentionem sic ait: Ventos sedabit verbo sternetque
mare. insanum pedibus pacis fideque calcans. Et rursus alia que +
dicit fluctus deambulabit. egritudinem hominum destruet. vivifica-
bit defunctos explodet dolores. multos ex uno fonte panis saturitas
erit hominibus. His testimoniis quidam revicti solent eo confugere ut
aiant non esse illa carmina sibyllina: sed a nostris ficta atque composita. Quod
profecto non putabit qui ciceronem varronemque legerit aliosque veteres: qui
erythream sibyllam ceterasque commemorant. quarum ex libris ista exempla pro-
ferimus: qui auctores ante obierunt quam Christus secundum carnem nasceretur.
Verum non dubito quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habi-
ta sint: cum ea nemo intelligeret. Denuntiabant enim monstruosa quedam
miracula: quorum nec ratio nec auctor nec tempus designabatur. Denique
erythrea fore ait ut diceretur insana et mendax. Ait enim dicent sibyl-
lam insanam mendacemque. postquam vero facta fuerint. cuncta tunc mei
memoriam facietis. et haud amplius me quisquam insanam dicent dei +

magni prophetam latuerunt igitur multis seculis. Postea uero aduersa
sunt quam natiuitas christi et passio patefecit archana. Sicut enim uoces prophetarum
quam eam per annos mille quingentos: et eo amplius litere fuissent a populo iude
orum. nec tamen intellecte sunt nisi postquam illas christus et uerbo et operibus inter
pretatus est. Illum enim prophete annunciauerant. nec ullo modo poterant que illi lo
quebantur intelligi. nisi fuissent uniuersa completa. Venio nunc ad ipsam
passionem: que uelut obprobrium nobis obiectari solet. quod et hominem et ab
hominibus insigni supplicio affectum et excruciatum colamus: ut doceam eam
ipsam passionem ab eo cum magna et diuina racione susceptam: et in ea
sola et uirtutem et sapientiam contineri. Neque enim si beatissimus in terra fuisset
et per omnem uitam in summa felicitate regnasset: quisquam illum sapiens
aut deum credidisset. aut honore diuino dignum iudicasset. quod faciunt
uere diuinitatis expertes. qui caducas opes et fragiles potencias et
alieni beneficii bona non tantum suscipiunt. uerum eciam consecrant et
scientes memorie mortuorum deseruiunt: fortunam iam extinctam co
lentes. quam ne uiui quidem putemque sapientes colendam sibi umquam
putauerunt: nec enim potest aliquid in rebus terrenis esse uenerabile celoque dig
num. sed sola est uirtus. solaque iusticia. que potest uerum bonum ac celes
te et perpetuum iudicari. quia nec datur cuiquam nec aufertur. Qua uirtute
ac iusticia. quia christus instructus uenit in terram. immo uero quia ipse uir
tus et ipse iusticia est. descendit ut eam doceret hominemque formaret.
Quo magisterio ac dei legacione perfunctus ob eam ipsam uirtutem
quam simul et docuit et fecit: ab omnibus et meruit et potuit deus cre
di. Ergo cum magnus populus ad eum. uel ob iusticiam quam docebat. uel
ob miracula que faciebat subinde conflueret. et precepta eius audiret
et a deo ipsum missum: deique filium crederet: tum primores iudeorum ac
sacerdotes ira stimulati. quod ab eo tamquam peccatores increpabantur et
inuidia deprauati. quod confluente ad eum multitudine contemni
se ac deseri uidebant. Et quod caput illorum sceleris fuit stulticia et erro
re cecati. et inmemores preceptorum celestium ac prophetarum: coierunt aduer
sus eum: impiumque consilium de eo tollendo cruciandoque ceperunt. Quod
prophete multo ante descripserant. Nam et Dauid in primo psalmorum suorum
prouidens in spiritu quantum facinus admissuri erant: beatus est inquit qui non
abierit in consilio impiorum. Et Salomon in libro sapientie his uerbis usus est.
Circumueniamus iustum quoniam insuauis est nobis. et exprobat peccata legis.
Promittit scienciam se dei habere: et filium dei se nominat: factus est nobis in
traductionem cogitationum nostrarum: grauis est nobis eciam ad uidendum. quoniam
dissimilis est aliis uita illius. et immutate sunt uie illius. Tamquam nu
gaces existimati sumus ab eo. et continet se a uiis nostris quasi ab inmun
diciis: et prefert nouissima iustorum. et gloriatur patrem se habere deum.
Videamus ergo si sermones illius ueri sunt. et temptemus que euentura
sunt illi. Contumelia et tormentis interrogemus eum: ut sciamus re
uerenciam illius. et probemus pacienciam illius. morte turpissima con
dempnemus eum: hec cogitauerunt et errauerunt. excecauit enim il
los stulticia illorum al. ipsorum et nescierunt sacramenta dei. Nonne ita
describit nefarium illud consilium ab impiis initum contra deum ut pla
ne interfuisse uideatur. At quin a Salomone qui hec cecinit usque ad
tempus quo gesta res est. mille ac decem anni fuerunt. Nihil nos affin
gimus nichil addimus. habebant hec qui fecerunt legebant in quos
hec dicta sunt sed et nunc heredes nominis et sceleris illorum habent et
dampnacionem suam prophetarum uoce predictam: et cottidianis lectionibus
personant nec aliquando in cor sumunt quod pars est et ipsa dampnacionis admit
tunt. Increpati ergo sepe a christo iudei. exprobrante illis peccata et in
iusticiam et a populo pene deserti conati sunt ad eum necandum. cuius
rei audaciam dedit illis humilitas eius. Nam cum legerunt cum quanta uirtute

et claritate filius dei venturus eet ecelo iudm al' xpm ante cernerent
hu͞mlez · quietu͞ · sordidu͞ · informez · no͞ credebat filiu͞ dei ee : ignora͞
tes duos eius adventus · a ꝓpheris ee p̄dictos · p̄mu͞ in hu͞militate car
nis : obscuru͞ / 2m in fortitudine maiestatis manifestu͞ · De p̄mo david i
psalmo lxxi · sic ait Descendit sicut pluvia in vellus · et orietur in die
bus eius iusticia · et habundancia pacis · donec extollatur luna Sic
e' pluvia si descendat in vellus audiri no͞ pot : quia strepitu͞ non
pot · facit ita xp͞m in terra sine ulla al' cuiusq͞ suspicione venturu͞
esse dixit · ut iusticia͞ doceat · et pacem Isaias quoq͞ ita tradidit ·
Dn͞e quis credit auditui nr͞o · et brachiu͞ dn͞i al' dei tui revelatu͞ e͞
Annunciavimus coram ipo͞ sicut pueri · et sic radix in terra siciente No͞
e͞ figura eius neq͞ claritas · et vidimus illu͞ · et no͞ h͞nit figura͞ neq͞
decorez : s͞ figura eius sine honore · et deficiens p̄ter ceteros hoies · ho͞
in plaga positus · et sciens ferre imbecillitatez · quia adversus e͞ · et no͞
e͞ conputatus · hic peccata nr͞a portat · et ꝓ nobis dolet : et nos puta
vimus ipu͞ ee in dolore · et in plaga · et vexacione : ipe aut vulneratus
e͞ ꝑ facinora nr͞a · et infirmatus est ꝑ pct͞a nr͞a · Doctrina pacis nr͞e
sup illu͞ · livore eius nos sanati sumus Omnes nos sic oves erravimus
et deus tradidit illu͞ pro pct͞is nr͞is Et sibylla eodem mo͞ locuta e͞
miserabilis ignominiosus informis miserabilibus spem dabit : ppt'
hanc hu͞militatez deu͞ suu͞ no͞ agnoscentes invenit consiliu͞ detestan
du͞ ut p̄varent · eu͞ vita qui ut eos al' deos iustificaret advenerat
Sz ire atq͞ invidie sue · qua͞ in cordibus suis gerebat intus inclu
sam · alias causas p̄ferebant · q' legem dei p moyse͞ traditu͞ solue
ret q' sabbatis no͞ vacaret opus in salutez hoi͞u͞ · q' circu͞cisionem
vacue faceret · q' abstinenciam suille carnis auferret · in quibus rebus iu
dee religionis sacramenta consistu͞t · ob hanc itaq͞ causa͞ cetera ps
ppli que no͞du͞ a xp͞o secesserat · a sacerdotibus incitabat : ut impiu͞
iudicaret eu͞ · q' legem dei solveret · cu͞ hec ille no͞ suo iudicio : s͞
ex dei voluntate · et secu͞du͞ p̄dicta faceret ꝓphetaru͞ · Micheas eu͞ no
vam legem datu͞ iri denu͞ciavit hoc mo͞ · lex de syon ꝓficiscetur ·
et ūmo dn͞i ex ir'lm · et iudicabit inter plurimos ppl'os · et revincet
et rediget validas naciones Illa enim p̄or lex q̄ p moysen data est
no͞ i monte syon · s͞ i monte choreb data est Quod sibylla fore : ut a fi
lio dei solveretur ostendit · ac cu͞ hec universa consumata sint que dixi
in eum omnis solvit lex Sz ipe moyses · p que͞ sibi datu͞ lege͞ : du͞
ptinaciter tuentur exciderunt a deo · et deu͞ agnoverunt / p̄dixerat fore ·
ut ꝓph͞a maximus mitteret a deo · qui sit sup legem : qui voluntatez
dei ad hoies p̄ferat in deuteronomio ita sc͞ptu͞ reliquit Et dixit dn͞s
ad me ꝓph͞am excitabo eis de fr͞ibus eoꝝ sicut te : et dabo ūbu͞ meu͞
in os eius · et loquetur ad eos ea que precepero ei : et quisquis non
audierit ea · que loquetur ꝓph͞a ille in nomine meo · ego vindicabo i
eu͞ Denunciavit s͞ deus p ipm͞ legislatu͞ · q' filiu͞ suu͞ · i · vivaz p̄nte͞
q͞ legem missurus eet : et illam veterem p mortalem datu͞ solutum
ut denuo p eu͞ qui eet eternus legem sanciret eterna͞ Item de cir
cu͞cisione solvenda · isaias ita ꝓphetavit · hec dicit dn͞s viris iuda
qui h͞itant in ir'lm Renovate inter nos novitatez · et ne seminave
ritis in spinis Circu͞cidite vos dn͞o deo vr͞o · et circu͞cidite prepucia͞
cordis vr͞i · ne exeat ira mea sic ignis · et no͞ sit qui extinguat ·
Item moyses ipe in novissimis diebus Circu͞cidet deus cor tuu͞ ad
dn͞m deu͞ tuu͞ amandu͞ Item iesus nave successor moysi · et dixit
ad iesu͞ · fac tibi cultellos petrinos nimis acutos · et sede · et circu͞
cide secundo filios isrl' Secunda͞ circu͞cisionez futura͞ esse dixit
no͞ carnis sicut fuit p̄ : quia eca͞ nu͞c eca͞ iudei utuntur : s͞ cordis
ac sp͞s : qua͞ tradidit xp͞us qui verus fuit ih͞us Non enim ꝓph͞a sic ait

Et dixit dominus ad me: sed ad iesum ut ostenderet quod non de se loquebatur: sed
de xpo ad quem tunc deus loquebatur xpi enim figuram gerebat ille iesus
qui cum primum auses vocaretur moyses futura presentiens iussit eum
iesum vocari: ut quoniam dux militie dilectus esset adversus amalech qui
oppugnabat filios israel et adversarium debellaret per nominis figuram: et po
pulum in terram promissionis induceret Et idcirco etiam moysi successit
ut ostenderetur novam legem per xpm iesum datam veteri legi succes
suram que data per moysen fuit Nam illa carnis circumcisio caret utique
ratione quia si deus id vellet sic a principio formasset hominem ut
preputium non haberet. Sed huius secunde circumcisionis figura erat signi
ficans nudum debere esse pectus id est aperto et simplici corde oportere nos
vivere: quoniam pars illa corporis que circumciditur habet quandam similitudinem cordis
et est pudenda ob hanc causam deus nudari eam iussit: ut hoc argu
mento nos admoneret ne involutum pectus haberemus id est ne quidem
pudendum facinus intra conscientie secreta velemus. Hec est cordis
circumcisio de qua prophete loquuntur: quam deus a carne mortali ad animam
transtulit que sola mansura est Volens enim vite ac saluti nostre pro
etiam sua pietate consulere penitentiam nobis in illa circumcisione proposuit
ut si cor nudaverimus id est si peccata nostra satis deo fecerimus veniam conse
quamur que contumacibus et admissa sua celantibus denegatur a deo
qui non faciem sicut homo: sed intima et archana pectoris intuetur Eodem spe
ctet etiam carnis suille interdictio: a qua cum eos abstinere iussit
deus id potissimum voluit intelligi ut se a peccatis atque immundiciis ab
stineret Est enim lutulentum hoc animal et immundum: nec unquam celum as
piciat sed in terram toto et corpore et ore proiectum: ventri semper et pabulo
servit nec ullum aliud cum vivit prestare usum potest sicut cetera animantes que
vel sedendi vehiculum prebent aut in cultibus agrorum iuvant vel plaus
tra collo trahunt vel onera tergo gestant vel indumentum exuviis s
uis exhibent vel copia lactis exuberant vel custodiendis domibus
invigilant Intellexit ergo ne porcina carne uterentur id est ne vitam por
corum imitarentur: qui ad solam mortem nutriuntur: ne ventri ac vo
luptatibus deservientes ad faciendam iusticiam inutiles essent ac morte
afficerentur Item ne fedis libidinibus immergerent sicut sus que alique
ingurgitat ceno: vel ne terrenis serviant simulachris ac se luto in
quinent: luto enim se oblinunt qui deos id est lutum terramque venerantur
Sic universa precepta iudaice legis ad exhibendam iusticiam spectant
que per ambagem data sunt: ut per carnalium figuram spiritualia nosceren
tur Cum igitur ea que deus fieri voluit que per prophetas suos multis se
culis ante predixit xpus impleret ob eam incitati: et divinas litteras
nescientes coierunt ut deum suum condempnarent Quod cum sci
ret futurum ac subinde diceret oportere se pati atque interfici pro
salute multorum secessit tamen cum discipulis suis: non ut vitaret quod
necesse erat perpeti ac sustinere sed ut ostenderet quod ita fieri oporteret in
omni persecutione ne sua quis culpa incidisse videatur: ac denunciavit
fore ut ab uno eorum proderetur Itaque iudas premio illectus tradidit
eum iudeis: At illi comprehensum ac poncio legato qui tunc legatus
syriam regebat oblatum cruci affigi postulaverunt Obicientes ei
nihil aliud nisi quod se diceret filium dei esse regem iudeorum Item quia
dixerat Si solveritis hoc templum quod edificatum est annis xlvi
Ego illud in triduo sine manibus resuscitabo significans futuram
brevi passionem suam: et se a iudeis interfectum tercia die resurrec
turum ipsum enim erat verum dei templum. has enim voces tamquam infan
stas et impias insectabantur Que cum pilatus audisset: et ille indefen
sionem sui nihil diceret pronunciavit in eo nihil dampnatione dignum videri
At illi iniustissimi accusatores cum populo quem incitaverat succlamare

cepit: et crucem eius violentis vocibus flagitare Cum pontius et il
lorum clamoribus: et herodis tetrarche instigatione metuentis ne reg
no pelleret victus est. ne tamen ipse sentenciam protulit: sed tradidit eum iudeis
ut ipsi de illo secundum legem iudicarent. duxerunt igitur eum flagellis ver
beratum: et prius quam cruci affigerent illuserunt Indutum e colore pu
nicei veste. ac spinis coronatum. quasi regem salutaverunt: et de
derunt ei cibum fellis. et miscuerunt ei aceti potionem; Post hec con
spuerunt in faciem eius et palmis ceciderunt Cumque ipsi carnifices de vesti
mentis eius contenderent: sortiti sunt inter se de tunica et pallio. et
cum hec omnia fierent: nullam vocem exore suo. tanquam si mutus esset
emisit Tunc suspenderunt eum inter duos noxios medium qui ob la
trocinia damnati erant crucique affixerunt Quid ergo hic in tanto faci
nore deploret aut quibus verbis tantum nefas conqueratur Non enim ga
vinianam crucem describimus quam M. tullius omnis eloquencie
sue viribus ac iuribus velut effusis tocius ingenii fontibus prosecutus
e. facinus indignum esse proclamans. civem romanum contra omnes leges
in crucem esse sublatum. Qui in quamvis innocens fuerit: et illo supp
licio indignus: mortalis tamen et ab homine scelesto qui iusticiam ignora
ret affectus e Quid de huius crucis indignitate dicemus. in qua deus
a cultoribus dei: suspensus atque suffixus e Quis tam facundus. et tan
ta rerum uberumque copia instructus existet. que oratio tanta afflu
encie ubertate decurrens: ut illam crucem merito deploret: quam
mundus ipse et tota mundi elementa luxerunt. hec autem sic futura fu
isse. et prophetarum vocibus et sibillinis carminibus denunciatum e Apud Isa
iam ita scriptum invenimus Non sum contumax neque contradico. Dorsum
meum posui ad flagella: et maxillas meas ad palmas: faciem autem
meam non averti a fedidate sputorum Idem dauid in psalmo xxxiiij
Congregata sunt super me flagella et ignoraverunt. Dissoluti sunt nec
que compuncti sunt temptaverunt me. et deriserunt me. et striderunt super
me dentibus suis Sibilla quoque eadem futura monstravit Ad ini
quas manus et infidelium deinque veniet dabunt autem deo alapas
manibus impuris et oribus scelestis sputa venenosa dabit esse ad fla
gella purum tunc tergum Item silencio eius quod usque ad mortem pertina
citer tenuit Isaias iterum sic locutus e Et sicut agnus coram tondenti
bus sine voce sic non aperuit os suum Et sibilla supradicta Et colaphizatus
tacebit nequis agnoscat. quis sermo aut unde venit ut predictus lo
quatur coronam ferat spineam De cibo vero et potu quem antequam eum fige
rent ei obtulerunt dauid in psalmo lxviij sic ait Et dederunt in escam
meam fel. et in siti mea potum mihi dederunt acetum Item hoc futurum
etiam sibilla concionata est In cibo fel. et in siti acetum dedere in ma
intatis. hanc indicabunt mensam Et alia sibilla iudeam terram his mor
pat versibus Sed tu stolida tuum deum non agnovisti illudentem mor
talibus cogitationibus. at et spinis coronasti ad coronam horrendumque fel
temperasti. Fore autem ut iudei manus referrent deo suo: eumque inter
ficerent testimonia prophetarum hec antecesserunt Apud esdram ita scriptum
est Et dixit esdras ad populum. hoc pascha saluator noster est. et refugium
nostrum Cogitate et ascendat in cor vestrum: quoniam habemus eum humiliare
in signo. et post hec sperabimus in eum ne deserat hic locus in eternum
tempus dicit dominus deus virtutum Si non credideritis ei. nec audieritis
adnunciationem eius. eritis derisio in gentibus Inde aliunde apparet iu
deos nullam aliam spem habere. nisi se abluerint a sanguine. ac speraverint
in eum ipsum quem necaverunt Isaias quoque facinus eorum designat et
dicit In humilitate iudicium eius sublatum e nativitatem eius quis
enarrabit. Quoniam aufferetur a terra vita eius a facinoribus populi mei ad
ductus e ad mortem Et dabo malos pro sepultura eius: et divites pro

Sibill

Sibilla

morte eius. quia facinus non fecit: neque inventus est dolus in ore eius.
propterea ipse hereditabit multos et fortium dividet spolia: propterea quod traditus
est ad mortem. et inter facinorosos deputatus est: et ipse peccata multorum
pertulit: et propter facinora illorum traditus est. David quoque in psalmo xc
iii. Captabunt in animam iusti et sanguinem innocentem condempnabunt. Et
factus est mihi dominus in refugium. Item Ieremias: Domine significa mihi et cog
noscam: tunc vidi meditaciones eorum. Ego sicut agnus sine malicia ab
ductus sum ad victimam. in me cogitaverunt cogitacionem dicentes: Ve
nite mittamus lignum in panem eius: et eradamus a terra vitam eius. et nomen
eius non erit in memoria amplius: lignum autem crucem significat. et pa
nem corpus eius. quia ipse est cibus ac potus omnium qui credunt in carne
quam portavit: et in cruce qua pependit. De qua tamen apertius ipse Moy
ses in deuteronomio ita predicavit. Et erit pendens vita tua ante
oculos tuos. et timebis die ac nocte. et non credes vite tue. Idem rur
sus in numeris. Non quasi homo dominus aut deus suspenditur: neque quasi
filius hominis minas patitur. Zacharias eciam sic tradidit. et videbunt in me
quem transfixerunt. Item David in psalmo xxi. Effoderunt manus meas
et pedes meos. dinumeraverunt omnia ossa mea. ipsi autem contemplati
sunt et viderunt me. et diviserunt vestimenta mea sibi. et super vestem
meam miserunt sortem. Que utique non propheta de se locutus est: fuit enim rex et
numquam illa perpessus est. sed spiritus dei per eum loquebatur: qui fuerat illa passu
rus post annos mille et quinquaginta. Tot enim colliguntur anni a reg
no David usque ad crucem Christi domini. Sed Salomon filius eius qui Ierosol
limam condidit. eam ipsam periturum esse in ultionem sancte crucis prophetavit.
Quod si avertimini a me dicit dominus. et non ostenderitis veritatem meam
reiciam Israel a terra quam dedi illis. et domum hanc quam edificavi illis in
nomine meo. proiciam illam ex omnibus. et erit Israel in perdicionem et in ob
probrium populo: et domus hec erit deserta. et omnis qui transiet per
illam admirabitur et dicet. propter quam rem deus fecit terre huic. hec
mala et dicent: quia reliquerunt dominum deum suum: et persecuti sunt re
gem suum dilectissimum deo: et cruciaverunt eum in humilitate magna
propter hoc importavit illis deus mala hec. Quid amplius his de facino
re iudeorum dici potest. quia excecatos tamen fuisse: atque insaciabili
furore correptos. qui hec cottidie legentes neque intellexerunt neque fece
runt cavere voluerunt. Suspensus igitur et affixus exclamavit ad dominum
voce magna et ultro spiritum exposuit. et eadem hora terremotus factus
est. et velum templi quod separabat duo tabernacula scissum est in duas
partes. et sol repente subductus est: et ab hora sexta usque ad horam no
nam tenebre fuerunt. Qua de re Amos propheta testatur. Et erit in die illo
dicit dominus. Occidet sol meridie. et tenebrabit dies lucis. et convertam
dies vestros festos in luctum et cantica vestra in lamentacionem. Item Ie

Sibilla

remias. Exterrita est que parit. et tedio anima: et occidit sol ei: cum adhuc
medius dies esset confusa est et maledicta. reliquos eorum in gladium dabo in
conspectu inimicorum eorum. Et sibilla. templi vero scissum est quod velum
et die medio nox erit tenebrosa ingens in tribus horis. Cum hec facta

Sibilla

essent. ne prodigiis quidem celestibus facinus suum intelligere quiverunt. Sed
quoniam predixerat: se tercia die ab inferis resurrecturum. metuentes ne a
discipulis subrepto et amoto corpore eum resurrexisse crederent et
fieret in plebem multo maior confusio. detraxerunt eum cruci. et conclu
sum firmiter in monumento militari custodia circumdederunt. Verum ter
cia die ante lucem terre motu repente patefactum est sepulchrum et custo
dibus quos attonitos obstupefecerat pavor. nihil videntibus integer
e sepulchro. ac vivus egressus in galileam profectus est ut discipulos suos
quereret. In sepulchro vero nihil repertum est: nisi exuvie quibus involu
tum corpus incluserat. illum autem apud inferos non remansurum: sed die

tercia resurrecturu͞z. pphe cecinerant Dauid in psalmo xvi°. Non derelinques
aīa͞z mea͞z apud inferos: neq͞z sanctu͞z tuū dabis uidere interitu͞z Item i
tercio ego dormiui et sompnu͞z accepi. et exurrexi. quī dn̄s auxiliatus
ē mihi Osee quoq͞z p̄mus xii^cz. pphetaru͞z de resurrectione eius testificat᷒
est. hic filius meus sapiēs. pp^r quod nūc nō resistet in contribulacōe
filioru͞z suoru͞z: et de manu inferoru͞z eruā eu͞z Ubi est iudiciū tuu͞z i
mors. aut ubi ē aculeus tuus Idem al' item alio loco uiuificabit nos
post biduu͞z die tercia Et ideo sibilla impositu͞z ee͞ morti terminu͞z
dixit post triduū sompnu͞z. et mortis fatum finiet tercio die dormiens
et tunc ab mortuis remeātens ad lumen ueniet p̄mus resurrectōis nouā
tus initiu͞z ostendens Vita͞z ē nobis acquisiuit morte superata Nulla igi͞t
spes alia consequende i͞mortalitatis homini dat᷒ nisi crediderit i eu͞z
et illa͞z crucem portanda͞z paciendamq͞z susceperit. profectus g° in galileā
noluit ē iudeis se ostendere ne adducerent eos ad p̄niā͞z atq͞z impios
resanaret. discipulis. itaq͞z congregatis scripture scē l̃ras. i. pphetaru͞z i
archana patefecit Que antequā pateretur pspici nullo modo poterant
quia ipm passione͞z q͞z eius indicabant Idcirco moyses. et idem ipsi
pphe lege͞z q̄ iudeis data ē testamentu͞z uocant: quia nisi testator mor
tuus fuerit: nec confirmari testm̄ pot: nec sciri quid in eo scriptu͞z sit
quia clausu͞z et obsignatu͞z ē Itaq͞z nisi xp̄us mortem suscepisset. apiri
testm̄ .i. reuelari et intelligi mysteriu͞z dei nō potuisset Ueru͞z scriptura
omnis in duo testā diuisa est: illud quod aduentu͞z passione͞z q͞z xp̄i
antecessit .i. lex et pphe dicit᷒ Ea u'o que post resurrectōe͞z eius scripta
sunt: nouū testm̄ noīatur Iudei ueteri utunt᷒ Nos nouo: s͞z tn̄ diuisa
nō sunt. quia nouū ueteris adimpletio ē: et in utroq͞z idem testator ē
xp̄s. qui p nobis morte suscepta nō h̄des regni eterni facit abdicato
et exh̄dato populo iudeoru͞z. sic ieremias ppheta testat᷒. cu͞z loquitur
talia Ecce dies ueniunt dicit dn̄s. et consummabo domui isrl' et domui
iuda testm̄ nouū nō scd̄m testm̄ qd' disposui p̄rib͞z eo͞z in die qua app
hendi manu͞z eoru͞z ut educere͞z eos de terā egypti. quia ipi nō pseue
rauerūt in testō meo. et ego neglexi eos dicit dn̄s Idem alio loco simi͞l i
ait Dereliqui domū mea͞z. dimisi h̄ditate͞z mea͞z in manu inimicoru͞z
meo͞z al' eius. facta ē h̄ditas mea mihi. sicut leo in silua. Dedit ipsa
sup me uocem sua͞z. ideo odiui eam. Cu͞z sit h̄ditas eius celeste regnū
non utiq͞z ipām h̄ditate͞z se dicit odisse. s͞z h̄des qui aduersus eu͞z in
grati et impii extiterūt. facta est inquit h̄ditas mea mihi. sic leo in p
da. et deuoracio factus sum h̄dib᷒ meis qui me i molauerūt sicut pec᷒
dedit sup me uoce͞z sua͞z .i. sniā͞s aduersus me mortis crucisq͞z duxerūt
Nam quod supius ait Consummaturu͞z se domui iuda. testm̄ nouū: oste
dit uetus illud testm̄: quod p moysen datū ē nō fuisse pfectu͞z: id aūt
q p xp̄m dari heret consummatu͞z fore. Domu͞z aūt iuda et isrl' nō utiq͞z
iudeos significat quos abdicauit. s͞z nos qui ab eo cōuocati ex gentibus
in eo͞z locū adoptione successim᷒. et appellamur filii iudeo͞z Quod sibil
la declarat cu͞z dicit iudeo͞z btm̄ diuinu͞z genus celitum Quod aūt
futuru͞z eēt id genus isaias docet. apud que͞z pr̄ summus ad filiu͞z loquit
dicens Ego dn̄s deus uocaui te ad iusticia͞z. et tenebo manū tua͞z et
confirmabo te in testamentu͞z generis mei in lucem gentiu͞z apire oculos
cecoru͞z pducere ex uinculis alligatos. et de domo carceris sedentes in tene
bris Cu͞z igi͞t nos antea tanq̄ ceci: et tanq̄ carcere stulticie inclusi se
derem᷒ in tenebris. et ignorantes deu͞z et ueritate͞z illuīati adeo sum᷒
qui nos testamento suo adoptauit: et liberatos malis uinculis. atq͞z in
lucem sapie. pductos in h̄ditate͞z regni celestis asciuit Ordinata u'
disciplinis suis ewangelica ac nois sui p̄dicacōe: circūdedit se repen
te nubes eu͞mq͞z in celu͞z sustulit xl^mo post passione͞z die Sicut daniel fore
ostenderat dicens. Et ecce i nubibus celi ut filius hoīs ueniens usq͞z

ad vetustatem dierum pervenit. Discipuli vero per provincias dispersi fundamenta ecclesie
ubique posuerunt facientes et ipsi in nomine magistri dei magna et pene in-
credibilia miracula quia descendens instruxerat eos virtute atque potes-
tate qua posset nove annunciationis racio fundari et confirmari. Sed
et futura illis aperuit omnia. que petrus et paulus rome predicaverunt
et ea predicatio in memoria scripta permansit In qua cum multa alia mira
tum hoc etiam futurum esse dixerunt: ut post breve tempus immitteret deus
regem qui expugnaret iudeos et civitates eorum solo adequaret
ipsos autem fame sitique confectos obsideret Tunc fore ut corporibus suorum
vescerentur et consumerent se invicem. postremo ut capti venirent
in manus hostium et in conspectu suo vexari acerbissime coniuges
suas cernerent molari: ac prostitui virgines/ diripi pueros. allidi par-
vulos omnia denique igni ferroque vastari captivos in perpetuum terris suis
exterminari. eo quod exultaverunt super amantissimum et probatissimum dei filium
Itaque post illorum obitum: cum eos nero interemisset iudeorum nomen et gen-
tem vespasianus extinxit. fecitque omnia. que illi futura predixerant Con-
firmata sunt ut opinor. que falsa et incredibilia putantur ab his: qui
vera celestium litterarum doctrina non imbuuntur Sed tamen ut refellant a nobis etiam
illi qui divinum non sine malo suo sapiunt: rebusque divinis fidem detrahunt
argumentis quoque illorum coarguamus errorem ut tandem. aliquando cre-
dant ita fieri oportuisse: sicut nos ostendimus factum Et quamquam apud
bonos iudices satis habeant firmitatis vel testimonia sine argumentis
telligis eorū q̄ legisti · cū nec illud qui a pncipio pphetas lectitauerit · qd
qz sacramentū dei fuerat assignatū · tamē quid legerit ignorauerit · Di
sce igr̄ si quid tibi cordis est · nō idcirco adeo nobis creditū xpm̄ qz
mirabilia fecit · sz quia uidimus in eo facta eē omīa · que omīa annūcia
ta sūt uaticinio pphetarū: fecit mirabilia magū putassem⁹: ut et nūc
nūcupatis · et uidei tūc putauerūt: si nō illa ipā facturū xp̄m pphete
om̄s uno spū pdixissent Itaqz deū credim⁹ non magis ex factis opibus
qz mirandis · quā ex illa ipā cruce: quā uos sicut canes lambitis · qm̄ simul
et illa pdicta ē Non igr̄ suo testimonio · cui de se dicenti pot credi: sz
pphetarū testimonio q̄ omīa q̄ fecit ac passus est multo ante cecinerūt fidē
diuinitatis accepit: quod neqz appollonio · neqz apuleio · neqz ūqz magorū
potuit aut pot aliquā contingere Cū igr̄ talia ignorantie sue deliramē
ta fudisset: cū ueritatē penitus excidere conixus eēt · ausus ē libros suos
nepharios ac dei hostes · ΦΙΛΑΛΗΘΕΙC adnotare O cecū pectus · o mentē
cimeriis aut aut̄ tenebris atiorē · Discipulus hic fortasse anaxagore
fuerat · cui niues atramenta fuerūt At qm̄ eadem cecitas ē: et uero
falsitatis: et mendacio ueritatis nomen inpon̄ē Videlicet hō subdol⁹
noluit lupū sub ouis pelle celare: ut fallaci titulo posset irretire lec
torē Verū esto inscicia · hoc nō malicia fecerit: quā tandē nobis at
tulisti ueritatē · nisi qz assertor deorū eos ipsos adultimū prodidisti · P
secutus ē sūmi dei laudes: quē regē · quē maximū · quē opificē rerū
quē fontē bonorū · quē parentē omniū: quē factorē auctorēqz uiuen
tiū cōfessus es · ademisti ioui tuo regnū: eūqz sūma ptate depulsū
i ministrorū numero redegisti Epilogus itaqz tuus argumenti stulticie ua
nitatis erroris Affirmas eē deos esse · et illos tū subicis · et manci
pas ei deo cui religionē conaris euertere · Hi g° de quibus dixi: cū p
sente me ac dolente · sacrilegas suas lrās explicuissent: et illorū superba
impietate stimulatus · et ueritatis ipsius consciencia · et ut ego arbi
tror deo: suscepi hoc munus ut omnib̄ ingenii mei uirib̄ accusatores
iusticie refutarē: nō ut cōtra hos scriberē · qui paucis uerbis obtineri po
terant · sz ut om̄s qui ubiqz idē opus efficiunt aut effecerunt · uno se
mel impetu profligarē Non dubito ē q̄ et alii plurimi et multis i locis
et nō mō grecis · sz etiā latinis lrīs monumentū iniustice sue str
uxerit Quib̄ singulis qm̄ responde nō potui sic agendā in hac cau
sam putaui: ut priores cū suis omib̄ scriptis puerterē: et futuris
omnē facultatē scribendi amputarē / Prebeant mō aures: efficiā
pfecto: ut quicūqz ista cognouerit: aut suscipiat qd ante dampna
uit: aut qd est proximū deridere aliquā desistat Q nanqz tertullianus
eandē causā plene pororauerit: in eo libro cui apologetico nomē
est: tamē qm̄ aliud est accusantib̄ rūdere qd in defensione aut ne
gacione solita positū est: aliud instruere qd nos facimus · in quo
necesse ē doctrine totius substanciam cōtineri: nō defugi hunc laborē ut
implerē materiā: quā cyprianus nō est executus in ea ratione qua de
metrianū sicut ait ipē oblatrantē ueritati redarguere conatur q̄
ua materia nō ē usus ut debuit Non ē scripture testimoniis quā
ille utiqz uanā fictā commenticiā putabat · sz argumentis et
racione fuerat repellendus Nam cū ageret cōtra hoīes ueritatis ig

narum · dilatis paulisper diuine lectionibus: formare hunc a principio tamquam
rudem debuit · eique paulatim lucis · principia ne toto lumine obiecto
caligaret Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere iam non potest
ob stomachi teneritudinem: sed liquore lactis et mollitudine alitur
donec firmatis uiribus · uesci fortioribus possit: ita et huic oportebat quia
nondum capere poterat diuina · prius humana testimonia offerri · id est philosophorum
et stoicorum · ut suis potissimum refutaretur auctoribus Quod quia ille
non fecit: raptus eximia eruditione diuinarum litterarum: ut his solis
contentus esset quibus fides constat · accessi deo inspirante: ut ego fa
cerem et simul ut uiam ceteris ad imitandum pararem: ac si hortatu
nostro docti homines ut diserti · huc se conferri ceperint: et ingenia sua
uiresque dicendi · in hoc ueritatis campo iactare maluerint euanituras
breui religiones falsas · et occasuram esse omnem philosophiam nemo dubita
uerit · si fuerit omnibus persuasum: tum hanc solam religionem: tum esse solam
et ueram esse sapientiam Sed euagatus sum longius quam uolebam: nunc red
denda est de iusticia proposita disputatio · que aut ipsa est summa uirtus: aut
fons est ipsa uirtutis: quam non modo philosophi quesierant: sed poete quoque
qui priores multo fuerunt · et ante natum philosophie · nomen pro sapientibus
habebant · hi plane intellexerunt abesse hanc a rebus humanis eamque
finxerunt offensam uiciis hominum cessisse terra: in celumque migrasse · atque
ut doceant quid sit iuste uiuere solent enim precepta per ambages dare
et a saturni temporibus quae illi uocant aurea repetunt exempla iusticie
narrantque in quo statu fuerit · humana uita · dum illa in terra moraretur
/ Quod quidem non pro poetica fictione · sed pro uero habendum est Saturno enim reg
nante: nondum deorum cultibus institutis: nec adhuc illa gente ad di
uinitatis opinionem consecrata: deus utique colebatur: et ideo non erant
nec dissensiones · neque inimicitie neque bella · nondum · uesanos rabies
nudauerat enses: ut germanicus cesar in arateo loquitur carmine i
nec cum sanguineis fuerat discordia nota · immo nec alienigenis quidem Sed
neque ulli omnino gladii qui nudarentur fuerunt Quis enim presente ac ingen
te iusticia: aut de tutela sui cum nemo insidiaretur · aut de pernitie al
terius cogitaret: cum nemo quicquam concupisceret Malebant tenui con
tenti uiuere cultu · ut cicero in suo narrat · quod est proprium nostre religio
nis Ne signare quidem · aut partiri limite campum: fas erat in medium
querebant Quippe cum deus communem omnibus terram dedisset: ut communem
degerent uitam: non ut rapida et furens auaricia sibi omnia uindica
ret: nec ulli deesset quod omnibus nasceretur Quod poete dictum sic ac
cipi oportet: ut non existimemus · nihil omnino tum fuisse priuati: sed more
poetico figuratum · ut intelligamus tam liberales fuisse homines: ut natas
sibi fruges non includerent · nec soli absconditis incubarent: sed pau
peres ad communionem proprii laboris admitterent Flumina iam lactis iam flumina
nectaris ibant: nec mirum cum promptuaria iustorum benigne paterent
omnibus: nec auaricia intercipiens beneficia diuina · famem sitimque uul
go faceret: sed omnes equaliter habundarent: cum habentes non habentibus large
copioseque donarent Sed postquam saturnus a filio pulsus in latiumque dela
tus est Arma iouis fugiens · et regnis exul ademptis: cum iam po
pulus uel non iam regis metu · uel sua sponte depravatus deum colere de
sisset · regemque pro deo habere cepisset: cum ipse prope modum parricidio exemplo
ceteris esset · ad uiolandam pietatem: deseruit propere terras iustissima
uirgo: sed non ut ait cicero · et iouis in regno celique in parte resedit i
Quomodo enim potuit in eius regno residere aut commorari · qui patrem regno
expulit · bello persecutus est: exulem toto orbe iactauit ille malum uirus
serpentibus addidit atris predarique lupos iussit · id est odium et inuidiam
et dolum hominibus inseruit: ut ita essent: quam serpentes uenenati · tam rapa
ces quam lupi Quod quidem uere faciunt: hi qui iustos ac fideles deo

persecutus. dantque iudicibus serendi ad usus innoxios potestatem: fortasse a
liquid huiusmodi iupiter fecerit. ad expugnandam tollendamque iusticiam
et idcirco efferasse serpentes ac lupos acuisse tradatur. Tum belli rabies
et amor successit habendi sceleque in mento. Sublata enim dei religione boni
quoque ac mali scienciam perdiderunt. Sic hominibus intercidit communitas vite: et
direptum fedus societatis humane. Tum inter se manus conserere ce
perunt. et insidiari. et gloriam sibi ex humano sanguine comparare. Quorum
omnium malorum fons cupiditas erat: que scilicet ex contemptu vere maiestatis
erupit. Non tantum enim non participabant alios: quibus aliquid affluebat: sed a
liena quoque rapiebant in privatum lucrum trahentes omnia. Et que antea
in usus hominum alii omnium. et iam singuli laborabant in paucorum domos
conferebant. Ut enim servicio ceteros subiugarent. in primis necessaria vite
subducere et colligere ceperunt: eaque firmiter conclusa servare: ut beneficia
celestia facerent: non propter humanitatem que nulla in his erat: sed ut omnia
cupiditatis. et avaricie instrumenta corraderent. leges etiam sibi iusti
cie nomine iniquitas. iniustissimas. iniquissimasque sanxerunt: quibus ra
pinas et avariciam suam contra vim multitudinis tuerentur. Tantum igitur
auctoritate. quantum viribus aut opibus aut malicia prevalebant. Et quoniam nullum
in his vestigium iusticie fuit: cuius officia sunt humanitas. equitas
misericordia iam superba et tumida inequalitate gaudebant: altiores
que se ceteris hominibus satellitum comitatu: et ferro et insigni veste i
fulgebant. hinc honores sibi et purpuras et fasces invenerunt
ut securium gladiorumque terrore subnixi: quasi iure dominorum perculsis
ac paventibus imperarent. In hac condicione humanam vitam rex ille con
stituit: qui debellato ac fugato parente; non regnum sed impiam tyram
dem vi. et hominibus armatis occupavit. et aureum illud iustumque seculum
sustulit. coegitque homines malos et impios fieri: vel ex hoc ipso quod eos aver
tit a deo ad se adorandum: quod terror insolentissime potestatis expresserat i
Quis enim non metueret eum quem arma cingebant: quem ferri et gladio
rum fulgor insuetus circumdabat: aut cui parceret alieno: qui patri qui
dem suo non pepercerat: Quem vero metueret: qui titanum robustam
et excellentem viribus gentem bello vicerat. occisione deleverat. Quid
mirum si omnis multitudo insolito metu pressa numinis adulatione
concesserat. Hunc venerabantur. huic honorem maximum deferebant. Et i
qui mores ac vicia regis imitari. genus obsequii iudicat: abiece
runt omnes pietatem: ne exprobrare regi scelus viderent: si pie viverent
Sic assidua imitacione corrupti divinum ius reliquerunt: et paulatim ma
le vivendi consuetudo mos factus est. Nec iam quicquam ex antecedentis
seculi pio atque optimo statu remansit: sed explosa iusticia: et veritatem
secum trahens reliquit hominibus errorem. ignoranciam. cecitatem. Impru
denter igitur poete: qui eam confugisse cecinerunt ad iovis regnum. Si e
nim in seculo quod vocant aureum iusticia in terra fuit: a iove utique pulsa
est. qui aureum seculum commutavit. Seculi autem commutatio. expulsio i
usticie. nihil aliud dixi quam desercio vere atque divine religionis putanda
est. que sola efficit. ut homo hominem carum habeat. eumque sibi fraternitatis
vinculo sciat esse constrictum. Siquidem pater idem hominibus deus est. Ut dei pa
trisque communis beneficia cum hiis qui non habent partiatur: nulli noceat. nullum
premat: non fores claudat hospiti. non aurem precanti: sed sit largus bene
ficus liberalis: quas regias esse laudes tullius existimavit. hec est pro
fecto iusticia. et hoc aureum seculum. quod iove regnante primum cor
ruptum. mox et ipso et omni eius progenie consecrata deorumque multorum
cultu suscepto fuerat omne sublatum. Sed deus ut parens indulgen
tissimus. appropinquante ultimo tempore nuncium misit: qui vetus illud
seculum fugatamque iusticiam reduceret: ne humanum genus maximis et
perpetuis agitaretur erroribus. Rediit ergo species illius aurei temporibus [temporis]. et reddi

ta quidem terre: sed paucis assignata iusticia est: que nihil aliud est quam dei
unici pia ac religiosa cultura Commoveat aliquem fortasse. Cur si hec
sit iusticia. non omni humano generi sit data: nec in eam multitudo universa
consenserit Magne hoc disputacionis est. cur adeo cum iusticie terre daret
sit retenta diversitas: quod et alio loco declaravi. et ubicumque opor
tune inciderit explicabitur Nunc designare id brevissime satis est
virtutem aut cerni non posse: aut non esse perfectam nisi exerceatur adversis
hanc enim deus bonorum. ac malorum voluit esse distanciam. ut quali
tatem boni ex malo sciamus item mali ex bono: nec alterius racio intelli
gi sublato altero potest. Deus ergo non exclusit malum. ut racio virtutis
constare posset Quomodo enim paciencia vim suam nomenque retineret: si nihil
esset quod pati cogeremur: quomodo laudem mereretur devota deo suo fides
nisi esset aliquis qui a deo vellet avertere: Nam et ideo pociores esse
iniustos permisit: ut cogere ad malum possent. ideo plures ut virtus
esset preciosa quod rara est Quod quidem ipsum quintilianus egregie ac bre
viter ostendit in capite obvoluto. Nam quid inquit virtus esset innocen
cia nisi laudem raritas dedisset Verum quia natura sic comparatum est
ut odium cupiditas. ira in id quod incubuerint. agant cecos supra
homines videtur culpa carere. Alioquin si natura pares omnibus affectus
dedisset pietas nihil erat. hoc quam verum sit docet necessitas ipsa ra
cionis Si enim virtus est malis ac viciis fortiter repugnare. apparet
sine malo et vicio. nullam esse virtutem quam deus ut absolutam per
fectamque redderet. retinuit id quod erat ei contrarium. cum quo depugnare posset
agitata enim malis. quacientibus stabilitatem capit. et quanto frequentius
impellitur. tanto firmius roboratur. hec nimirum causa efficit: ut quamvis
sit hominibus missa iusticia: tamen non aureum seculum non esse dicatur: quia ma
lum non sustulit: ut retineret diversitatem: que sacramentum divine religionis
continet sola. Qui ergo putant iustum esse neminem. ante oculos habent
iusticiam: sed eam nolunt cernere Quid est enim quod illam vel in carminibus vel
in omni sermone describant. conquerentes eius absenciam. cum sit facillimum bo
nos esse si velint Quid nobis inanem iusticiam depingitis. et opta
tis cadere de celo: tamquam in aliquo simulacro figuratam Ecce in con
spectu vestro est suscipite. si potestis eamque in domicilio vestri pectoris
collocate Nec difficile aut alienum a temporibus existimetis Estote equi ac
boni. et sequetur vos sua sponte iusticia quam queritis Deponite omnem
malam cogitacionem de cordibus vestris: et statim tempus illud vobis aureum
revertetur. quod aliter consequi non potestis: quam si deum verum colere ceperitis
vos autem manente cultu deorum iusticiam desideratis in terra. quod fieri
nullo pacto potest Sed ne tunc quidem potuit cum putatis: quia nondum natis
diis istis quos impie colitis necesse est: unius dei cultum fuisse per terram
eius scilicet qui execratur. maliciam exigitque bonitatem: cuius templum
est non lapides aut lutum: sed homo ipse. qui figuram dei gestat. quod templum
non auro et gemmarum donis corruptibilibus: sed eternis virtutum
muneribus ornatur Discite igitur si quid vobis reliquie mentis est homines
ideo malos. et iniustos esse: quia dii coluntur: et ideo mala omnia
rebus humanis cottidie ingravescere: quia deus mundi eius effector
et gubernator derelictus est. quia suscepte sunt contra quam fas est impie re
ligiones. postremo. quia ne vel a paucis quidem coli deum sinitis Quod
si solus deus coleretur. non essent dissenciones et bella cum scirent homines
unius se dei filios esse ideoque divine necessitudinis sacro. et inviolabi
le vinculo copulatos nulle fierent insidie: cum scirent eius modi
penas deus animarum interfectoribus preparare: qui clandestina sce
lera. et ipsas etiam cogitaciones pervidet Non essent fraudes et rapine: si
deo precipiente didicissent. et suo et parvo esse contenti: ut fragilibus
et caducis solida et eterna preferrent Non essent adulteria et stupra et mu

licitarum prostitutiones si essent omnibus notum damnari adeo quicquid ap-
petitur ultra generandi cupiditatem. Nec feminam cogeret necessitas pu-
dorem sui profanare: ut victum sibi obscenissimum querat: cum et ma-
res libidinem continerent: et habencium pia et religiosa collacio non
habentibus subveniret. Non essent igitur ut dixi hec omnia in terris mala
si ab omnibus in lege dei conveniretur si ab universis fierent: que unus
noster populus operatur. Quam beatus esset: quamque aureus humanarum rerum sta-
tus: si per totum orbem mansuetudo. et pietas et pax et innocencia
et equitas et temperancia et fides moraretur. Denique ad regendos ho-
mines non opus esset tam multis et tam variis legibus. cum ad perfec-
tam innocenciam dei lex una sufficeret: neque carceribus neque gladiis pre-
sidum: neque terrore penarum: cum preceptorum celestium salubritas
humanis pectoribus infusa ultro ad iusticie opera erudiret. Nunc autem
mali sunt ignoracione recti ac boni. Quod quidem Cicero vidit. Nam
disputans de legibus. sicut una inquit eademque natura mundus omnibus
partibus inter se congruentibus coheret ac nititur: sic omnes homines
inter se natura confusi pravitate dissenciunt: neque se intelligunt
esse consanguineos: et subiectos omnes sub unam eandemque tutelam. Quod
si teneretur deorum profecto vitam homines viverent. Universa igitur mala
quibus humanum genus se ipsum invicem conficit: iniustus ac impius
deorum cultus induxit. Nec enim poterat retinere pietatem qui com-
munem omnium patrem deum: tamquam prodigi et rebelles liberi abnegassent.
Non numquam tamen senciunt se malos: et veterum seculorum statum laudant:
et de suis moribus meritisque coniectant abesse iusticiam: quam observa-
tam oculis suis: non tantum non suscipiunt nec agnoscunt: verum eciam
violenter oderunt persequuntur: et exterminare contendunt. Fingamus hanc
interim non esse iusticiam quam nos persequimur: quod si illa venerit quam
veram putant: eam recipiant qui clamant: et occidunt eos quos et
ipsi fatentur imitatores esse iustorum: qui bona operentur et iusta: cum si
tantummodo malos occiderent. digni essent ad quos iusticia non veniret
cui nulla fuit alia causa linquendi terram: quam humani cruoris effu-
sio. Quanto magis cum pios interficiant et ipsos iusticie sectatores pro
hostibus ducant: immo vero plusquam hostibus: quibus utique cum animas eorum et
opes et liberos ferro et igni appetant: tamen parcitur victis: et est locus
inter arma clemencie: aut si adeo sevire placeant: nihil plus in eo
fit quam occidantur: vel in servitutem abducantur. hoc vero inenarrabile est
quod fit adversus eos: qui male facere nesciunt: et nulli nocenciores ha-
bentur quam qui sunt ex omnibus innocentes. Audent igitur homines improbis-
simi iusticie facere mencionem: qui feras immanitate vincunt. qui
placidissimum dei gregem vastant lupi ceu raptores atra in nebula
quos improba ventris exegit cecos rabies. Verum hos non ventris
sed cordis rabies efferavit: nec atra in nebula: sed aperta predacione gr-
assantur: nec eos umquam consciencia scelerum revocat: ne sanctum ac pium
nomen iusticie ore illo violent: quod cruore innocencium tamquam
rictus bestiarum madet. huius tanti et tam pertinacis odii quam po-
tissimam causam esse dicamus? Utrum ne veritas odium parit: ut ait poe-
ta quasi divino spiritu instinctus: an erubescit coram bonis et iustis
esse nequam. an potius utrumque. Nam et veritas ideo semper invisa est
quia is qui peccat vult habere liberum peccandi locum: nec aliter se putat
malefactorum voluptatibus securius perfrui posse: quam si nemo sit cui de-
licta non placeant. Ergo tamquam scelerum et malicie sue testes extir-
pare funditus volunt et tollere graves quos sibi putant: tamquam vita
eorum coarguatur. Cur enim sunt aliqui intempestive boni qui
corruptis moribus publicis: contrarium bene vivendi faciant. Cur non
omnes sunt eque mali rapaces impudici adulteri periuri cupidi frau-

dulenti. Quin potius auferant: quibus coram male vivere pudet
qui peccantium fronte: et si non verbis. quia tacent. tamen ipso vite genere
dissimili feriunt et verberant Castigare enim videtur quicquid dissentit nec
est magnopere mirandum si adversus homines ista fiunt. cum ad versus ipsum
deum eandem propter causam insurrexerit etiam populus in spe constitutus et
nec dei nescius sequitur iustos eadem necessitas. que ipsum iusticie
violavit auctorem Vexant ergo et exquisitis penarum generibus excru
ciant. parumque habent interficere quos oderunt: nisi etiam crudelibus
corporibus illudat Si qui autem doloris vel mortis metu vel suapte
perfidia celeste sacramentum deseruerint. et ad funesta sacrificia con
senserint: eos laudant. et honoribus mactant: ut eorum exemplo ceteros
illiciant Qui autem magni existimaverint fidem: cultoresque se dei
non abnegaverint: in eos totis carnificine sue viribus veluti sang
uine sitiant incumbunt: et desperatos vocant: quia corpori suo mi
nime parcunt quasi quicquam desperatius esse possit. quam torquere ac dila
niare eum quem scias esse innocentem Adeo nec pudor ullus apud
eos superest a quibus abest omnis humanitas. et retorquent in homines iu
stos convitia sibi congruentia Impios enim vocant. ipsi scilicet pii et
humano sanguine abhorrentes. cum si et actus suos considerent. et
illorum quos tamquam impios dampnant. iam intelligant quam mendaces
sint et his hominibus: que ad versus bonos aut dicunt aut faciunt
digniores Non enim de nostro sed ex illorum numero semper existunt. qui
vias obsideant armati: maria predentur. vel si palam grassari non li
cuit venena clam temperent. qui uxores necent. ut dotes earum lucren
tur aut maritos ut adulteris nubant: qui natos ex se procrea
tos. aut strangulent: aut si nimium pii fuerint exponant: qui li
bidines incestas: nec filia. nec sorore nec matre. nec sacerdote
contineant: qui adversus cives suos patriamque coniurent: qui non
cullerum metuant: qui denique sacrilegia committant. et deorum quos co
lunt templa dispolient: et ut que levia sunt atque usitata dicamus: qui
hereditates captent. testamenta supponant. iustos heredes vel auferant
vel excludant: qui corpora sua libidinibus prostituant: qui denique im
memores quod nati sunt. cum feminis paciencia certent: qui ut sanc
tissimam corporis sui partem contra fas omne polluant. ac profanent
qui virilia sua ferro metunt: et quod est sceleratius: vi sint re
ligionis antistites: qui ne vite quidem sue parcant: sed extinguen
das publice animas suas vendant: qui si iudices sedeant. aut in men
tos perdant mercede corrupti. aut noxios impune dimittant: qui
celum quoque ipsum veneficiis appetant: tamquam illorum malicia ter
ra non capiant. hec inquam: et his plura scelera utique ab his fi
unt qui deos colunt Quis inter hec tot et tanta iusticie lo
cus est Et ego de multis pauca collegi non ut arguerem. sed ut
ostenderem Qui vult scire omnia Senece libros in manum sumat:
qui morum viciorumque publicorum. et descriptor verissimus. et accusa
tor acerrimus fuit Sed et Lucilius tenebrosam istam vitam circumscrip
te breviterque depinxit his versibus. Nunc vero a mane ad noctem fes
to atque profesto. Totus item pariterque dies populusque patresque: Lactare
in dusforis al' inde foro. et omnes decedere nusquam Uni se atque eidem et
studio omnes dedere et arti Verba dare ut caute possint pugnare
dolose Blandicia certare bonum simulare virumque se Insidias facere
ut si hostes sint omnibus omnes Nostro aut populo. quid horum pot
ut obici. cuius omnis religio est sine scelere. ac sine macula vive Cum igitur
igitur videat se ac suos ea que diximus gerere nos autem nihil aliud
operari: nisi equum et bonum poterunt. si quid saperent ex hoc intelligere
et illos qui bonum faciunt pios esse. et se impios qui nefanda committunt

omnibus

Neqȝ eᵗ fieri pōt : ut qui moribꝫ uite sue actibꝫ nō errant : in
ipsa sūma errent : hoc ē in religione que rerū omiū caput ē Jm
pietas eᵗ suscepta in eo qd ē sūmū p cetera uniūsa sequēt Eque
fieri nō pōt ut ipi qui errant in omī uita nō ēē in religione fallant
qui pietas i sūmo regulā tenes · tenorē sūmū suare in ceteris
Jta fit ut in utraqȝ pte de qdicione rerū que gerūt : qualis sit
sūma ipa nascatur Ope pciū est cognoscere · illoꝝ impietatē
ut ex his que clementer ac pie faciūt · possit intelligi qualia sint
que ab his cōtra iura pietatis gerūt : at ne quē uidear inclemēt
arguere : aliquā in psonā poeticā sūmā · que sit uł maximū pie
tatis exemplis apud maronē rex ille quo iustiō alt · nec pieta
te fuit : nec bello maior et armis : q nobis documenta iusticie pre
buit alꝭ ptulit Vinxerat et post terga manus quos mitteret um
bris Jnferias celo sparsuros sāgne flāmas Quid pōt hac pie
tate clemencius q mortuis hūanas uictimas imolare · et ignē
cruore homiū tanquā oleo pascere Sed fortasse hoc nō ipsius i
uitiū fuerit : s; poete · qui insigne pietate uirū : in signi scelere fe
dauerit Ubi est igr̄ poeta illa pietas quā sepissime laudas tāte
pius eneas Sulmone creatos Quattuor h̄ iuuenes totidē quos
educat ufens Viuentis rapit inferias · quos immolet umbris ·
Captiuoqȝ rogi pfundat sanguine flāmas Cur gᵒ dicebat eodē
ipo tpre : quo iuuentes hoīes ad imolacionē mittebat Equidē et
uiuis concedere uellē : cū uiuos quos hēbat in ptāte iuce pe
rimis corium iuberet occidi Sz hec ut dixi culpa nō illius fuit qui lit
teras fortasse nō didicerat s; tua : qui cū eēs eruditus : ignorasti
tamē quid eet pietas : et illud ipm̄ qd nefarie · qd detestabiliter
fecit · pietatis esse officiū credidisti : uidelicet ob hoc · uim pius no
minatur : q prēz dilexit Quidqd pius eneas : haud aspuenda pecan
tes trucidauit Adiuratꝫ eiū p eūdē prēz · et p spes surgentis
juli : neqq pepꝫt furiis accensus et ira Quisq ne igr̄ hunc pu
tet aliquid in se uirtutis hūisse qui et furore tanq stipula exar
serit · et manū prīs p quē rogabitur oblitus : irā frenare neque
uit Nullo igr̄ mō pius · qui nō tm̄ nō repugnantes : s; etiā
interemit Dicet h̄ aliquis Que igr̄ aut ubi : aut qualis est
pietas : nimirū apud eos · qui bella nesciūt : qui ꝯcordiā cū oibꝫ
suant : amici sūt etiā inimicis : qui omēs hoīes · pfribus
diligūt : qui cohibere irā sciūt omēqȝ aīmi furorē tranquilla
moderacione leniūt Qūta igr̄ caligo : qūta tenebraꝝ et erroꝝ
nubes homiū pectora obduxit : qui cū se maxīos pios putant
tūc maxīe fiūt impii Qūto eīm religiosius terenis istis sim
ulachris inseruiūt : tanto magis scelerati · adūsus nomē uere di
uinitatis existunt : itaqȝ pro merito impietatis sue : grauioribꝫ ma
lis sepe uexant : quoꝝ cām quia nesciūt : fortune culpa alꝭ
cāuā · oīm ascribitur Et locū i uenit epicuri phīa : nihil ad deos
ptine censentis : nec grā eos tangi · nec ira moueri : quia et cō
teptores eoꝝ sepe uideat beatos : et cultores sepe miseros Quod
eo fit · quia cū religiosi uideant : et natura boni nihil tale cre
dunt meren quale sepe paciūt Consolant tm̄ accusacione fortu
ne nec sentiunt : q si eet ulla cultoribꝫ suis nūq noceret Me
rito igr̄ huiꝰmodi pietatē pena consequit : et offensa diuinitas
scelē hominū prauē religiosoruȝ · graui eos infortunio mactat
Qui licet sācis moribꝫ uiuat : in sūma fide atqȝ innocencia
tn̄ quia deos colūt : quorum ritus impios ac pfanos deus ue
rus odio hȝ : a iusticia et a noīe uere pietatis alieni sūt · Nec ē
difficile docere : cur deoꝝ cultores iusti · et boni eē nō pōūt Quo

ē sanguine abstinebūt qui colūt cruentos deos martez : atq; bel-
lonaz Quō aut parentib; parcent : qui expulsorez priis sui io-
nez : aut natis ex se infantib; qui saturnuz Quō pudicitiaz tue-
bunt' qui colūt deaz nudaz et adulteraz : et quasi apud deos pro
stitutaz Quomō se rapinis · et fraudib; abstinebūt · qui mer-
curij furta nouerūt docentis nō fraudis ee decipe sz astutie +
Quō libidines coercebūt · qui · iouez · herculez · liberuz appol
linez ceteros q; venerant' : quoz adultia · et stupra ī mares et fe
minas : nō tantuz doctis nota sūt : sz exprimūtur ecaz in thea
tris atq; cantant' : ut sint omib; notiora Possunt ne inte hec +
iusti ee hoies · qui ecaz si natura sint boni : ab ipsis tn̄ dijs eru
diant' ad ī iusticiaz Ad placanduz eniz deuz quē colas : his reb;
opus est · quib; illuz gaudere atq; delectari scias Sic fit ut ui
taz colentiuz deus : pqualitate nois sui formet : qm̄ religiosissim'
ē cultus imitari · hi igr̄ hoies · qui deoruz suoz morib; congruūt
: quia grauē habent acerbāq; iusticiaz : eandez impietatez suaz qua
in ceteris reb; utunt' adūsus iustos violent' exercent : nec ī me
rito apphis bestie noiant' · PRectare itaq; M · tullius Et eiz si +
nemo est inquit qui emori malit : q̄ conūti in aliq̄ figuraz bestie
Quāuis hois sit mentez habiturus Qūto ē' miserius ī hois
figura aiō ee efferato Mihi quidem tanto uidet' qūto prestabili
or ē aīus corpe Aspinant itaq; corpa beluaruz · quib; sūt ipi se
mores : sibiq; adeo placent · q hoies nati sūt : quorū nil̄ nisi linia
menta : et sūmaz figuraz gerūt Nam quas caucasus · q̄ india · q̄ hir
cania : tam imanes tam sanguinarias uniq̄ bestias alint Qm̄ fe
raruz omīz rabies · usq; aduentus sacietatez furit : fameq; sedata
ptinus conquiescāt Illa illa ē vera bestia cuius unica iussione
fundit' ubiq; cruor : crudelis ubiq; luctus : ubiq; pauor : et plurima
mortis imago · nemo huius tante belue īmanitatez pot' pmerito
describere : q uno loco recubans · tn̄ p totuz orbez ferreis dentib;
seuit · et nō tm̄ artus hominz dissipat : sz et ossa ipa comminuit · et
in cineres furit : ne quis extet sepulture locus Quasi vero id af-
fectet · qui deuz confitent' : ut ad eoruz sepulchra veniatur : ac nō
ut ipi ad deuz pueniant Que naz illa feritas q̄ rabies q̄ insa
nia ē : lucez viuis terraz mortuis denegasse Dico igr̄ nihil ēē
his hoib; miserius : quos ministros furoris alieni : quos satellites
impie iussionis necessitas · aut inuenit aut fecit Non ē honor
ille aut pfectio dignitatis fuit : sz hois dampnacio ad carnifici
naz dei : vero ad penaz sempiternaz Que aūt p totuz orbez singuli
gesserūt enarrare impossibile est Quis eniz voluminū numerus
capiet tam infinita tam varia genera crudelitatis Accepta ē pote
state psuis morib; quisq; seuiuit Alij pnimia timiditate qi plus ausi
sūt quaz iubebat' Alij suo ppo aduersuz iustos odio : quidaz natūa
li mentis feritate : nō nulli ut placerent : et hoc officio viaz sibi
ad altiora munirent Aliqui ad occidenduz precipites extiterunt
sicut unus in phrigia · qui uniūsuz pplm cuz ipo pariter cōuenticulo
cōcremauit Sz hic qūto seuior : tanto clemencior inuenit' Illud
vero pessimuz genus est · cui clemencie spēs falsa blandit' Ille gr-
grauior ille seuior ē carnifex qui neminez statuit occidere Itaq; dici
nō pot huiusmodi judices qūta · et quā grauia tormentoruz gene
ra excogitauerūt : ut ad effectuz ppositi sui peruenirēt : hec autem
nō tm̄ ideo faciūt : ut gloriari possint nullūz se innocentiuz peremi
sse Nam et ipi audiui aliquos gloriantes : q ad ministrā sua in
hac pte fuerit ī cruenta : sz et inuidie causā : ne aut ipi uincant'
aut illi uirtutis sue glam consequant' Itaq; in excogitandis penaz

generib; : nihil aliud q̄ victoriam cogitant. Existimant enim certamē eē illud
et pugnam. Vidi ego in bithynia p̄sidem gaudio mirabili elatum · tanq̄
barbarorum gentem aliquā subegisset : q̄ unus qui p biennium magna
virtute resisteret postremo cedere visus eēt. Contendunt igr̄ ut vi
ncant : et exquisitos dolores corpib; inmittūt · et nihil aliud devitant
q̄ ut ne torti moriantur. Quasi vero mors tantūmodo btōs faciat
ac nō etiam tormenta : q̄to fuerint graviora : tanto maiore virtutis
glām pariant. Illi p̄tinaci stulticia iubent · curā tortis diligenter
adhiberi : ut ad alios cruciatus membra renovent̄ : et reparetur no
vus sanguis ad penam. Quid tam piū tam beneficum · tam hūanū
fieri pōt · nō curassent · tam sollicite quos amarent ! hec est deorum
disciplina : ad hec opa cultores suos erudiunt : hec sacra desiderant.
Quin etiam sceleratissimi homicide cōn pios iura impia condiderūt
nam et cōstituciones sacrilege : et disputaciones iuris peritorū leguntur
iniuste. Domitius de officio p̄consulis libro vii· rescripta p̄ncipū nefa
ria collegit : ut doceret quib; penis affici · oportēt eos qui se cultores
dei confiterent. Quid his facias · qui ius vocant carnificinas
veterum tyrānorum · ad versus innocentes rabide sevientium : et cum
sint īiusticie crudelitatisq; doctores : iustos se eē tamē et prudē
tes videri volunt ceci : et hebetes · et rerum · et veritatis ignari. Adeo
ne vobis obdite mentes ī ipsa iusticia est : ut eam summis scelerī
bus adequetis. Adeo ne q̄d nos pit innocēcia : ut ne morte quidē
simplici dignam iudicetis : si sup̄ omnia facinora habeat : nullum facinus
admittere : pectus q; ab purum ab omni scelerīs contagione p̄stare.
Et qm̄ cōmunit̄ : cum deorum cultorib; loquimur : liceat p nos benefa
cere nobiscum : hec ē enim lex nrā · hoc opus · hec religio. Si vobis
sapientes videmur : imitamini si stulti cōtēpnite · aut etiā ridete
si libet. Nobis ē stulticia nrā p̄dest. Quid laceratis · quid affligi
tis · nō invidemus sapiē vrē : hanc stulticiam malumus : hanc amp
lectimur : hoc nobis credim⁹ expedire · ut vos diligamus : ut ī vos
ipsos qui odistis omniā conferamus. Est apud ciceronem nō abhorrens
a vero locus in ea disputatione q̄ hētur a furio cōn iusticiam. Queso
inquit si duo sint : quorum alter optim⁹ vir · equissimus : sūma ius
ticia singulari fide : alter insigni scelere et audacia : et si in eo sit
errore civitas : ut bonū illum virum sceleratum · facinorosum · nefariū
putet. Cōn aūt qui sit improbissim⁹ · existimet eē sūma p̄bitate ac
fide : proq; hac opinione omnium civium · bonus ille vir · vexet̄ rapiatur
manus ei demq; auferant̄ : effodiant̄ oculi · dāpnetur vinciatur
urat̄ : exterminetur. Egeat postremo iure · etiam optimo omnib; miserri
mus eē videatur. Cōn aūt ille improbus · laudet̄ · colat̄ ab omib;
diligatur : honores ad eū omēs omnia impia : omēs opes · omēs
demq; copie conferant̄. Vir demq; optim⁹ omnium existimacōe · et di
gnissim⁹ oī fortuna iudicet̄ : quis tandem ē erit : tam demens qui
dubitet : utrū se eē malit · profecto quasi divinaret : q̄ nobis ma
la : et quō eventura eēnt p̄pr̄ iusticiam hoc posuit exemplum : hec ē
p̄plus vir patit̄ omnia errantium p̄vitate. Civitas in eo est errore ci
vitas : vel potius orbis ipē totus : ut bonos et iustos viros · tanq̄
malos et impios p̄sequat̄ : excruciet dāpnet · occidat. Nam q̄ ait
neminem eē tam dementem : qui dubitet utrum se eē malit · ille quidē
ut is qui cōn iusticiam disserebat : hoc sentit : malle sapientem
malum eē cū bona existimacione : q̄ bonum cum mala. A nobis aūt
absit hec amentia · ut falsum vero anteponamus. An boni nostri q̄
litas ex populi pendebit errorib; : q̄ ex consciā nrā et iudicio dei ?
aut aliquas nos felicitas illiciet nūq̄ : ut nō potius veram boni
tatem cum omī malo : q̄ falsam cum omī p̄speritate malimus. Sua sibi

habeant regna reges: suas diuicias diuites: et ut loquitur plautus
suam uero prudenciam prudentes Relinquant nobis stulticiam nostram. q
uel ex hoc apparet esse sapiam. quod eam nobis inuident Quis enim stulto
inuideat: nisi qui ipse sit stultissimus Illi autem non sunt adeo stulti: ut
stultis inuideant: sed ex eo quod acuriate quod solliciate persequntur stultos
non esse conceduntur Cur enim tam crudeliter seuiant: nisi quia metu
unt: ne indies inualescente iusticia cum dijs suis nariosos appel
lant: quod odoribus thuris colant: nariosis relinquantur Si ergo culto
res deorum sapientes sunt: et non stulti: quid metuant: ne sapientes
illiciantur a stultis Cum autem noster numerus semper de deorum cultoribus
augeatur: numquam uero ne in ipsa quidem persecucione minuatur. quin peccare
re homines et inquinari sacrificio possunt: auerti autem non possunt adeo Valet
enim in sua uirtus Quis est tamen excors tamque cecus qui uideat: in
utra sit parte sapiencia Sed illi malicia et furore cecantur: ne uideant
stultos se esse arbitrantur: quod cum habeant in sua potestate supplicia uitare
cruciari tamen et mori malunt Cum possint ex eo ipso peruidere non esse stul
ticiam: in quam tanta hominum milia per orbem totum una et pari mente
consenciant Si enim feminei sexus infirmitate labuntur: nam interdum
isti muliebrem et anilem supersticionem uocant: uiri certe sapiunt: si pu
eri si adolescentes improuidi sunt per etatem: maturi certe ac senes fir
habent stabile iudicium Si una ciuitas desipit: cetere utique innu
merabiles stulte esse non possunt Si una prouincia una nacio pruden
cia caret ceteras omnes habere intelligenciam recti necesse est Cum
uero ab ortu solis usque ad occasum lex diuina suscepta sit et omnis
sexus et omnis etas et gens et regio et nacio unis ac paribus
animis deo seruiant: eadem sit ubique paciencia idem contemptus mor
tis intelligere debuerant aliquid in ea re esse racionis: quod non
sine causa usque ad mortem defendatur: aliquid fundamenti ac soliditatis
tatis: quod eam religionem non tantum iniurijs et uexacione non soluat
sed augeat semper et faciat firmiorem Nam et in hoc quoque illorum mali
cia conuincitur qui euertisse se funditus religionem deopinantur: si
homines inquinauerint quod et deo satisfacere liceat: et nullus sit tam
malus dei cultor: quin data facultate ad placandum deum reuer
tatur: et quidem deuocione maiore Peccati enim consciencia et me
tus pene religiosiorem facit: et semper multo firmior est fides quam
reponit penitencia Si ergo ipsi cum deos suos arbitrantur iratos tum donis
et sacrificijs et odoribus placari eos credunt Quid est tandem cur deum
nostrum tam mitem tam implacabilem putent: ut uideatur ijs iam christianus
esse non posse: qui dijs eorum coactus inuitusque libauit: nisi forte con
taminatos semel animos ita putant posse transferri: ut sua sponte iam
facere incipiant quod per tormenta fecerunt Quis officium libens
obeat quod ab iniuria cepit Quis cum uideat laterum suorum cica
trices: non magis odent deos propter quos etiam penarum insignia: et im
pressas uisceribus suis notas gestat Ita fit ut data diuinitus pace:
et qui fuerunt auersi redeant: et alius propter miraculum uirtutis nouus po
pulus accedat Nam cum uideat uulgus dilacerari homines uarijs tor
mentorum generibus et inter fatigatos carnifices inuictam tenere pacien
ciam existimant id quod res est: nec consensum tam multorum nec perseue
ranciam moriencium uanam esse: nec ipsam pacienciam sine deo crucia
tos tantos posse superare Latrones et robusti corporis uiri eiusmodi
laceraciones perferre non queunt: exclamant et gemitus edunt uin
cuntur enim dolore: quia deest illis inspirata paciencia Nostri autem
ut de uiris taceam pueri et mulierculae tortores suos tacite uincunt
et exprimere illis gemitum nec ignis potest Eant romani et mucio glo
rientur aut regulo quorum alter necandum se hostibus tradidit: quod

dpācia
damore

captiuum pudint uiuere: alter ab hostibus deprehensus cum uideret mortem
se uitare non posse: manum foco iniecit: ut pro facinore suo satis faceret
hosti quem noluit occidere. eaque pena ueniam: quam non meruerat acce
pit. Ecce sexus infirmus et fragilis etas dilacerari se toto cor
pore urique perpetitur/ non necessitate: quia licet uitare si uellet: sed uo
luntate. quia confidunt in deo. hec est uera uirtus. quam philosophi
quoque gloriabundi: non re. sed uerbis inanibus iactant. disserentes nihil
esse tam congruens uiri sapientis grauitate atque constantie. quam
nullis terroribus de sue proposito posse depelli: sed tanti esse cruciari et
mori. ne fidem prodat: ne ab officio discedat: ne metu mortis
aut dolore acerbo subactus. aliquid faciat iniustum/ nisi forte
delirare illis uidetur flaccus in liricis: cum dicit/ iustum et tenacem
propositi uirum non ciuium ardor praua iubentium. non uultus instan
tis tyranni/ mente quatit solida. Quo nihil uerius dici potest: si hoc
ad eos referatur: qui nullos cruciatus: nullas mortes recusant: ne
a fide iusticiaque declinent: qui non tyrannicas iussiones: non presi
dum gladios tremunt: quo minus ueram ac solidam libertatem con
stanti mente defendant. Quod in hoc solo tuenda sapiencia est: qui me
uetet oculos in celum tollere: qui imponat mihi necessitatem uel co
lendi quod nolim uel quod uelim non colendi. Quid iam nobis ul
terius relinquetur: si etiam hoc quod uoluntate fieri oportet libido ex
torquet aliena. Nemo istud efficiet si quid nobis ad contempnendam
mortem doloremque uirtutis est. Quam constanciam si tenemus: cur i
stulti iudicamur facientes ea que philosophi laudant. Recte igitur seneca
incongruenciam hominibus obiectans ait: summa uirtus illis uidetur ma
gnus animus. et idem eum qui contempnit mortem pro furioso habent
Quod utique summe peruersitatis est. Sed hi uanarum religionum cultores
eadem stulticia id obiciunt: quia uerum deum non intelligunt: quos sibi
lla erithrea surdos et cordes uocat: surdos scilicet et excordes: qui nec
audiant diuina nec senciant: sed terram digitis suis figuratam ue
nerant et adorent. Quod uero causa sit: ut eos qui sapientes sunt stultos
putent: magna racio est nec enim frustra falluntur. que nobis diligenter
est explicanda: ut errores suos tandem si fieri possit agnoscant. Iusti
cia suapte natura speciem quandam stulticie habet: quod ego et diuinis
et humanis testimoniis confirmare possum. Sed nihil fortasse apud is
tos agimus: nisi eos de suis docemus auctoribus: non posse quemquam ius
tum esse: quod est coniunctum cum uera sapiencia: nisi idem stultus esse uideatur.
Carneades academice secte philosophus: cuius in disserendo que uis
fuerit. que eloquencia: quod acumen qui nesciet ipsum ex predicacione
ciceronis intelliget: aut lucilii apud quem disserens neptunus de re
difficillima ostendit non posse. uel explicari: nec si carneadem ipsum orcus
remittat. Is cum legatus ab atheniensibus romam missus esset: dispu
tauit de iusticia copiose: audiente galba et catone censorio maximis
tunc oratoribus. Sed idem disputacionem suam postridie contraria dispu
tacione subuertit: et iusticiam quam pridie laudauerat sustulit. non quidem
philosophi grauitate cuius prudencia firma et stabilis debet esse sed quasi
oratorio exercicii genere in utramque partem disserendi. Quod ille facere sole
bat: ut alios quidlibet asserentes posset refutare. Eam disputacionem
qua iusticia euertitur apud ciceronem. l. furius recordatur Credo quia
de r.p. disserebat: ut defencionem laudacionemque eius induceret: sine
qua putabat regi non posse r.p. Carneades autem ut aristotelem refel
leret: ac platonem iusticie patronos prima illa disputacione collegit: ea
omnia que pro iusticia dicebantur: ut posset illa sicut fecit euertere. Erat
enim facillimum iusticiam radicem non habentem labefactari: quia tunc nulla
in terra fuit: ut quid esset aut qualis a philosophis cerneretur. Atque utinam tot

atque tales viri: quantum eloquentie: quantum animi: tantum etiam sciencie ad implendam defensionem summe virtutis habuissent: cuius origo et religione racio in equitate est: sed hii qui primam illam partem nescierunt: nec secundam quidem tenere potuerunt. Volo autem prius circumscripte atque breviter: quid sit ostendere ut intelligatur philosophos ignorasse iusticiam: nec id quod ipsi minime noverant potuisse defendere. Iusticia quamvis omnes simul virtutes amplectatur: tamen due sunt omnium principales: que ab ea divelli separarique non possunt pietas et equitas. Nam fides temperancia probitas innocencia integritas et cetera huiusmodi vel natura vel institutis parentum possunt esse in illis hominibus qui iusticiam nesciunt sicuti semper nescierunt. Nam romani veteres qui iusticia gloriari solebant: his utique virtutibus gloriabantur que ut dixi proficisci a iusticia possunt: et ab ipso fonte secerni. Pietas vero et equitas quasi vene sunt eius: his enim duobus fontibus constat tota iusticia: sed caput eius et origo in illo primo est: in secundo vis omnis et racio. Pietas autem nihil aliud est quam dei notio aut racio sicut trismegistus verissime diffinivit: ut alio loco diximus. Si igitur pietas est cognoscere deum: cuius cognicionis hec summa est ut colas: ignorat utique iusticiam qui religionem dei non tenet. Quomodo enim potest eam ipsam nosse qui unde oriatur ignorat. Plato quidem multa de uno deo locutus est: a quo ait constitutum esse mundum: sed nihil de religione: somniaverat enim deum non cognoverat. Quod si iusticie defensionem vel ipse vel quilibet alius implere voluisset: in primis deorum religiones everteret vel evertere debuit: quia contrarie sunt pietati. Quod quidem socrates quia facere temptavit in carcerem coniectus est: ut iam tunc appareret: quid esset futurum illis hominibus qui iusticiam veram defendere deoque singulari servire cepissent. Altera est igitur iusticie pars equitas. Equitatem dico non utique bene iudicandi quod et ipsum laudabile est in homine iusto: sed se cum ceteris coequandi: quam cicero equabilitatem vocat. Deus enim qui homines generat et inspirat omnes equos id est pares esse voluit: eandem condicionem vivendi omnibus posuit: omnes ad sapienciam genuit: omnibus immortalitatem spopondit. Nemo a beneficiis eius celestibus

segregatur. Nam sicut omnibus unicum suum lumen equaliter dividit: emittit omnibus fontes: victum subministrat: quietem sompni dulcissimam tribuit: sic omnibus equitatem virtutemque largitur. Nemo apud eum servus est: nemo dominus. Si enim cunctis idem pater est: equo iure omnes liberi sumus. Nemo deo pauper est: nisi qui iusticia indiget. Nemo dives nisi qui virtutibus plenus est. Nemo denique egregius nisi qui bonus et innocens fuerit. Nemo clarissimus: nisi qui opera misericordie largiter fecerit. Nemo perfectissimus: nisi qui omnes gradus virtutis impleverit: quia dispares multis gradibus homines habuerunt a pauperibus ad divites: ab humilibus ad potentes: a privatis denique usque ad regum sublimissimas potestates. Ubi enim non sunt universi pares: equitas non est. At excludit inequalitas iusticiam ipsam: cuius vis omnis in eo: ut pares faciat eos: qui ad huius vite condicionem pari sorte venerunt. Duobus igitur illis iusticie fontibus immutatis: omnis virtus et omnis veritas tollitur: et ipsa iusticia remigrat in celum. Ideo non est verum illud bonum a philosophis repertum: quia ignorabant vel unde oriretur vel quid efficeret. Quod nullis aliis preter quam nostro populo revelatum est. Dicet aliquis. Nonne sunt apud vos alii pauperes: alii divites: alii servi: alii domini. Nonne inter singulos aliquid interest. Nichil. Nec alia causa est cur nobis invicem fratrum nomen impaciamus (impertiamur): nisi quia pares esse nos credimus. Nam cum omnia humana non corpore sed spiritu metiamur: tam et si corporum sit diversa condicio nobis tamen servi non sunt: sed eos et habemus et dicimus spiritu fratres religione conservos. Divicie quoque non faciunt insignes: nisi quod possunt

bonus opibus facere clariores Divites sunt enim non quia divitias habent
sed quia utuntur illis ad opera iusticie: et qui pauperes videntur eo tamen
divites sunt quia et egent: et nihil concupiscunt Cum igitur et liberi
servis et divites pauperibus humilitate animi pares simus: apud deum
tamen virtute discernimur. tanto quisque sublimior est quanto iustior
Si enim iusticia est pares se etiam minoribus se facere q̄ q̄ hoc ipso
precellit: quod se inferioribus coequavit: tum si non tantum quasi parem: sed etiam
minorem se gesserit utique multo altiorem dignitatis gradum deo
iudice consequetur Nam profecto in hac vita singulari quoniam brevia
et caduca sunt omnia: et preferunt se alteris homines: et de dignita-
te contendunt quo nichil fedius nihil arrogantius nihil a sapientis
ratione semotius Rebus enim celestibus contraria sunt ista universa terrena
Sicut enim sapientia hominum summa stulticia est apud deum. Stulticia ut do-
cui summa sapientia est. sic deo humilis et abiectus est qui fuerit conspi-
cuus et sublimis in terra Nam ut taceam quod hec presentia terrena bona
quibus magnus honor tribuitur: virtuti contraria sunt: et vigorem mentis
enervant: que tandem summa potest esse nobilitas: que opes que potencia
cum possit deus reges quoque ipsos inferiores etiam infimis facere Et
ideo consulens nobis deus inter divina precepta: illud precipue po-
suit. Qui se extollit humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur Cuius
precepti salubritas docet: quod qui se apud homines planum fecerit humilem
quamvis prebuerit: hic apud deum precellens: et insignis habetur Neque enim
falsa est illa sententia que apud euripeden fertur in hunc modum Que hic
mala putantur: hec sunt in celo bona Exposui causam: cur philosophi
nec invenire iusticiam: nec defendere potuerunt Nunc redeo ad id
quod intenderam Carneades ergo quoniam erant infirma que a philosophis afferebantur
sumpsit audaciam refellendi: quia refelli posse intellexit Cuius dispu-
tationis summa hec fuit Iura sibi homines pro utilitate sanxisse scilicet varia
pro moribus. et apud eosdem pro temporibus sepe mutata Ius autem naturale esse
nullum omnes et homines: et alias animantes ad utilitates suas natura
ducente ferri proinde aut nullam esse iusticiam: aut si sit aliqua summam
esse stultitiam quoniam sibi noceret: alienis commodis consulens et infere-
bat hec argumenta. Omnibus populis qui florerent imperio et romanis
quoque ipsis qui totius orbis potirentur si iusti vellent esse: hoc est si a-
liena restituant: ad casas esse redeundum: et in necessitate et miseriis
iacendum tum omissis communibus ad propria veniebat Bonus vir inquit si
habeat servum fugitivum. vel domum insalubrem ac pestilentem; que vitia so-
lus sciat: et ideo proscribat ut vendat Utrum ne profitebitur fugiti-
vum esse vel pestilentem domum vendere: an celabit emptorem Si pro-
fitebitur emptori fugitivum esse: bonus quidem quia non fallet: sed tamen
stultus iudicabitur: quia vel parvo vendet: vel omnino non vendet Si
celaverit erit quidem sapiens: quia rei consulet: sed idem malus
quia fallet Rursus si reperiat aliquem qui oricalcum se putet ven-
dere: cum sit illud aurum aut plumbum: cum sit argentum tacebit-
ne: ut id parvo emat: an indicabit ut magno Stultum plane
videtur malle magno Unde intelligi volebat: et eum qui sit iustus
ac bonus stultum esse: et eum qui sit sapiens malum: et tamen
sine pernicie fieri posse: ut sint homines paupertate contenti Transcen-
debat ergo ad maiora: in quibus nemo posset sine periculo vite iustus esse
Dicebat enim nempe iusticia est hominem non occidere: alienum prorsus non
attingere Quid ergo iustus faciet: si forte naufragium fecerit
et aliquis imbecillior viribus tabulam ceperit nonne illum tabula de-
turbabit. ut ipse conscendat: eaque nixus evadat: maxime cum sit
nullus medio mari testis Si sapiens est faciet. ipsi enim pereundum
est nisi fecerit Si autem mori maluerit: quia manus inferre alteri

iam nō iustus ille sȝ stultus ē: qui vite sue nō parat: dū parcit
